





SILVA
CASVVM FORENSIVM,
ATQVE IN PRAXI
QVOTIDIE OCCVRRENTIVM.

Quamplurimis Tribunalium huius Ciuitatis Decisionibus exornata.

IN QVA, CVRIOSA IVRIS DVBIA,

Ac in Tribunalibus sæpissimè imò in dies contingentia, circa materias sub particulari indice descriptas, ac circa alias miscellaneas selectiores, ex varijs tum antiquis, tum modernis eximiorum Iurisconsultorum allegationibus, breui, facili, ac non ingrata methodo, proponuntur, enucleantur, & enodantur.

Relatis quandoque contrarijs opinionibus, ac S. R. C. siue M. C. V. decisionibus, vel è processibus extractis, vel in calce ipsarum allegationum repertis, vel nouissimis temporibus interpositis.

AVTHORE

CAROLO ANTONIO MOCCIA I. V. D.

Patritio Neapolitano de Sedili Portæ Nouæ, in eisdem Tribunalibus Aduocato, & ad presens iudice Iustitiarij Maioris annonæ ipsius Fidelissimæ Ciuitatis.

Cum Summarijs, ac triplici Indice, vno s. materiarum, altero argumentorum, altero vero rerum omnium memorabilium, locupletissimis.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

DOM. ALOYSIVM PVDERICVM.





NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. M. DC. XLIX.

Expensis Iacobi Pieri sub signo Iunctæ.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Polemarcho,

DOM. ALOYSIO PVDERICO.

Summo æquitum Magiſtro Mediolanenſi in Campo,& ad Inuictiſsimum Regem noſtrum

PHILIPPVM IV.

LEGATO MERITISSIMO.

CAROLVS ANTONIVS MOCCIA
Protectori ſuo F. P. A.



VÆ Forenſis huius Syluæ felicitas eſt,Excellentiſſime Militum Imperator,ad vberem doctæ viriditatis lucẽ ſub tuí nominis vmbra pubeſcere? quid Heſperidum Syluæ ſuperbiant venenatum nactæ cuſtodem, ad metum, non ad gratiam vigilantem. Sileat loquax Antiquitas, vel exculta laureato Conſulum vomere nemora, vel floribus conueſtita ſub ruſticantibus Aſiæ Regibus,vel nouo plantarum genere concinnata ſub Cyro. Meam ad Syluam excubas PVDERICE,qui Regnorũ Galeatus Atlas extitiſti, dum ruerent: & multiplicẽ Famæ ſpondes Autumnũ,qui Maieſtatẽ AVSTRIACAM tumultuoſiſſimis circumuentã periculis proximam Gloriæ reddidiſti. Ibit enimuero in conſortium omnis æui virtutis tuæ exaggerata, & felix audacia, quæ in opportunitate pugnandi præceps,in fatigandis hoſtibus cunctabunda, in eludendis inſidijs oculata,in vallandis vrbibus dædala, in victorijs maturandis vnicè ſolers, Neapolitanas inter turbas numquam vel fulmine ad pœnam ſeditionis,vel lauru caruit ad triũphos. Capuam totius Regni propugnaculum, & pugnaciſſimã olim vrbem non ſine ſummi Nu-

minis consilio Tibi obuenisse credam, vt martialis Gloriæ bustum iam consepultum excitares, Annibale & fortior, & prudentior, qui Capuam non altricem desidiæ, non veneris tabernam, non emollitæ libidinis theatrum, vt Africanus ille, sed constantiæ magistram, generosioris animi, & robustissimæ magnanimitatis palæstram expertus es. Militis in speciem hoc loco visus es, vallo insudare, tormentorum suggestus disponere, continenti vigiliarum labore præsidiarios excitare, itinera angusta, & insidijs infesta peruadere, expugnare altissimis aggeribus munita oppida, hostem ex præoccupatis deijcere, atque inopinatis aggressionibus trucidare. Prætercam hic incredibiles Tuæ Prudentiæ conatus in abigendis hostibus, dum formidabili sanè classe Salernitanas plagas aggressi ad incendendam Neapolim collectitijs militibus, ac capite damnatis bellũ instaurarent & metũ; at PVDERICVM aduentare, & vincere idem nobis omnino fuit. Remis, velisq. vt aiunt, tuæ dexteræ vim Galli fugerunt, quibus Gentilitia Luna æternum Conticinium, & lucis Occasum portendebas. Vtinam tuis meritis non inuideat Fortuna, & geminatis victorijs caput insignitum ad altiora Honoris fastigia elatum æternitas intueatur. Par Tibi bellicosus ardor, & Pius. Nulla lucri gratia, nullis gloriolæ bracteis vẽtilaris. Non aliam amas in campo Tesseram, quàm Bonum Publicum, Minima licentia vti, cum maxima possis; Castrensem Venerem odisse, Palladem innubam amplecti non cœsto succinctam sed baltheo, pugnacem hasta non pharetra, Tua decora sunt vt in militiæ ducibus rara, ita maximè gloriosa. Age nunc Iudicialem hanc Syluam causis implicatam ingredere, multarum Palmarum Dux; non vt aureum cum Ænæa ramum decerpas ad inferos adeundos, sed vt in litterarum luce immortalitatis capias omen ex stylo. Rusticum fortasse munus, sed etiam in nemorum adytis ac virentibus vmbrarũ Augustalibus apud veteres diuinitas habitauit. Operis argumentum ostendet Posteris quot erga Te nominibus obstringar tùm officij, tùm voluntatis, cum in Syluam excreuerint. Amantium ille mos est, incisis arborum corticibus suos amores testari; Tuorum beneficiorum memores ego notas incidam in Sylua. Exploratum omnibus erit, Te meorum studiorum tutelarem Apollinem esse, & vnicè vnum ingenij Mœcenatem. Hæret penitissimis medullis tuæ Humanitatis insignia, quibus dum ster-

nen-

nendis vijs,muniendæ urbi, corriuandis aquis præeſſes, me eidem muneri ex vrbanis Comitijs deſtinatũ, decoraſti: hæret vultus ille tuus ad omnẽ beneuolẽtiã exactus:hærẽt verba dulciſſima, quibus me Tibi comitem ſemel atque iterum popoſciſti, dum Honorarius ad PHILIP. IV. Legatus ſummo Neapolitanæ Nobilitatis plauſu proficiſcereris. Vtinam haberem in cenſu, quod Tuæ conſecrarem Famæ,vel magnificentiùs, vel illuſtrius. Animus mihi diues eſt,facultas ingenij, aut Fortunæ ſupellex prope mendica. At gratiam me initurum a tua benignitate ſpero, qui non aliud exigis ſtipendium,quàm Amorem. Viue, nobiliſſime Italiæ Mars,Patriæ ſplendor,Patritiorum ſidus, Hiſpanæ Felicitatis Hercules; vt fauſtiſſimum Neapolitanis rebus reditum, & nouum in Te lucis incrementum gratulemur. Impatientiùs præ omnibus expectabo Te PVDERICE, qui dum Teſſerariam Tuæ Familiæ Lunam familiarem ac patrocinantem experiar, numquam cum nocte verſabor. Vale.

AD LECTOREM.



Abores istos (quos ab anno decimosexto ætatis meæ,in vnum colligere cœpi) sub Syluæ *nomine, placuit(Candide Lector) luci mandare;pluribus quidem ad id motus fui rationibus; inter quas prima est,nam sicut Silua,plantarum,arborumque est sepissima multitudo, malè tamen ac incultè congestarum, ita in hoc libro,multos iuris articulos, multaque reperies dubia,non tamen elimatè, ac erudstè digesta,sed incultè disposita; item & secunda fuit ratio, quia cum elaborauerim preteritarũ tumultuationum tempore,pro complemento huius operis (quando ego intra familiares meos parietes annum pœnè integrum transegi,sequestratus quasi ab amicorum consortio pra popularis furoris timore, instructus à vulneribus mihi illatis, ac mortis proxima periculo,dum à plebijs cohortibus, in Turri ottaua (vbi cum Regis Nostri militibus associatus eram) cum quatuor alijs meis consanguineis vinctus,& per otto milliaria,plebe seuiente ad formidabile tunc Tribunal conductus, nescio quo pacto ex tãtis,talibusq. periculis euaserim) meritò inquam,dum ad hos labores confugiebam, ab amicorum segregatus consuetudine, Siluestre opus,siue* Syluam, *librum hunc nominaui: non curaui propterea tempus expectare,quo labores isti elimarentur,ac polirentur, siquidem,non essent intra speciem Sylue,si aliquid vel amenius, vel politius contineretur in eis; & ità satis hoc vnico responso, Momerum(quos,multos in hanc Syluam adesse scio) claudantur ora; in hoc tamen aduertant,meam* Syluam, *à Syluis,nemoribusq. distingui,quod & si istorum tramites,Solis radijs nequaquam irradiet, attamen hac mea Sylvula,ò quales recipiet radios (potiusquã vmbram)protectionis Illustrissimi,& Excellentissimi D. ALOYSII PVDERICI,qui vt sol militia lucidissimus, ob suas eximias ac*

ad-

admirandas virtutes inter Militum Duces splendescit; & benè de eo in me, dici posset (aliquantulum mutato Poetæ versu.)

Arma erga vmbrosam posuit radiantia Syluam.

Quare ex his, non tantum non terrebo Aristharcorum censuras, sed prosequi alios Tomos, Tibi (O Lector) promitto, si gratas tibi fore primitias istas videbo; quas (cum sint primò labores doctissimorum Aduocatorum, à me deinde in vnum congesti, & decisionibus summis laboribus repertis, exornati) non despiciendas censeo; Vale.

Opus,cui Titulus est, SILVA Casuum Forensium,&c.Authore Doctissimo, ac eloquentissimo Iuris Consulto, Carolo Antonio Moccia Patritiò Neapolitano,nihil redolet censura dignum,Imò continet quamplurimas legales quæstiones subtiliter,accuratè,ac per quam eleganti methodo digestas. Propterea illud,ad publicam,in foro versantium vtilitatem, Typis mandari posse censeo. Datum Neap.die 15.Ianuarij 1649.

Aloysius de Ianuario V.I.D.Can.Dep.& Curiæ Archiep.Neap. Fisci Patronus.

Imprimatur.
Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Carl'Antonio Moccia espone à V. E. come desidera di mandare alle Stampe vn'opera di legge intitulata *Silua Casuum Forensium* per tanto supplica V.E. si degni commetter la reuisione di quella à chi meglio li parerà, à finche poi si degni V.E.degnarli darli la licenza, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

Magnificus V.I.D. Donatus Antonius de Marinis videat, & in scriptis referat S. E.
Capycius Latro Reg.

ILLVSTRISSIMÆ, ET EXCELLENTISSIMÆ DOMINE.

Caroli Antonij Mocciæ,cuius ingenium superauit ætatem,aequestris ordinis Parthenopeì legales Lucubrationes,quarũ titulus Sylua casuum forensium,&c.Excellentiæ tuæ iussu vidi tam diligenter,quàm libenter. Opus sanè est nimia eruditione plenum, Methodo non vulgari scriptum, summaq; doctrina referitum, abstrusiores iuris articulos magno ingenio, ac singulari elegantia enucleatos complectitur:nil penitus in eo obseruaui,quod bonis moribus,aut Potentissimi Domini nostri Regis iuribus repugnet; quo circa ob bonum publicum, vt quanto citius prelo tradatur existimo, si Excellentiæ Tuæ videbitur. Neap. Kal. Septembris 1648.

Excellentiæ Tuæ Seruus Addictissimus
Donatus Antonius de Marinis.

Visa supradicta relatione Imprimatur.
Zufia Reg. Casanate Reg. Caracciolus Reg. Garcia Reg.

Prouisum per S.E.Neap.die 28.Ianuarij 1649. *Grimaldus.*

Don Benedictus Trelles Marchio Toraluæ,Regius Consiliarius Delegatus per S.E. pro reuisione Librorum, Vidit, & commendat scripta ab impubere Lectori proposita,eo tamen, quem in dicendo Ciceronem, in respondendo de iure cẽset Papinianũ;mirandi ansam præbuit iste suo æuo,quod publice semel de iure,septimodecimo anno non expleto respōdit; millies ergo de Authore mirabuntur Parthenopei,quem toties in supremis Theatris publicè orantem, de iure dicentem,& respondentem audierunt,ea(quã hæc scripta demonstrãt) peritia,in ipsa pueritia. Datum Neapoli die 30.Ianuarij 1649.

b

D. IO. PETRI MASSARII

S. Sedis Apoſtolicæ Prothon. Oratinen, & Neap.

E P I G R A M M A.

Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo

DOM. ALOYSIO PVDERICO,

Exercitus Equeſtris Tribuno Generali in Mediolanenſi Campo.

ORtum ſi ſpectas PVDERICI; inſignis habetur,
Eſt PVDERICORVM ſemine cretus Auis.
Si Patriam, Siren, qua non magè nobilis Vlla
Si geſta illius, qua patet Orbis, habes;
Eſt maior, totum ſi ſpectes, deniquè laude,
Publica cui curæ Paxq., ſaluſq. fuit.
Capua plus debet; nàm quæ ſquallore iacebat
Soluit Victori debita vota Duci.
Viue diù Victor, partiſq. fruare triumphis,
Claudat, & extremum gloria parta diem.
MOCCIA quod tibi donas opus, PVDERICE, benigno
Excipias vultu, nobile præbet opus.

Quondam Aſcanij Palumbi ab Aſcanio V. I. D.

Antonius Moccia Vtriuſque Iuris Doctor Patritius Neapolitanus Aduocatus Candidatus.

A N A G R A M M A.

O tu irruptis iocis candidus, tantò doctus, quantò accuratus, à Neapoli Iuuenis admiratus.

Ad

Ad Illustrissimum, & Excellentiss. Dominum

ALOYSIVM PVDERICVM,

D. Dominici de Rubeis I. V. D.

EPIGRAMMA.

NOn olim fera bella ciet; nam perfida Regi
Horret Aloysias Gens superata manus.
Arma, Virique simul si sint, mistaque Phalances,
Continuò te Hostes frangere fama canit.
Ad te nunc Leges (sileant quod bella) recurrunt
Heros, Iustitiæ quò tuearis amans.
Es nam Pace, Armisque potens; Mars fortis in Armis,
Ac in Pace Ioui quis neget esse parem?
Ipsa te Leges armabunt, Arma decorem
Pro meritis cedent perpetuumque tibi.

Ad Authorem.

Eiusdem,

EXASTICON.

MOccia tua flauebant vix lanugine malæ
Prima; sed cunctis aurea dicta dabas:
Candida nix refugitque tuos albare capillos
Nunc; tamen in SILVA candida Iura doces.
Das aurum, Lucem, ætatis dum aurora refulget;
Quid foret, in medio si Iubar axe foret?

Commendatur legalis Sylua

Ingeniosissimi iuxtà, ac nobilissimi I.C. atq; equitis Neapolitani ANTONII MOCCIAE.

IDYLLIVM.

Ioannis Baptistæ Cacacij I.C. Neapolitani.

HActenùs indultum bellis, horrendâq; Mauors
Tela per Ausoniam popularibus exculit iris.
Sensimus insano furiatum crine Comæten
Plebeias armasse manus. Procul vsq; Truento
Dissita, vel Siculo tellus circumdata ponto
Assensu dedit arma pari. Popularia Lyris
Bella vehebat aquis. armauerat Aufidus vndas.
Et placidus quondàm ciuiles ibat in æstus
Parthenopes immanè secans Sebethus arenas.
Vidimus aucturum furias, & inertia vulgi
Pectora, sulcantem tenui Neptunia lembo
Cærula, Campanos Guisium succedere fines,
Addentemq; iras iris; atq; ignibus ignes,
Non impunè tamen. Prudentia vicit Iberi
Præcipitem Guisij mentem, terrisq; probatum
Plùs nostram iuuisse moram, quàm fulmina motu
Exanimata suo. Nutrix Æneia captum
Bellorum pullum, nomen fatale tiaris
Seruat adhùc vinclis, & cæco carcere frenat:
Ni faciat iura, ac populos, & quidquid vbiq; est
Regnorum inuoluat, ciuiliq; obruat æstu.
Ergò vbi sat belli exhaustum, peregrinaq; Pallas
Iàm posita galea cupiens Vrbana vocari
Fœdera Parthenopes tandem superattulit aruis.
Ingenij redeunt fœtus, sagulisq; reiectis
Paciferæ rediere togæ. iam dædala sudant
Præla, diuturni nudata rubigine belli.
En labor exoritur cunctis memorabilis annis,
Ille quidem cedro dignus, cui sæcula plaudant,
Et longum auctori, atq; æternum proroget æuum,
Eccè fori sidus Latii, nostrǽq; palestræ
Fulgor, & Astreæ soboles dignissima, Moccia,
Palladias noctes, sudataq; tempora Lychnis
Protulit in medium. Proh quanta hinc gloria iuri,
Iustiniane, tuo: quantum iubar additur aruis
Parthenopes: quantus titulis gentilibus indè
Venit honor. quamuis illum proauita coronent
Stemmata, & antiquæ decorent sedilia gentis;

Hæc

Hæc aliena tamen veteres dixere Quirites,
Non proprium redolere decus. Non degener hæres
Ille erit,antiquas laudes qui sedulus auget.
Tu modò Nestoreum referens iuuenilibus annis,
Moccia,iubar,seù rostra libet superire, disertus
Orator Periclis capiti iàm demere laurum
Cerneris; at vigiles chartis si iungere noctes,
Prodigium ingenii,patria admirante, videris.
At cùm pacis opus quo te nùnc, Moccia,probasti
Nonnisi sedato PVDERICI cuspide bello
Extulerit se se: tanto duce debuit auram
Cernere sideream, & pictis caput abdere stellis.
Ille triumphali peragrans Campana bipenni
Litora, Vulturni nunquàm consistere ripis
Alpinam gentem,& Guisiam permisit Erynnim
Illius àd ferrum totiès dare terga cohortes
Vidimus hostiles Casilini castra tenentes,
Quot nunquàm Macedo Persarum millia vidit
Arrepta trepidare fuga. Salue inclyte Mauors
Ausoniæ tutela plagæ. te sospite nunquàm
Aut Francham rabiem, Thracasuè timebimus alas:
Nec, tua dùm surgunt inscriptæ nomina Mocciæ
Legales Syluæ, Momorum tela timebunt,
Liuorisq; notas; Sed dùm rotat Hesperus ignes,
Lunaq; noctiuagis cœlo succedet habenis,
Hæc gentes inter vernabit Sylua togatas.

Aloysius Pudericus is est,qui Capuam accerrimè prò Hispano nomine cõtrà Guisianos defendit, ipsumq. Guisium Ducem captiuũ detinuit.

Casilinum oppidum est propè Capuam vulgò S. Maria di Capua, quod Dominus Vallettæ prò Guisio Duce occupauerat.

D. IO. PETRI MASSARII S. SEDIS APOST. PROTON. I.V.D.S.Theolog.Prof.Oratinen, & Neap.

E L O G I V M.

D. CAROLO ANTONIO MOCCIA I. V. D. Patritio Neapol.Iuueni eruditiss.operis Auctori.

CVI Est genus Heroicum, Patria splendidissima, opes florentes, Patriciorum, ac Ciuium amor, affinitates Principum amicitiæ, & quidquid ad immortalitatem conducibile, quasi diuina tùm corporis, tùm animi indoles. QVÆ Singula sicut raro in vnum congesta reperiuntur, ita in hoc mira Dei clementia collecta inter Patritios Mocciā summè ornatū reddunt, & illustrant. IDEO In ætate Iuuenili hāc Syluā plātauit, qua sibi facit aditum ad gloriam, dum in minori ætate prudētia cana vi gent cōsilia, & cū Sapiēte potest dicere. *Fructus mei, fructus honoris, & honestatis*. Nimirum in florido ætatis verepræcoci doctrinæ, & morum fructu autunnat, SYLVAM hanc vix quarto peracto lustro plantauit, haustos Iurisp. latices vberius in alios effundet. Natura quippè illi puerile ingenium ad senile consilium formauit, & composuit.

" Ante annos, animumq; gerens, curamq; senilem.

Alter Diomedes inter Argiuos Reges natu minimus, consilio autē maximus, Cœperat, in quo finis erat, primordia certa vix pauci tenuēre senes, metasq; tenebat. Ante genas dulces quam flos iuuenilis innmbret, quamq; ridenti lanugine vestiat ætas. QVARE Fama hunc appellat cōsilijs senēm, quæ, dum fundit perfunduntur pudore seniores, quibus Syluam tanquàm Lycæum exhibet; ubi iurisp. discuntur iura, quæ faciunt tribunalia Iustitiæ Aram. HIC Legis flores, ac fructus ubiq; leguntur, poma decerpuntur, HIC sunt Platani semper uirentes, & flumine doctrinæ lætæ vigentes. Nec deest Populus, non quidem doloris nota, quæ lugeat peremptum fratrem ad Erydani ripas, sed læta præbet legentibus commoda. Hic Laurus, qua crines nectantur ad laureas Apollinares, oleas Mineruales *Virenti baccare hedera doctarum frontium præmio*, Hic Venus donat myrtum, vt vireat æterna fronde. Fraxinus hic medicā opē afferens, pellet fraudes, & omne virus. Cedrus syluestrem pompam tenet, & pollicetur longas inire dies. Cypressus non infausti funeris, verum summam præbens vtilitatem, ac lætitiam. Quercus, quæ, Rege Saturno, beatas dapes affert. HÆ uocantur arbores iustitiæ, quæ fructibus graues, & folijs tùm Deum O. M. oblectant, tùm hominibus cōmoda afferunt, non spernēda. SVNT HIC bona Numina. Fauni, Dryades, Amadryades, Pan cum fistula, Ops illa magna nempè Iurisper: & Iudicum capita. Nec spernit hanc Syluam Phæbus, nec eius soror, quæ tenet noctis iura. SCATENT Aquæ, in quibus sunt Sirenæ suauiter modulantes, quæ salutem afferunt, non exitium, sine erroris fraude sunt, nesciunt dolosè blandiri. HANC Syluam suis Flora pinxit Iustitiæ lenocinijs. Habes hic os cœli AMOENÆ *Quos & aquæ subeunt, & auræ. Hinc tibi copia manabit ad plenum benigno Iuris bonorum opulenta cornu*. AVRVM in hac Sylua non cernitur, quod humo defodit Natura, tāquàm humano generi noxium, & melius est, vt à nostris oculis exēptum sepeliatur, quàm foris prodeat, ipso dicēte.

Terrigenum exitiò nascor, mundiq; ruinis
Omnigeno sceleri Fax, Leges, Arrha, Caput.
Quàm bonè me cœco defodit prouida Auerno
Et mihi pro cunis Terra *Sepulcra* dedit.

Pallorem habet aurum, argentum terræ liuorem Nascitur in terra profunda, & dum suam semper repetit ad Naturam, cœlestes animos ad inferna deponit.

Aurea sæcula esse desierunt, quia regnat in mundo aurum, & auri amor.

Fient aurea sæcula, aufer aurum. Nam sunt *ferrea sæcla* propter *Aurum*.

Verum totus Liber immo quælibet Pagina eloquētiæ nitore, Iustitiæ ornamentis inauratur, & Iurisp. fœcundissimi sensus sententiarum maiestate scintillant; & hoc aurum putandum robur, tuum, Nitor iste ad rapinam non inuitat, vt olim pomi elegantia nostros Parentes.

AD LECTOREM

EIVSDEM

D. Dominici de Rubeis I. V. D.

Epigramma.

IN Siluis frondes, flores, ac arbuta, fructus,
Sint, retegat circum mollis & herba solum.
Alliciant aures auium mox vndique cantus:
Alliciat murmur leue strepentis aqua.
Hac cupis? Antonij Moccia tu perlege SILVAM;
Omnia si lustras haec tibi SILVA dabit
In Siluis Panem Numen finxerè Priores;
At colit hanc virtus, virtus & alma regit.

EIVSDEM.

Antonius Moccia Neapolitanus.

ANAGRAMMA PVRVM.

Omnia nosti,ea nunc aucta polis.

DISTICON.

OMNIA Tu studio NOSTI, scribensque venusto
NVNC EA per Siluam per POLIS AVCTA modo.

So;

SONETTO

Del Sig. D. Francesco Staibano Zio dell'Autore.

IN LODE DEL MEDESIMO.

Tu, per cui sol de suoi confini il segno
Trapassa oltre il pensier, l'alma natura
Mentre in acerba età, l'opra matura
Si scorge per del Tuo diuino ingegno:
Di quale honor, e di quai vanti hor degno
Auanzi in farti noto ogni misura
Che la tua gloria ogni altra gloria oscura
E'l tuo valor di vera gloria è pegno.
Così chiaro per lui tra neri inchiostri
Lo splendor del tuo nome à Noi riluce
Onde il Mondo si illustra a tempi nostri.
Ma se rara virtù prodigi induce,
Qual fia stupor, se per lei sol si mostri
Da le tenebre ancora vscir la luce.

DELL'ISTESSO:

Augura all'Autore dignità, & honori, per mezzo della protettione dell'Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor LVISE PVDERICO.

Quel nume Altier, che nelle guerre esprime
L'Alto Valor de più famosi Eroi
A quai fa pur, che con gl'influssi suoi
Tocchin' d'Eternità l'eccelse Cime.
Il suo spirto Guerrier, non men sublime
Nel più raro saper dimostra à Noi
Ch'amico sguardo ei riuolgendo poi
Alta eccellenza al gran' Mercurio imprime.
Quindi se nuouo Tu Mercurio sei
Di scienza ANTONIO, onde ciaschun t'ammira
A più sourana altezza erger ti dei.
Ch'à tanta Gloria il tuo valor' t'aspira
Se il tuo Marte Guerrier' tra Semidei
Sol con occhio benigno in Te rimira.

ARGVMENTORVM
ELENCHVS.

CAP. I.

Pactum adiectum in capitulis matrimonialibus, quo mediante pater sponsæ promittit eam vna cum cæteris filijs heredem instituere, num sit validum, & vt tale sit seruandum? pactum de quota successione viuentis nũ valeat? & quid in pacto reciproco succedendi? pactũ de quo supra, à patre in capitulis matrimonialibus appositum, num de consuetudine saltem substineatur? & num talis consuetudo valeat? & num substineatur dictũ pactum stãte iuris iurandi vinculo ad *tex. in c. quamuis pactum de pac. in* 6. Preambulũ num possit in Regno expediri ad beneficium alicuius vigore pacti in aliquo contractu adiecti? pactum de hæreditate viuentis cum ipso eodem gestum, supposito quod sit validum, num possit reuocari dispositione bonorum? & quid de pacto de masculos non auantagiãdo, num valeat? vbi pluribus ad propositum exaratis, tãdem in proposita causa decisio S. C. affertur.

CAP. II.

Agitur (præludio cuiusdam famosæ causæ præhabito) num cum qui vendidit feudum mediante publico, & solemni instrumento, & præuio Domini assensu, intendit illud via ritus liquidare, qua propter debitorem citari faciat super ipsius instrumenti tenore, teneatur in ipsa citatione de assensu commemorationẽ facere, adeò vt alias tamquam nulla citatio corruat, etiam si Curia pro Tribunali sedente ipse assensus per creditorem exhibeatur? vbi recensetur, & examinatur *Decisio Præsid. de Franch.* 623. Contractus venditionis feudi num sit intrinsecè in se permissus, quasi sufficiat assensum superuenire? vbi expenditur *Isern.* theorica, & quid attenta *Constit.* Regni (*Constitutionem Diuæ memoriæ*) & num ex con-

tractu de re feudali etiam sine assensu, actio personalis oriatur? Reuocatione facta per venditorem vigore dictæ *Constit.* emptor an non tantum recuperet pretium, sed etiam totum id quod sua interesset si non fuisset facta reuocatio? vbi habes quid senserit M.C.& S.C.

CAP. III.

Creditor volens instrumẽtum liquidare via *Ritus*, si illud præsentauerit aliena manu reassumptum, non exhibita facultate concessa Notario, num tali casu impediatur ex ordine liquidatio? vbi examinatur decis. *Præs. de Frãch.* 300. & habes an, & quando possit Tabellio, cum intendit in publicam formã instrumentum reassumere, alteri instrumenti confectionem committere? & an dicto casu requiratur impedimentum Notarij, vt talis reassumptio sic manu aliena facta, sit valida? & quid per M C V. & S.C pro vero, in proposito articulo, fuerit habitum.

CAP. IV.

Exceptio rei non liberæ, num Instrumenti liquidationem (pro qua venditor instat) sit efficax impedire, vt si quis rem alteri uendiderit, siuè asserat eam liberam, siuè id ueniat ex natura ipsius contractus, & postea emptor eam inuenerit obligatam? & quæ dentur in casu prædicto emptori remedia, tum si intendat agere, tum si velit excipere? & num casu prędicto emptor, interim pendẽte rei uenditæ liberatione, teneatur pretij usuras pensitare, uel tantum de ęquitate usuras fructuum recompensatiuas? ubi utraque relata sentẽtia, Author post alios DD. quodam modo in hoc puncto declarat: Venditio (supposito quod uenditor asseruerit rem esse ab omni obligationis uinculo liberã, quæ postea talis non reperiatur) num possit ex falsa assertione ad emptoris instantiã rescindi? & quid si ignorans uenditor, dictam assertionem non ueram fecerit? Agi uel excipi de euictione, in quibus differat ab actione, uel exceptione de re nõ li-

liberè tradita, & implemento non sequuto, latè.

CAP. V.

Exceptio rei non liberæ (quæ ex dictis in *capite præcedēti*, Instrumenti liquidationem impedit) an eandem habeat efficaciam, si tempore contractus innotuerit emptori, rem quæ distrahitur, quam pluribus obligationibus illigatam fuisse? & num ex dicta scientia, exceptio ipsa rei non liberæ debeat denegari? & in dubio num præsumatur scientia, vel potiùs ignorantia amptoris? & quid si in ipso contractu specialiter prouisum fuisset, vt res libera, & immunis à quauis obligatione, & hypoteca traderetur, num eo casu emptor & si fuerit de obligationibus rei, tempore contractus conscius, valeat exceptione rei non liberæ aduersus publicum instrumentum iuuari? circa quod perpenditur, & declaratur solemnis *tex. in l. seruus quem 32. §. si sciens. ff. de act. emp. & tex. in l. qua commendandi 43. §. 1. ff. de contr. empt.*

CAP. VI.

Venditor si non promiserit se præstaturum rem liberam emptori, sed tantum eam talem asseruerit seu commendauerit, num talem dare teneatur, & alias ab emptore repelli possit, prætendens pretij solutionem? vbi plura habentur de commendatione rei venditæ, & an & quādo ex ea oriatur actio contra venditorem si res commendata talis non reperiatur? & quid si venditor talē rem francam, & liberam asseruerit in corpore instrumenti, & in parte dispositiua? & quid si venditor asserat fundum esse optimum? & an dictis casibus ad inducendam obligationem venditoris requiratur, ut non tātum talem, rem esse asseruerit, sed etiam talem prestare fuerit stipulatus?

CAP. VII.

Re vendita tamquam ab omni hypotheca, & obligatione libera, & facta promisione de præstando emptorem ab oneribus indemnem, & illęsum, nū impediatur aliquo

pacto instrumenti liquidatio si emptor dicat rem reperijsse obligationibus obnoxiam, etiam antequam aliqua euictio fuerit sequuta, & lis aliqua super ipsa re, mota? & an sit in potestate emptoris, vel iuuari ex promissione indemnitatis, vel ex promissione de re libera? & quod nam sit vtilius remedium? & num actio ex empto nascens ex ignorantia emptoris, & dolo venditoris in actu deduci possit ante euictionis iacturam? & quid de actione ex stipulatu? vbi exornatur *tex. in l. 4. ff. de act. emp.*

CAP. VIII.

Renunciatio exceptioni rei nō traditæ quid num operetur? & num si ea in instrumento venditionis non interuenerit, possit dictum instrumentum via Ritus præsentari? & num ad exceptionem rei non liberæ trahi possit, adeo vt emptor qui renunciauit dictæ exceptioni rei non traditæ, neq. valeat vti dicta exceptione rei non liberæ? Vēditor an onus habeat probare rem esse liberam, vti teneretur probare rem esse traditam, si renunciatio supradicta non adesset, vel potius res talis præsumatur? vbi plura ad materiam.

CAP. IX.

Emptor num rectè se defendat aduersus venditionis instrumentum, sub prætextu exceptionis rei non liberæ, si pactum fuerit in dicto instrumento adiectum, quod liquidatio ipsius nullatenus impediri possit per sequestra facienda per creditores, aut per litem, seu prætentionem deficientiæ corporum in re vendita forsan comprehensorum, aut euictionis forsan passæ, &c.? vbi traditur num prosit contrahentium pactum, quo magis Instrumētum non liquidum, possit liquidum reddi? pactum de quo in principio, num prorsus inutile censeatur quoad onera cognita venditori tēpore perfecti contractus? & num illud loquens, de dictis sequestris, lite, deficientia corporū, euictione, &c. comprehendat casum rei non liberæ traditæ? vbi ad propositum habetur quodnam sit potentius Iudicium rei liberandę, vel euictionis, & datur

tur germanus intellectus ad *tex. in l. si seruus 30. § si sciēs, ff. de act. empt.* & alia plura ponderantur notatu digna, relatis in fine decisionibus M.C.V. & S.R.C. iūctis Aulis, in causa in otto præcedētibus capitibus commemorata, interpositis.

C A P. X.

Creditor si in instrumento, pacto peculiari cum debitore conuenerit, vt illud possit liquidare in omni Curia, loco, & foro, vt sibi melius videbitur & placuerit, & si sibi videbitur in foro domicilij ipsius debitoris, si postea hoc creditum cesserit alteri cum omnibus iuribus, constituens cessionarium procuratorem in rem propriā, in sui locum, &c. reseruata tamen sibi facultate liquidandi instrumentum prædictum ad requisitionē ipsius cessionarij, si ab isto pro liquidatione faciunda requiratur, vt eam tamen faciat in loco & foro prædicti domicilij debitoris, num ibi præcise teneatur liquidare; vel potius posit dicere, se velle liquidare in foro, & loco vbi ipse cedēs inhabitat, & hoc uigore pacti in instrumento modo quo supra adiecti: vbi ad propositum agitur, quonam sit debitor conueniendus, non obstante quod creditor per pactum in quolibet foro conueniendi debitorem sibi reseruauerit facultatem; & quid in principali articulo fuerit decisum tum per M. C.V. tum per S. R.C. habetur.

C A P. X I.

Agnatus an imputare teneatur in portionem sibi debitam vigore Consuet. (*& si Testator*) legatum certæ quantitatis per Agnatum defunctum sibi factum? vbi discussa doctrina *Scipion. Bucini*, et sequacium, habetur quid consuluerit Author in facti contingentia; et proposita causa quadam, annis elapsis uertente, refertur Decisio S. R. C. extracta à processu dictæ causæ; et proinde paucis cognita pro uera huius articuli determinatione; et quid si Testator prohibuisset Agnato, cui legat, ne aliud peteret, num etiam eo casu (data pro vera opinione *Bucini*) illa posit procedere? Legatum à patre factum

ctum filio secundogenito, an compensetur cum vita militia, ei post ipsius patris mortem debita per primogenitum? & quid de legato facto vxori à viro, alimentorum, num compensetur cum interesse dotis, quod illi superstiti debetur ex viri bonis pendente dotis restitutione? circa quod refertur decisio S. C. in quadam causa Authori valde nota ex causa vt intus; & quid de legato mobilium vxori facto, num computetur in debito vestium lugubrium, & lecti vidualis? quæ omnia breuiter & notabiliter differuntur.

CAP. XII.

Dispositio *Tex. in l. scripturas Cod. qui potior. in pig. hab.* (per quem deciditur, quod vt debitum, & Hypoteca probatum, & probata dicantur (in præiudicium creditoris instrumentarij) mediante scriptura priuata, requiratur subscriptio trium testium bonæ famæ, &c. adeò vt alias creditor ipse instrumentarius, & si posterior præferatur creditori, qui nititur scripturæ priuatæ absque dicta trina subscriptione, continenti hypotecam, licet hic sit anterior) nũ procedat nõ solum quando creditor qui scripturæ priuatæ nititur prętendit se vigore illius esse creditorem anteriorem, sed etiam quando prætendit se & si posteriorem, potiorem tamen esse, vt si rem aliquã vendiderit, & fecerit sibi debitorem in aliqua priuata scriptura obligari cum reseruatione dominij, vel speciali hypoteca in re vendita? vbi perpenso vero & germano intellectu *d. l.*, refertur decisio S. R. C. in facti contingentia in principio huius capitis proposita.

CAP. XIII.

Testator si in testamento hæredes pro æqualibus portionibus instituerit, & deindè in Codicillis assignauerit aliquas res hæreditarias uni ex dictis hęredibus, & dixerit vt alter habeat reliquum dictæ hæreditatis, num tali casu sit expediendum decretum præambuli ad beneficium utriusque hæredis, uel potius debeat tantum expediri ad beneficium istius ad quẽ mandauit testator in

Co-

Codicillo, suæ hæreditatis reliquum peruenire debere? Diuisio bonorum hæreditariorum, an fieri possit per testatorem in codicillo etiam inæqualiter, inter cohæredes æqualiter in testamēto institutos? vbi examinatur *Gl. in §. & si quidē aut. de testam. imper.* & num tali casu dicatur facta diuisio iuris hæreditarij, vel tantum bonorum? prælegatum quando sit cohæredi soluendum, nēpè num ante diuisionem iudicio familiæ erciscundæ? Relictum in codicillo, quando per viam fideicommissi capiatur? Cohæres an & quādo possit ad diuisionem cohæredem prouocare, etiam ante præambulum expeditum? vbi his & alijs ad propositum examinatis, decisio M.C.V. in principali articulo affertur.

CAP. XIV.

Lis si fuerit mota super feudo per aliquem possesso, & etiā factum sequestrum, si postea fuerit per possessorem prædictum, agnato immediatè successuro refutatum, num transiuerit cum vitio litigij, adeo quod possit lite finita exequi, & vendi, etiam in audito Refutatario, ad *tex. in Const. eorum fraudibus, & Cap. Regni (conuentus)* vel potius non fuerit dictum vitium contractum, & tali modo facta exequutione, sit ea nulla & retractanda? vbi plura ad propositum disseruntur, & habetur quid censuerint quidam Aduocati in collegio per eos facto in causa proposita.

CAP. XV.

Tutor legitimus, num præferri debeat Tutori dato per matrem filijs in Testamento, vel potius è contra? Iudicis confirmatio an requiratur, in tutore relicto per matrem in testamento, si dicti filij per eam, fuerint hæredes instituti? Iudex (in casu in quo tutela per matrem constituta, confirmatione indiget) nū de necessitate teneatur confirmare? & num mater possit viuo adhuc patre, filijs alium dare Tutorem? & nū transiens ad secunda vota, si nominet suum secundum virum, filiorum vitricum, in ipsorum tutorem, Iudex suæ voluntati debeat quiescere? & num possit alium tutorē

illis

illis dare, excluso illo dato per patrem? vbi in articulo principali refertur Decisio S.R.C.

CAP. XVI.

Redemptione annuorum introituum facta per aliquem, prædia cessione iuris luendi ad sui beneficium per debitorem facta, ac facta cessione iurium in beneficium eiusdem reementis, et ad maiorem cautelam noua venditione non derogando prioribus iuribus, num introitus decurrendi post retrouenditionem à creditore factam, trahant, et habeant antiqui contractus anterioritatem? in quo articulo post multos DD. recedit Author à scriptis per eximium virũ *Fabritium Brancatium*, à *Decisione Reg. Reuert.* et à *Decisione* 16. *Doctissimi Reg. Capyc. Lat.* (in qua et dicta *decis. Reuert.* et dicta scripta *Brancac.* inferuntur) et respondet omnibus et rationibus, et Authoritatibus, ab eis pro eorum sententia adductis, paulisper latius confecto.

Cuius articuli decisionem nouissimam S.R.C. interpositam, post hoc capit. 16. impressum, vide in capit. 73. à num. 14.

CAP. XVII.

Possessor rei super qua creditor obtinuit sententiam, assistentiæ pro capitali certo vna cum tertijs, et interesse liquidandis tempore exequutionis ipsius, si petat fortasse admitti ad ius offerendi creditum, et sic intendat exequutionem impediẽdo, rem retinere, num teneatur soluere capitale prædictum liquidũ, ante quam procedatur ad tertiarum liquidationem? vbi post notabiliter resolutum articulum, et resolutionem quinque solidissimis fundamentis comprobatam, refertur pro coronide Decisio S.R.C., in causa quæ proponitur, interposita.

CAP. XVIII.

Feudo legato, num ueniant, et comprehendantur introitus burgensatici, particulari titulo in eo acquisiti cum pacto de retrouendendo? et quid stantibus amplissimis clausulis *in sequentibus Capitulis* considerandis? vbi recensetur famosa illa causa olim inter *Serenissimam Re-*

gi-

ginam Poloniæ, et *Marchionem Capursij* ? & discutitur atque reijcitur *Consil. Camilli de Medic. septimum* ab eo æditum in dicta causa, pro dicto Marchione; atque recensentur scripta, quæ pro dicta Serenissima Regina, ædidit eximius vir *Fabius Marchasius*, quæ manuscripta ad Authoris manus peruenerunt, & ex quibus Author discutit, quomodo dicti introitus burgensatici sistentes in feudo, in ordine ad illud considerentur ? & num dici possint ad illud destinati, stante pacto retrouendendi ? expenso *Textu in l. ex facto, §. verum, ff. de hæred. instit.* & num dicantur contineri sub Castro? vel necessarij pro illius vsu ? vel considerentur vt Adiacens, vnitum, vel connexum feudo? & quid si ipsi introitus burgensatici, confusim cum redditibus feudi, exigi erant soliti, & annotari in annotationibus Aerariorum ? vbi notabiliter ex dictis allegationibus.

CAP. XIX.

Legato feudo, num veniant introitus Burgensatici particulari titulo acquisiti (vt in Capite antecedenti quæsitũ fuit) si Testator in legato dixisset (*lego Castrum cum pertinentijs, vel spectantibus, & pertinentibus*) vbi natura prædictorum verborum radicitus ponderatur, & etiam poderatur natura dictionis, *Cum*, num coniungat principaliter, vel tantum accessoriè? & in quo differat a dictione, *Et*, expenso *tex. in l. prædia, §. item legatum, ff. de fund. instr.*

CAP. XX.

Resolutio firmata supra in cap. 18. & ampliata in proximo præcedenti capite, num procedat etiam si Testator in legato, quod fecit de feudo cum pertinentijs, & pertinẽtibus addiderit verba (*modo & forma, prout ipse Testator tenuit, ac possedit*) vbi recensetur dictorum verborũ natura, num .s. ea apta sint comprehendere non tantũ iura respectu personæ dominantis, sed etiam respectu rei legatæ, etsi ad eam non spectãtia? & quæ sit vis clausulæ (*prout ac*) & vis illorum verborum (*forma, & modo*) circa quæ in præsenti capi-

te contenta,inducuntur *tex. in l.si mihi Mauia , ff de leg. 3.& in l.pradijs , §. Titio de leg 3.*

CAP. XXI.

Resolutio in cap. 18. firmata & in præcedentibus Capitibus ampliata,num procedat etiã si in legato de feudo, fuissent apposita verba (*quomodocumque,& qualitercumque*) adeò vt neq; tunc introitus burgensatici veniant?vbi natura dictorum verborum perpenditur, & qui sit eorũ sensus ? & expenduntur notabilia iura *in l. fin. §. cum dulcia,ff. de vin.trit. & oleo leg.& in l.seia, §. caio, ff. de fũd.instr.& in l.hæres meus, §.vxori, ff.de leg. 3. & in l. fin. ff. de reb. dub.* cum alijs multis,vt intus.

CAP. XXII.

Maritus num possit retrouendere census, siue introitus dotales absque aliquo vxoris consensu, in beneficium debitoris reementis ? vbi referuntur opiniones hinc indè; Vsusfructuarius num possit annuos introitus retrouendere,& censum extinguere, & debitorem ipsi capitale soluentem liberare?Debitor soluẽs capit le marito, num liberetur , supposito quod vxor in tali receptione non interuenerit ? vbi breuiter.

CAP. XXIII.

Dominium rei dotalis inæstimatæ (nam de dominio rei dotalis æstimatæ nulli dubiũ est, esse illud pœnes uirum) cuius nam sit matrimonio constante, mariti nè,uel uxoris ? ubi ponderantur multa notabilia iura , & recensentur multa,quæ circa dotales res,uiro potius, quam uxori permittuntur.

CAP. XXIV.

Fundamenta (quibus aliqui DD. impugnant resolutionem,capituli 22.)eliduntur; & exornantur notabilibus respõsionibus,*texx.in l quauis,ff.de iur. dot. et in l. 3. §. sed vtrum, ff.de minor. et in l.in rebus,Cod.de iur. dot.* & reijciuntur alique opiniones DD.concordantiũ,in arculo dicti *Cap.*, exornato *textu in l. qui vsumfructum , ff.si vsusf. petat.* cum Authoris nono discursu , re-

retorquendo argumentum, ab illo *tex.* à DD. contrariæ sententiæ desumptum: Maritus (data pro vera opinione, quod non ipsius, sed vxoris, matrimonio constante sit dotis dominium) num possit retrouendere, absque cõsensu vxoris annuum redditum redimibilem? & quid in Tutore, Æconomo, vel alio administratore? vbi plura ad materiam.

CAP. XXV.

Pactum rescissorium (quod cõmuniter in Instrumentis vẽditionis annuorum introituum apponi solet) si fuerit ex Notarij incuria in Instrumento ommissum, num sit pro apposito habendum? vbi refellitur sententia *Reg. Rouit.* & reijcitur *decisio* adducta à *Thor.* & Author adheret contrariæ sententiæ, iuris terminis, ac tramitibus, magis consonæ, vt intus.

CAP. XXVI.

Recensetur primum fundamẽtum DD. tenentium opinionem cõtrariam resolutioni, ab Authore firmatæ in præcedenti Capite, desumptum ex *tex. in l. si quis maior Cod. de transact.* cuius dispositio refertur, & examinatur num locum habeat in contractu constitutionis annui redditus? & num debitor qui cum iuramẽto certam summam in certis terminis soluere promiserat, si in primo termino à solutione defecerit, possit statim cogi ad integrã summam soluendam? vbi plures casus clarè & notabiliter distinguuntur; & quæ requirantur vt dispositio *d. l. si quis maior*, locum habeat? & num *d. l.* in praxi, maximè in nostro S R. C. suum vigorem debeat retinere?

CAP. XXVII.

Secundum fundamentum recensetur, ex quo *Reg. Rouit. & Thor.* probant sententiã contrariam resolutioni firmatæ in *Cap. 25.* nempè obseruantia, & consuetudo Notariorum in apponendo pactum rescissorium in instrumentis annui redditus? vbi examinatur, num, & quando clausulæ consuetæ apponi, si fuerint ommissæ, pro appositis sint habendæ? & differitur multiplex pa-

ctorum natura, quorum alia sunt substantialia, vel naturalia, alia vero accidentalia contractus; & resoluitur circa clausulam constituti, pactum de non opponendo, apud siculos consuetum, pactum rescissorium, hypotecam, cœteraque consueta, & ex notariorum incuria, in instrumẽto aliquo forsan ommissa.

CAP. XXVIII.

Recensetur vltimum contrariæ sententiæ fundamentum, desumptum ex *tex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* & agitur num ex eius dispositione colligi possit (vt DD. contrarij putant sed malè) esse permissam contractus resolutionem, ob non solutionem annuæ præstationis promissæ, etiam si nullum resolutionis, & restitutionis sortis, pactum præcesserit? vbi Author, *Regentis Rouiti* Authoritati, & *Decisioni* relatæ per *Thor.* (vt tamén sui ingenioli vires suppetunt) respondere conatur.

CAP. XXIX.

Interesse plurium annorum, ex mora debitum, & coaceruatum, num possit sortis principalis excedere duplum? vbi (cum sit nodus, & curiosus articulus, & quantum prima facie pro vna opinione facilis videatur, tantum per iuris tramites transeundo, pro alia contraria sit resoluendus) recensetur quædam causa ventilata, (sed nõ adhuc decisa) in S. C. in qua edite fuerunt quædam allegationes, ex quibus præsens *Capitulũ*, vsque ad *Cap.* 31. inclusiue, Author, sua methodo exornat; ad ornatum *tex. in l. nihil, § pro operis, ff. de naut. foen. & in l. si non sortem, §. super duplum, ff de cond. ind. & in l. vsure, Cod. de vsur. & in l. penult. §. 1. Cod. eod. tit.*

CAP. XXX.

Glos. sententia in articulo *Capit. præcedentis* recensetur, cum eius quadam interpretatione ad Iura in dicto *cap.* allegata, ac tandem ex communiori DD. sententiã reijcitur ex *Tex. in citata l. penult. § cursum Cod. de vsur.* qui contra *glos.* notabiliter inducitur; & etiam *Tex. in d. l. nihil interest, §. pro operis, ff. de naut. fœn.* ad cuius sensum percipiendum plura

no-

notabilia differuntur, & demōstratur *Accurs.* & sequaces in intellectu, & interpretatione, quam dare illis *Iuribus* conati fuerunt, prorsus paralogizatos fuisse; & discutitur num ad huiusmodi duplum conficiendum, sit etiam sortis habenda ratio, vt sors, & interesse duplum constituant? vbi omnia notabiliter habentur.

CAP. XXXI.

Recensetur aliud Motiuum DD. tenentium opinionem, aduersātem Resolutioni firmatę per Authorem in *Cap.* 29. & agitur num Iura in eo *Cap.* allegata (dum plurium annorum vsuras, vltra sortis duplum prætendi vetant) in interesse plurium annorum procedant? & quid intersit inter Vsuras lucratorias, & punitorias, seu damni restauratiuas? & num, & quando, cum quæritur de Interesse, ad *ll. de Vsuris* loquentes, recurri possit? item traditur Responsio, quæ fieri posset alicui, si diceret sententiam firmatam in d. *Cap.* 29. rem satis nouam introducere, si vera esset, ac esse contra praxim in Tribunalibus receptam? quæ, inquā, responsio, fuit quondam integerrimi Ministri, qui in eo articulo votare debebat, cuius laudes recensentur.

CAP. XXXII.

Ecclesia, vel locus pius agere intendens, contra suum censuarium, vt continuet soluere annuum censum, an debeat obtinere, si non alijs probationibus solutiones ostendat, quam ex suis .s. ipsius loci Pij, vel Ecclesiæ libris, quos penes se cōseruat? vbi exornatur *tex. in cap. ad audientiam* 13. *de præscript.* & *in l. census, ff. de probat.* & habetur quid censuerit Author in quadam facti occurrentia.

CAP. XXXIII.

Debitor si publico mediante instrumento promittit creditori aliquam soluere quātitatem (*si aliquid infra certum tempus factum non fuerit*) puta si promittit soluere cētū (*si nauis infra annū ex Asia nō venerit*) vel (*si infra annum talis res non fuerit vendita*), &c. num dicto termino elapso, Instrumentum

tum possit liquidari ad instātiam creditoris, quasi ad ipsum non pertineat probare, vel (*nauem ex Asia non venisse*) vel (*talem rem venditam nō esse, etc.*) & sic agitur num dicto casu dicto termino elapso, onus probandi spectet ad debitorem, vel potius ad creditorem, s. num debitor qui soluere recusat, probare debeat infra terminum (*Nauem ex Asia non venisse*) vel (*rem venditam non esse, etc.*) uel potius sit onus creditoris, (ut possit agere) probare intra dictum terminum (*nauem ex Asia venisse, rem venditam esse, etc.*) ubi relata facti contingentia, & opinione, quæ in quadam allegatione manuscripta eius occasione sustinetur, Author, distinctione adhibita inter negatiuas, & affirmatiuas conditiones, in cōtrariam descendit sententiam.

CAP. XXXIV.

Sequestrum si factum sit ad instantiam unius creditoris in aliqua re debitoris, & postea sit ablatum, uel consentiente dicto creditore, ad cuius instantiam fuit factum, uel eo audito, & si contradicente, si compareat alter creditor dicti debitoris, dicens omninò restituendum esse sequestrum prædictum, eo quia tolli non debebat eo inaudito, an per Iudicem restitui debeat? & sic discutitur; num sequestrum iam factum pro uno creditore instante firmum postea remaneat respectu omnium in eo interesse habentium? ubi exornato *tex. in l. fin. C. de bon. aut. Iud. possid. et in l. cum unus 12. ff. eod. tit.* Resolutio Authoris habetur.

CAP. XXXV.

Testatoris praeceptum prohibens hæredi bonorum alienationem (quod alias, quando est sine causa, seruandum non est, et nullius est momenti) num sit seruandum, quando causa prohibitionis alienationis per testatorem apponenda, ex tacita ipsius mente colligi posset? ubi exornatur decisio *tex. in l. filius fam. §. Diui il 2. ff. de leg. 1.* et discutitur, num illius dispositio procedat, si motus fuit Testator ad talē prohibitionem faciendam ex facilitate, iuuenili calore,

et lucubritate hæredis? et quid si hic sit extraneus? vbi inducitur notabilis *tex. in l. pen. ff. de curat. furios.* & multa habentur de patre prohibente simpliciter alienationem filijs, quos dissipatores videt;& ex quibus præsumatur pater (si non dicit expresse) filijs, bonorũ alienationem prohibere ex dicta causa iuuenilis ætatis? vbi recensetur quædam facti contingentia, & allegatio impressa cuiusdam nostri temporis eximij Aduocati.

CAP. XXXVI.

Donatio bonorum immobiliũ, præsentium, & futurorum (quæ regulariter minimè comprehendit iura,& actiones) num saltem compræhẽdat in casu, quo donentur omnia bona mobilia, & immobilia,præsentia,& futura, reseruatis ab ipso donante, sibi fructibus ipsorum bonorum sua vita durante, vel aliqua alia quantitate? vbi relatis hincindè DD. opinionibus, & in facti contingentia, vtriusque partis Aduocatorum scriptis, suam Author profert sententiam.

CAP. XXXVII.

Hæres si(ob peculiarẽ affectionem, quam habet ad aliquã rem hæreditariam,creditoribus obnoxiam)illam emit ab hæreditario creditore, cui fuerit illa adiudicata, num possit cõueniri hypotecaria actione à cæteris creditoribus super ea re? vbi perpenditur singularis *glos. in l. 2. in verbo conueneris, Cod. de repud. hæred* & refertur verba eximij Doctoris *Negusantij*,& quid in hærede,qui hæreditatem adiuit,cum Beneficio legis, & inuentarij? vbi recensentur etiam sententiæ quorumdam Doctissimorum Aduocatorum,qui commemorantur, in quadam causa,quæ recensentur.

CAP. XXXVIII.

Hæres si vendiderit aliquam rem hæreditariam,plus, quã verè valet, illud plus num cædat lucro ipsius, hæredis, vel potius de toto illo pretio ex ea venditione redacto,teneatur creditoribus hæreditariis?& quid sit sit hæres cũ beneficio legis, & Inuentarii? vbi habes an sit corre-

ctus

ctus *Tex. in l.* 3. *ff. ad l. falcid.* per *Tex. in l. fin.* §. *licentia Cod. de iur. deliber.* circa quod reiicitur *Decisio Præsid. de Franch.* 61. *num.* 22. & *doctrina Molfes.* Augmẽtum, quod hęredi etiam cũ beneficio, *l. & Inuent.* ex fortuna, vel sua industria prouenit, num illi acquiratur, nõ obnoxium Creditoribus? & quid si hæres pro debito hæreditario, se cum hæreditario creditore concordauerit, ei modica summa data, num, & quando suũ faciat lucrum, vel potius de eo cœteris hæreditariis Creditoribus teneatur? vbi omnibus relatis opinionibus, suam Author profert sentẽtiam, vt intus.

CAP. XXXIX.

Si duo se obligant ad aliquid faciendum (*insolidum*) & postea solutionem promittant inferius, absque tali clausula, num possint in solidum cõueniri etiam ad solutionem ipsam faciendam? Dotis fauore num quilibet ex eam promittentibus possit insolidum conueniri? Si duo sunt socii, & sibi inuicem facultatem dederint administrandi (*in solidum*) & promiserint reddere rationes cum reliquorum restitutione, absque tamen clausula (*in solidum*) num vnusquisque in solidum ad rationes reddendas cogi possit? vbi refertur Decisio Rotæ Genuæ impressa, & plura adducuntur ad materiam.

CAP. XL.

Duo si se in Instrumento obligauerint absq; clausula (*in solidum*) sed cum clausula (*tales, et quilibet eorum*) num vnusquisque in solidum teneatur? vndè discutitur num clausula prædicta (*et quilibet eorum*) sapiat eandem naturam, ac clausula (*in solidum*) vbi habes quid sentiat Author, cum quodam Docto nostri Temporis Aduocato, qui in isto articulo in facti contingentia scripsit.

CAP. XLI.

Instrumẽtum, in quo quis promisit soluere aliquam quantitatem alicui tamquam Tutori, vel Curatori alicuius Pupilli, vel Minoris, num tutela, vel cura finita possit via Ritus præsentari, & li-

qui-

quidari; et à quo? et quid si in dicto instrumento interuenerit Curator, & Minor, num saltem eo casu Instrumentum ipsum possit via Ritus præsentari cura finita ab ipso minore, seu pubere tantum, etiam absque Curatore.

CAP. XLII.

Instrumentum in quo quis promisit Titio, v. g. aliquam quantitatem soluere, si hic Titius declarat mediante aliquo actu publico, nil aliud se in dicto contractu, quam nudum nomen habere, & quod pecunia, & vtilitas spectat ad alium puta Caium, num dicto casu possit via *Ritus* presentari contra dictum debitorem per ipsum Titium, qui obligationem recepit? vbi discutitur illatiuè, num Instrumentum possit per procuratorem, cum quo fuit celebratum, via Ritus præsentari? vbi omnibus discussis habetur in articulo principali Authoris noua, & vera distinctio ad praxim valdè vtilis, & necessaria, & breuiter etiã agitur, num sicut hæres vniuersalis creditoris potest Instrumentum incusare contra debitorem, ita & legatarius cui à testatore legatum est nomen debitoris virtute liquidi instrumenti, possit contra dictum debitorem Instrumentum via *Ritus* presentare?

CAP. XLIII.

Iudex inferior num possit cognoscere de subreptione, uel obreptione rescripti per principem concessi, vt v. g. si fuit mulier obligata pro alio, mediante instrumento, præuia tamen Regia dispensatione, & conueniatur ipsa coram iudice, vt in M. C. V. pro obseruantia contentorum in dicto instrumento, & ipsa respondeat se non teneri, stante quod illa Regia dispensatio fuit subreptitiè, uel obreptitiè impetrata, sed creditor dicat non posse M. C. vt iudicem inferiorem de hoc cognoscere, quid igitur iuris? & illatiuè agitur in praxi num M. C. V. cognoscat de subreptione, uel obreptione supplicationis de verbo faciendo in causa, & materia liquidationis? ubi in principali articulo relatis hincindè contrarijs eximio-

rum tunc Aduocatorum, in causa quæ recensetur, sentẽtijs, suam profert Author opinionem.

C A P. XLIV.

Maritus vt de proximo carcerandus dicatur(ad finem, vt Mulier validè pro eo obligari possit, absque quod iuuetur beneficio *Senatus Cõsulti Velleyani*)num sufficiat si contra eum adsit tantum, publicum Instrumentum, vel requiratur etiam, quod tale Instrumentum sit liquidatum, & sint expedite litere exequutoriales? & quid si ipse vir obligatus ex publico, quarantigioq; instrumento, esset vnus ex Regni proceribus? vbi relatis hinc indè varijs Aduocatorum sententijs. refertur Decisio M. C.V. & S.C.

CAP. XLV.

Hæres, qui hæreditatem adiuit, atque inuentarium confecit: si fructus ex rebus hæreditariis bona fide percepit, & consumpserit, num ueniente creditore hæreditario, & pro illorum restitutione instante, ipsos fructus ita perceptos, & consumptos restituere teneatur? vbi relata quadam Decisione, & relatis contrarijs inter se opinionibus, Author tradit quid ipse sentiat.

CAP. XLVI.

Exornatur *prag*. 4. *de instrum. liquid.* per quam disponitur debitorem citatum super tenore instrumenti, non nisi scripturis præsentatis Curia pro Tribunali sedente, vti posse; & discutitur num eius dispositio procedat non solũ in illis scripturis, quæ aduersus instrumentum, & citationem super ipsius tenore præsentantur, sed etiam si actore producente Curia pro Tribunali alias scripturas, de quibus, nec in citatione, nec in instrumento fuit facta mentio, debitor pro illarum reiectione alias scripturas producat extra Curiã? vbi habes dissentientes Doctissimorum Iuris Consultorum ppiniones, & Authoris resolutionem.

CAP. XLVII.

Fideiussor Hæredis cum Beneficio *& l. inuentarij* (qui, in quam,

quam, hæres se obligauit creditori defuncti proprio nomine, & nō tenetur dicto casu vltra vires hæreditarias ex Decreto Generali Trium Aularum S.C.) num habeat idem dicti Decreti beneficium, vt.s. non teneatur pro dicto hærede, nisi in quantū est in hæreditate, vel potius teneatur etiam vltra hæreditatis vires? vbi expensa doctrina *Henrig. in suo tract. de fideiuss.* vera traditur resolutio.

CAP. XLVIII.

Creditor si petijt assistentiam super vna re sui debitoris, & fecit dari terminum in causa, & ad vlteriora procedi fecit, si postea velit variando agere iure assistendi super alia re dicti debitoris, num sit excludendus, tamquam variare non valens? ubi expenditur, & declaratur doctrina *Bart. in l. eum qui certarum §. fin. ff. de verb. oblig. & in l. si quis stipulatus, ff. eod.* & reijcitur, *Decisio Capyc.* 46. & vera ex pragmaticis nostris, traditur resolutio.

CAP. XLIX.

Creditor qui duos reos debendi insolidum obligatos habet, num possit iudicio incæpto contra vnum ex eis, & lite etiam contestata, eo relicto contra alium agere? vbi perpenditur singularis *tex. in l. liberum Cod. de fideiuss.* & concordatur cum *tex. in l. reos Cod. eod. tit.* & ponderatur item *tex. in l. Quoties, §. si creditor, ff. de pecul.* & agitur etiam de requisitis ad inducendam debiti diuisionem inter plures correos debendi in solidum obligatos, circa quod refertur decisio M. C. V. in quadam causa interposita, Authore in contrarium patrocinante.

CAP. L.

Creditori num sit licitum cæpto iudicio ordinario, & super eo lite contestata, ad exequutiuum iudicium conuolare? & quid post sententiam in ipso iudicio ordinario latam? & an saltem sint eo casu, reo reficiendæ expensæ? & illatiuè agitur, num instrumentū possit via *Ritus* liquidari,

non obstante quod contractus fuerit via ordinaria etiã in Sacro Consilio rescissus? vbi breuiter vera traditur resolutio.

CAP. LI.

Testator, cui viuenti lis aliqua calumniosa, & iniusta fuit per aliquem mota, si aliquã quantitatem legauerit ei qui eam mouit, ad hoc vt ea sũma contentus remaneat, & amplius de ea pretentione non loquatur, & hoc fecerit, ne sui hęredes litis illius molestia vexentur, num teneãtur dicti hæredes ad illius summæ per testatorem relictæ, solutionem, si illa lis poterit iniusta, & calumniosa demonstrari; ut si ille prætensor per sententiam succubuerit? & num si hæres dicto casu soluerit, aliquam repetendi spem habeat? & quid si ipse testator uiuens soluisset ad litem illam calumniosam effugiendam, nũ etiam dicto casu detur hæredi repetendi facultas? ubi omnibus nouiter, & breuiter discussis, refertur tandem in principali quæsito legati, punctualis Decisio S. C. iunctis Aulis interposita.

CAP. LII.

Venditor annui redditus si non uult soluere ipsum annuum redditum, sed potius uelit fundum censu oneratum assignare, seu in solutum dare creditori, num sit audiendus? fructibus rei subiugatæ diminutis, num census quoque sit diminuendus? Venditis annuis introitibus pro emendo aliquo iure, & dicto iure, eiusq; fructibus subiugatis pro illorum præstatione, si illud fuerit facto tertij extinctum, num debitor ad redditnum solutionẽ annuatim teneatur? vbi breuiter plura habentur.

CAP. LIII.

Annus redditus vt extinguatur, seu vt redditualis contractus rescissus dicatur, nũ sufficiat sola libelli oblatio, seu litis contestatio, vel potius sit necessaria sententia rescissionis, adeo vt ab eo tempore (cum amplius tertiæ, non vt tertiæ, sed vt interesse debeantur) non producant aliud interesse? vbi reijcitur sententia *Reg. Rouiti*, ex quadam *allegatione* im-

impressa ædita per Doctissimum quendam tunc primarium Aduocatum, nunc dignissimū Regiū Consil. & etiam ex alia allegatione, quæ recensetur.

CAP. LIV.

Cessionario num, & quando opponi possit compensatio de eo, quod cedens debitori cesso debebat? & an in isto casu procedat dispositio *tex. in l. 3. Cod. de Nouat.* & eius termini sint applicabiles? vbi breuis & notabilis habetur resolutio.

CAP. LV.

Scripturam producens (qui regulariter videtur fateri omnia contenta in ea) num eodem modo fateri videatur, si præsentauerit scripturam de per se nullam facientem fidem? & quid in casu simili, si Apoca, quæ caret debitoris, & testium subscriptione, recognoscatur per partem (ex qua recognitione oritur probatio in vim confessionis) nū illa confessio effectum producat, dati illius scripturæ inualiditate? vbi recensetur quædam causa ab Authore patrocinata.

CAP. LVI.

Clausulæ consuetæ apponi per Notarios in instrumentis, (vt constituti, & precarij, pacti exequutiui, rescissorij, &c.) num ad finē vt ommisse pro appositis habeantur, attendatur consuetudo eiusdem Notarij, qui aliquod instrumentum absque his clausulis confecit, vel attendatur, & sufficiat consuetudo Notariorum communiter, ad hoc vt clausula dicatur consueta opponi in instrumento, & per consequens pro apposita habeatur? vbi relata vtraq; sententia, Author resoluit cum breui, & non ingrato discursu.

CAP. LVII.

Creditor, qui confessus est se à debitore pecuniam recepisse, an posit replicationem non numeratæ pecuniæ opponere, & infrà quod tempus? & quid si vltra confessionem adsit quietatio, vel pactum de non petendo? & quid si adest renunciatio dictæ exceptioni, seu replicationi? & num elapso dicto tempore præfixo, audiatur cre-

creditor si vult in se suscipere onus probandi pecuniam numeratam non fuisse, quẽadmodum auditur debitor in mutuo post elapsum biẽnium? vbi improbata opinione *Bald.* & sequacium, breuiter, & verius cum alijs DD. Author resoluit.

CAP. LVIII.

Locator num posit vigore instrumenti confecti in contractu locationis, agere exequutiuè, et etiam via *Ritus* contra ipsum conductorem, etiam pro pensione tacitæ reconductionis? vbi habetur vtraque opinio, ponderato *tex. in l. legem Cod. loc.* et quid sentiat Author cum curiosa consideratione.

CAP. LIX.

Locator, num pro mercede, seu pensione recõductionis prę feratur creditori, qui cum conductore contraxit post primam conductionem, ante verò reconductionem? vbi agitur num reconductio sit idem cõtractus cum conductione? & pluribus ad materiam prorogationis exaratis, breuiter resolutio huius dubii traditur.

CAP. LX.

Dilatio quinquennalis si fuerit concessa debitori per maiorem partem creditorum, et postea fuerit processum ad illius carcerationem ad instantiam creditorum nouiter quæsitorum post dictæ dilationis concessionem, et etiam ad uenditionem bonorum eiusdem, si compareant dicti creditores, qui concurrerunt, uel ad concurrendum damnati fuerũt, et vt priores in tempore sibi satisfieri instent, et intendant debitorem arrestare, num per nouos creditores posit eis opponi exceptio rei iudicatæ in iudicio concurrentiæ, quasi quinquennio pendente acquiescere debeant ipsorum concurrentium creditorum iura? vbi relata vna opinione, et M. C. decisione, Author in contrariam descendit sententiam.

CAP. LXI.

Creditores maioris summæ si concesserunt dilationẽ quinquennalem debitori, petentes condemnari ad similiter con.

concurrendum renitentes si isti seruatis seruandis ab impetita dilatione absoluantur, num possint conuenire ante quinquennium ipsum debitorem, stante quod dilatio effectum non habuit respectu non concurrentium, vel potius eis opponi possit per debitorem exceptio dilationis iam per eos concessæ? vbi breuiter, & notabiliter.

CAP. LXII.

Vendito fundo, siue Agro per expertos mensurando, nũ sit licitum alicui ex contrahentibus ante mensuram à venditione, seu emptione prædicta recedere, consignata emptori possessione? & quid si sit dictum in instrumento deberi fieri mensurationem (vt vna pars alteri reficiat) vbi relatis hinc inde opinionibus, habetur quid sentiat Author, ex allegatione eximij cuiusdam Aduocati iam mortui.

CAP. LXIII.

Pater si plures filios Masculos habens, eos in suo vltimo testamento hæredes instituerit, & iusserit sua bona, suamque hæreditatem deuenire in perpetuum de hærede descendente in hæredem masculum, si vnus ex dictis filijs post dicti eius patris mortem decedat relicta tantum filia fœmina, num ista ad suam portionem admittatur, vel potius excludatur per dictos alios filios masculos, vel eorum descendentes similiter masculos, vigore dictæ dispositionis? vbi recẽsetur quædam causa discussa per eximios Iuris Consultos, & quid ipsi sẽserint? & quid putet Author ex quadam docta allegatione manuscripta, ædita occasione cuiusdã causæ, quæ recensetur.

CAP. LXIIII.

Ætas annorum 18. (attento iure Regni Nostri in *Constit.* (*Minorum iura*) per quam disponitur quod ipsa reputetur maior, & legitima ætas) num reputetur legitima quoad alienationem bonorũ immobilium absque decreto faciendam? & in quibus casibus statutum prædictum verificari possit? & quid in donatione? & discutitur in simili, num quatriennij tempus (per lapsum cuius à die ma-

maioris ætatis, censetur minor ratificare contractum a se factum tempore minoris ætatis, *ad tex. in l.fin. Cod. si maior fact. alien. sine decret. &c.*) currat attento dicto statuto, seu *Constitutione* à tempore ab ea præfixo ad maiorem ætatem complendam, s. ab annis 18. completis, vel potius à tempore præfixo a iure communi, s. ab annis 25. completis? vbi relatis varijs opinionibus, veriori, & notabiliori Author adhæret.

CAP. LXV.

Pater si postquam matrimonio collocauerit filiam, per multum tempus sua in domo, ei alimenta præstiterit, num possit dicta alimenta repetere, vel potius animo donandi ea præstitisse censeatur? vbi affertur *Decisio*, pro resolutionis (quæ firmatur) coronide; & quid si pater filiam dotatam viro absente aluerit, num à dicto eius genero, ipsa possit alimenta repetere? in quo refertur S.C. *Decisio*: & quid si fuerint à patre sponsæ, in capitulis matrimonialibus promissa alimēta genero, & habitatio per certum tempus, num promissa censeantur animo donandi, vel potius in partem dotis, adeo vt sint mulieri, vel eius hæredibus dissoluto matrimonio restituenda? vbi DD. resolutione relata, Author distinctione quadam vtitur.

CAP. LXVI.

Pater si instituerit sibi filios hæredes, quibus decedentibus sine filijs masculis, vel suis nepotibus & pronepotibus in infinitum ita etiam decedētibus, substituerit alterum similiter de familia, eiusque successores, & hæredes in linea masculina etiam in infinitum, & casu quo linea masculina ex vtraque parte deficeret, in tali casu substituerit lineam fœmininam eius, si linea masculina vtriusque defecerit, & sint superstites consanguineus de familia non vocatus in testamento, & aliquis, qui descendat ex fœmina familiæ præmortua ante conditionis euentum, seu substitutionis casum, num stante tali facti contingentia sit admittendus hic de familia non vocatus, vel potius descendens ex

fœ-

fœmina illa præmortua? vbi nouè & ſubtiliter, habes quid Author ſentiat ex quadam manuſcripta allegatione.

CAP. LXVII.

Iudicio per aliquem intentato, vt ſibi aliqua res debitoris adiudicaretur pro ſuo credito, & adiudicatione obtẽta, ſi poſtea veniret alter pretẽdens ius habere ſuper eadem re, & faceret eam ſequeſtrari, ſi ille qui prius adiudicationem habuit petat tolli ſequeſtrum, num teneatur huic ſecundo (qui venit) dare cautionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, iuxta *tex. in l. is à quo, ff. de rei vẽd.*? vbi pulcherrima Deciſio M.C.V. habetur, & habetur quomodo intelligatur concluſio illa ex dicto *tex.* deſumpta, ſ. creditori poſteriori, qui prius ad ſententiam peruenit, eſſe liberandã pecuniam cum cautione? itẽ incidenter diſcutitur, num ſi iudex, qui alicui rem adiudicauit, non ſit competens reſpectu ipſius victoris, debeat cognoſcere de controuerſia nouiter mota ſuper re illi adiudicata, vel potius tã quam noua lis ad competentem remicti debeat?

CAP. LXVIII.

Creditor ſi duos reos debendi in ſolidum obligatos habuerit, & vnum ex eis per Aquilianam ſtipulationem liberauerit, cum expreſſa reſeruatione iurium contra aliũ, num poſſit contra hunc alterum agere, vel potius iſte liberationem ſit conſequutus? vbi *Bart.* & aliorum opiniones recẽſentur, & põderantur *texx. in l. 3. §. nunc de effectu, ff. de liber. legat. & in l non quicumq §. qui Caio ff. de leg. 1.* & affertur deciſio M.C.V.

CAP. LXIX.

Teſtator ſi montem alicuius familiæ eligit, & diſponit vt duo v. g. eiuſdem familiæ debeant eſſe adminiſtratores, qui debeant coniunctim adminiſtrare, & poſtea accidat caſus, quod de dicta familia reperiatur vnus maior ætate ad adminiſtrandum capax, & alter minor incapax, num ille maior ſolus adminiſtrator remaneat, vel potius etiam hic minor ad-

ministrare debeat cum eo, persona eius Tutoris, vel Curatoris mediante, vbi quodã discursu præhabito, Author concludit cnm quadam Decisione M. C. V. in quadam causa annis elapsis, interposita; item traditur num & quando minor, possit tutor esse alterius? & affertur quædam notabilis M.C. decisio: & incidenter agitur num & quando Iuuenes sint vel nõ sint ab officijs, dignitatibus, vel honoribus repellendi? & quid in concursu cum senibus? vbi curiosè, & breuiter.

CAP. LXX.

Termino in aliqua causa per aliquem petito, si fuerit hic ab eo exclusus, num possit postea petere depositionem principalis? vbi ponderatur *tex. in l. in contractibus, §. illo Cod. de non numer. pecun.* item agitur num, & quando à probationibus exclusus possit talem aduersarij depositionem petere? & an super articulis impertinentibus (super quibus probatio fieri non posset) peti possit principalis depositio?

CAP. LXXI.

Mulier, quæ pro alio se obligauit, & intercessit, si denuò elapso biennio computato post primam obligationem se obligauerit, num remaneat efficaciter obligata, absque spe se iuuandi beneficio Senat. Consf. Velley.? vbi affertur notabilis *tex. in l. si mulier, Cod. ad Velley.* & habetur quid sentiat Author; & nũ *tex.* prædictus sit correctus per *Authent. si qua mulier* immediatè sequentem, quæ ponderatur; & etiã consideratur curiosè doctrina D. *Regent. Rou.* ad huius quæstionis propositum; & tandem affertur aurea huius articuli principalis *Decisio* M.C.V. in facti contingentia, interposita.

CAP. LXXII.

Colonus fundi seu Agri, si meliorationes fecerit in agro conducto, plantando arbores, num possit repetere earum pretium habito respectu ad presentem valorem, & præsens augmentum, vel tantum, quantum tempore plantationis expendit? ad

tex.

tex. in l. in fundo, ff. de rei vendic. & quid si quis alteri locaret agrum, & promiserit in instrumento, colono soluere (affictu finito) augmentum, & meliorationes, num eo casu colonus ille repetat valorem plantarum, habito respectu ad præsens tempus, vel potius tantum vt valebãt tempore plantationis? vbi refertur *Decisio* M.C.V.

CAP. LXXIII.

Solutionem à debitore factam, prius in causam tertiarum, quam capitalis cedere *ex l. 1. Cod. de solut.* quomodo intelligi debeat? & num dictũ axioma indistinctè procedat tum in debito vsurario, s. vbi certe sunt constitutæ vsuræ, (quas nos tertias vocamus) tum etiam in interesse debito ex mora, & officio Iudicis mercenario? vbi singularis, notabilis, & breuis resolutio habetur, nõ tantum impressis *Decisionibus* comprobata, sed etiam confirmata *Decisione* quadam M. C. V. in facti contingẽtia annis elapsis, interposita.

Item recensetur in fine huius *capit.* Decisio S.R.C. diebus elapsis interposita in articulo proposito in *cap.* 16.

CAP. LXXIV.

Exceptio exhibitionis alicuius scripturæ, quam reus dicit pœnes actorem esse, num debeat ad merita causæ reseruari, & quid de alijs exceptionibus? & quid de exceptione exhibitionis alicuius processus, qui actori consignatus appareret, num impediat agendi viam, vel potius debeat ad merita reseruari? & quid si per plura decreta in rem iudicatam transacta, fuerit ordinatum quod infra aliquem terminum actor exhibeat aliquam scripturam, vel processum, alias prouidebitur termino elapso, quod præcludatur via agendi, num his decretis non obstantibus, possit dicta exhibitionis exceptio ad merita reseruari? vbi habetur aurea, et verè notabilis praxis, et decisio S.C. à quodam processu extracta.

CAP. LXXV.

Notarius si deponit in iudicio (in quo controuertitur de validitate, seu nullitate alicuius testamenti) sibi ab aliquo puta consanguineo, et

forte ab illo, qui fuit postea in dicto testamento hæres institutus, traditam fuisse illam testamenti notam, vt eã scriberet, quam dicat scripsisse testatore moribũdo annuente, et forte per Monosyllabum (*sic*) respondente, num tali casu sic deponendo, fidem faciat, verè non fuisse à testatore accersitũ, et ab eo verè non fuisse voluntatem indicatam, ad tollendam dicto testamento fidẽ, et efficaciam? vbi habes resolutionem Authoris deprõptam ex allegatione insignis cuiusdam Iurisconsulti, supremo (ad præsens) munere insigniti.

CAP LXXVI.

Testamentum dictatum á consanguineis, siue ad eorum dictamen à Notario scriptũ, et postea coram testatore ab eo lectum, num sit validum? et quid si totum testamentum hæres scripserit, et dederit Notario, qui legeret, et rogaret? et quid si dictis casibus responderit testator per monosyllabum (*sic*) non autẽ verbis? vbi habes quid sentiat Author ex *allegatione* in *præcedenti Cap.* mẽtionata.

CAP. LXXVII.

Baro num possit aliquo accepto, vel propter benemerita, Vassallos absoluere à petitione adiutorij, quod petere potest uigore *Constit. Regni* (*Quamplurimum*)? vbi curiosa, et breuis habetur resolutio.

CAP. LXXVIII.

Maritus si de uoluntate filiæ alicuius, sue uxoris, alteri dotis restitutionem promittat, an nihilominus pater una cum et ipsa filia soluto matrimonio, contra maritum, uel mariti hæredes, pro dotis restitutione agere possit? ubi concordantur *Pomponius in l. cum dos, ff. de pact. dotal. et Vulpian. in l. 2. §. pen. ff. solut. matr.* reiectis quinq; concordijs, ab alijs assignatis.

CAP. LXXIX.

Electio si est nulla, ex quo aliqui de cœtu non fuerunt conuocati, nullitas hæc an possit allegari per quemlibet de cœtu, uel tantum allegari possit per eos, qui cõuo-

uocati non fuerunt, in hoc habentes peculiare interesse? ubi refert Author facti contingentiam, et quid in ea euenerit ex patrocinio per eum præstito.

CAP. LXXX.

Rescriptum principis, per quod mandatur reuideri sententiam, num sit ualidum, supposito quod illa iam fecerit transitum in rem iudicatam, et quod in libello pars fecerit tantum de illa simpliciter mentionem, non explicando transijsse in rem iudicatam? et quid si sententia fuerit exequuta ex quo secū trahebat paratam exequutionem, et in libello fuerit facta mentio tantum illam esse exequutam, non uerò fuerit dictum transiuisse in rem iudicatam, num rescriptum mandās illam reuideri, cum clausula (non obstante sententia) sit ualidum, et efficax? et quid si exequi non potuisset, nisi in rem indicatam transacta? ubi omnia clarè, et facilè dilucidantur.

FINIS.



IN-

INDEX VERBORVM,

Ac sententiarum omnium, quæ in hac casuum forensium Sylua continentur.

INDEX.

Clau-

INDEX.

g 2 non

D

Do-

Heres

INDEX.

Hy-

INDEX.

L

D.An-

forte

 Pa-

Re-

R

Se-

T

V

Ven-

Ven-

INDEX.

ec,

F I N I S.

INDEX MATERIARVM.

LAVS DEO, FINIS.

In hoc opere (Candide Lector) multa errata inuenies, quę Tuæ benignitati corrigenda remitto.

SILVA
CASVVM FORENSIVM.
ATQVE IN PRAXI QVOTIDIE OCCVRRENTIVM.

Quamplurimis Tribunalium huius Ciuitatis Decisionibus exornata.

AVTHORE
CAROLO ANTONIO MOCCIA
I.V.D. Patritio Neapolitano de Sedili Portæ Nouæ.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*

2 *Hereditas pacto dari non potest, & nu. 14.*

3 *Pactũ quod filia æqualiter cum cæteris filijs succedat non est validum, unde fallitur vir talis pacti spe contrahens, ut nu. 4.*

5 *Pactum appositum in capitulis matrimonialibus de hæreditate viuentis initum cum eodem domino, valet; maximè existente iuramento, ut n. 6 sed contra nu. 15. & 20.*

7 *Pactum, quod non fit de tota, sed de quota hæreditate viuentis, validum est præcipue si fiat in contractu matrimonij, sed contra nu. 27.*

8 *Pactum de hæreditate viuentis (qui interuenit in contractu) appositum in capitulis matrimonialibus, saltem de consuetudine substinetur in omnibus partibus; quod ampliatur etiã si nullum ius iurandum interuenerit, ut nu. 9. sed contra nu. 24.*

10 *Consuetudine induci potest validitas huiusmodi pacti de successione viuentis, sed contra nu. 25.*

11 *Præambulum in Regno, semper consuetum fuit interponi ad beneficium hæredum, vel ab intestato in coniunctis in gradu, vel ex testamento in extraneis, & extra dictos duos casus interpositum, eius decretum nullum est, & nu. 12.*

13 *Modus succedendi per pactum non reperitur in iure.*

16 *Tex. in l. pactum, quod dotali Cod. de pact. conu. procedit etiam existente iuramento.*

17 *Intellectus ad text. in cap. quamuis pactum de pact. in 6.*

18 *Pactum reciprocum de succedendo ad inuicem, tamquam contra bonos mores non valet.*

19 *Pactum de hæreditate cum ipso domino viuente initum, dato quod valeat, poterit hic liberè illud reuocare disponendo.*

21 *Pater, qui in capitulis promisit vna cũ cæteris filiam hæredem instituere, si ab intestato decedit, filia non potest petere cum alijs ad eius successionem admitti.*

22 *Pactum de non auantagiando masculos, non est validum, sed contra indicatum. nu. 23.*

26 *Pactum quod succedat primogenitus tantum, non est validum, & consuetudo forte inducens talem validitatem non substinetur.*

28 *Decisio S.C. in causa proposita affertur.*

ARGVMENTVM.

Pactum adiectum in capitulis matrimonialibus, quo mediante pater sponsæ promittit eam vna cum cæteris filijs hæredem instituere; nũ sit validum, & vt tale sit seruandum? pactum de quota successione viuentis nũ valeat? & quid in pacto reciproco succedendi? pactum de quo supra, à patre in capitulis matrimonialibus appositum num de consuetudine saltem substineatur? & num talis consuetudo valeat? & num substineatur dictum pactum stãte iuris iurandi vinculo ad *tex. in c. quamuis pactum de pac. in* 6. præambulũ num possit in Regno expediri ad beneficium alicuius vigore pacti in aliquo contractu adiecti? pactum de hæreditate viuentis cum ipso eodem gestum, supposito quod sit validum num possit reuocari dispositione bonorum? & quid de pacto, de masculos non auantagiando num valeat? vbi pluribus ad propositum exaratis; tandem in proposita causa decisio S. C. affertur.

CAPVT PRIMVM.

1 
Lmasorus de Almansoro nuptui tradidit Mariam eius filiam cum Carolo Tramõtano pacto adiecto, & promissione de instituendo ipsam Mariam hæredẽ vna insimul cum filijs ab eo nascituris; qui quidem Almansorus alijs filijs procreatis, hos tãtum hæredes instituit nulla de dicta Maria, mentione facta, quare ea per se vigore dictæ promissionis declarari se pro parte hæredem vna cum dictis filijs institutis; & ita ad sui fauorem, fuit pro portione ab ea petita, expeditum per M. C. decretum præambuli, à quo cum ad S. C. appellassent fratres, fuit discussum quid iuris, nẽpè nũ debuerit Maria hæres institui ex dicta ꝓmissione per partẽ in capitulis facta, & per cõsequens fuerit bene interpositũ dictũ decretũ ꝑãbuli?

Pro parte ipsius Mariæ defendebatur præambulum; quia &
2 si hereditas, pacto dari non possit *l. hereditas Cod. de pact. conuent.*
3 & non valeat pactum quod filia. E-

qua-

qualiter cum filio succedat, *ex l. pactum quod dotali*, *Cod. de pact. conu.* vbi Det, & alij adeo vt *Bald.* dicat.

4 Falli virum qui hoc pacto allectus matrimonium contraxit, attamen

5 pactum appositum in contractu matrimonij non de hereditate tertij viuentis, sed inhitum cum eodem hæreditatis domino valet, vt tenuerunt quamplures apud *Menoch. cons.*

6 *92. num. 44.* maxime existente iuramento, quo casu firmissimum reddi pactum initum de hæreditate cum eodem domino, tradit *Thesaur. dec. 225. num. 6.*

7 Item, & 2. dicebatur pactũ quod non sit de vniuersa hæreditate, sed de quota in contractu matrimonij omninò valere, vt per *Crau. cons. 256 nu. 1.* quem sequitur *Menoch. cons. 1. nu. 66. vol. 1. & d. cons. 92. num. 49. & 51.* ea ratione quia non tollitur testandi facultas, cum libera in cæteris bonis remaneat.

8 Et tandem dicebant Aduocati Mariæ, hæc pacta valere adiecta in capitulis matrimonialibus saltem de consuetudine (licet sit controuersum de iure) tàm in Italia, quam Gallia, Germania, & alijs partibus, vt post *Aluar. Alb. Detium Ruyn. Guliel. de Benedict.* & alios tradit *Menoch.* ad saturitatem omnes allegãs *in d. cons. 1. nu. 163. & 164. & d. cons. 92. num. 52.* & vltra eum etiam id ipsum de consuetudine seruari, vltra Francisc. quæst. 136. Calf. Vgon. cõs. 200. *Vuessemb. cons. 31. nu. 26. & 34. Gaill. Raud. & alios*, tradit *Peregr. de fideicom. art. 51. nu. 25. vers. nam de consuetudine*, & vbiq; gentium esse receptum, quod hæc pacta tam inter Nobiles, quam etiam inter alios

9 quoscumq. valeant, etiam si nullum ius iurandum interuenerit, tradit, & sic decisum refert, *Anton. Fab. de pact. conuent. lib. 5. tit. 9. diff. 6.* quod

10 autem huiusmodi pactorum de cota, vel quota hæreditate viuentis, validitas possit induci per consuetudinem rægionis, tradit *Bald. in l. cum Archimedoram Cod. vt in possess. legat. nom. Peregr. vbi supra n. 35.*

Pro parte verò cæterorum filiorum ipsius Almansori, dicebatur nullum fuisse præambulum expeditum per M. C. respectu portionis

11 datæ mariæ; ne dum quia in Regno decretum præambuli semper consuetum fuit interponi ad beneficium hæredum, vel ab intestato in filijs, & alijs coniunctis in gradu, vel ex testamento in extraneis, prout desumitur ex Ritibus M. C. 178. 181. & 288. vbi *Carau. & Preses de Franch. decis. 204. in princ.* & sic cum

12 extra dictos duos casus M. C. decretum prçambuli interposuerit vigore pacti in contractu inter viuos appositi, nulliter id fecit; cum inter

13 modos succedendi, non adsit iste per pactum inter viuos initum *l. 1. cum seqq. ff. de pet. hæredit. Decius cõs. 224. sub num. 5. vers. quia sunt certi*;

14 imò resistat regula dictãs pacto nõ posse dari hæreditatem, *ex d. l. hæreditas, cum concordant. per Thesaur. decis. 225. in prin.* Sed etiam fuit nullum dictum præambulum ex quo

15 tale pactum omninò improbatur ex dicto vulgato *tex. in l. pactum*,

16 *quod dotali*, cuius dispositio nullatenus limitatur ob existentiam iurisiurandi ex *cap. quamuis pactum. de*

17 *pact. in 6.* cum hic tex. disponat pactum de non succedendo per filiam inhitum dote recepta substineri iuramento; ideoquè non extenditur ad affirmatiuum pactum de succedendo, vt tradiderũt post *glos. Bart. tam in d. l. pactum, quã in l. fin. num. 9. Cod. de pact.* sequutus tum à Ciuilistis, tum à Canonistis *videt Salyc. Ang. Paul. de Cast. Alex. Butr. Gemin. Aluar. Ias. Cyn. Roman. Soccin. Capp. Thol. Cagn. Tiraq. & alijs*, quos refert & sequitur, *Ozasch. dec. pedam. 100. num. 31. & addo Crass. de success. ab intest. q. 9. num. 7. Facchin. lib. 2. controuers. cap. 101. & Lanar. cons. 55.*

18 *num.7.* imò nec pactum reciprocum
de duorum successione valere, re-
fert decisum *Ozasch. dicta decis.* 100.
in fine, ex quo dictum pactum, est cō-
tra bonos mores.

19 Et data validitate huiusmodi pa-
cti de succedendo ea non obstante
poterit paciscens ex quacumq; iusta
causa, aliter disponendo de rebus
suis, pactum reuocare, iuxta decisio-
nem *Capp. Tholos.* 45. & sic ex innu-
meris notat *Thesaur. decis.* 225. *sub
num.6. vers. & hoc casu.*

20 Sed veritas est tale pactum, de
filiam, quæ dotatur, hæredem insti-
tuendo cum cæteris filijs, non sub-
21 stineri; adeo vt etiam si paciscens
deindè ab intestato moriatur, non
possit filia ad beneficium cuius fuit
illud in capitulis appositum, illius
vigore cum cœteris succedere,
prout benè fundat post cæteros
Facchin. lib.2. controu. iur. cap. 101.
col.2. vers. ad tertium.

22 Quinimò si pater promisisset tā-
tum non auantagiare masculos, sed
omnes pariter vocare, neque pactū
hoc posse substineri, egregiè fundat
Decius cons. 183. quem locum ma-
23 gnificat *Lanar. cons.65. num.4.* licet
in hoc contrarium iudicatum refe-
rat, ratione & fauore, æqualitatis
seruandæ, *Anneus Robert. rerum ind.
lib.1. cap.15.*

Nec valet dicere pactum de quo
supra valere fauore matrimonij, cu-
ius contemplatione fuit inhitum, &
sine quo non fuisset contractum, nā
24 matrimonium in hoc non reperi
tur priuilegiatum; imo *tex. in d.l. pa-
ctum, quod dotali* expresse annullat
pactum prædictum contemplatione
25 matrimonij adiectum; nec vt supra
dicebatur poterat prædicti pacti va-
liditas induci per consuetudinem
regionis, vt expresse tenet *Bart. in
l.2. Cod. quæ sit long. consuet.* & alij
adducti per additionem ad *Bald. in
d.l. cum Archimedoram lit. F.* & sequi-
tur *Decius cons.224. num.3. & 8. Boer.
decis.20. num.10. & 11. Lanar. cons.
55. num.6.* qui omnes etiam dicunt
26 neque pactum quod succedat pri-
mogenitus valere, & consuetudinē
inducentem talis pacti validitatem
non substineri.

Nec est verum tale pactum va-
lere cum non sit de tota hæreditate,
27 nam verius est, nullum illud esse, si-
ue fiat de tota, siue fiat de quota
successione, vt per *Pereg. de fideicom.
art. 51. à num. 24.* qua de re vide
*Thar. 3. p. sui compend. in vers. pactum
sì mihi* 231.

28 *Ex quibus sub die 13. Nouembris
anni ad relationem Regij Consi-
liarij Salui, fuit iudicatum pactum ad
beneficium prædictæ Mariæ appositum
non valere, & proinde fuit decisa nul-
litas preambuli quatenus admiserat
ad successionem ipsam Mariam dicti
pacti vigore, vna insimul cum cæteris
filijs; interuenientibus Consiliarijs de
Ianuario, Brancia, & Quadra; proces-
sus est in Banca de Ferrarijs.*

S V M M A R I V M.

1 *Famosa quadam, ex omni capite, causa
recensetur.*

2 *Citatio super tenore instrumenti
venditionis rei feudalis, vt rectè
procedat, est in ea facienda mentio
Regij assensus; & alias non valet
etiam si assensus exhiberetur Curia
pro Tribunali sedente, vt nu.3. sed
contra infra, & propriè num. 12.
vbi Carau. doctrina perpenditur in
hac re.*

4 *Citatio super tenore instrumenti per
aliud instrumentum liquidandi, vt
rectè procedat, non tantum debet
vtrumq; exhiberi Curia pro Tribu-
nali; sed etiam in ea vtrumq. com-
memorari.*

5 *Decisio Præsidis de Franch. 623.
obseruatur.*

6 *Instrumentum alienationis rei Feu-
dalis assensu domini reseruato, cum
sit*

sit ab initio secundum quid validũ, vel saltem conualidationi subiacens, vt subiectum citationis, rectè considerari potest.

7 *Actus omninò & intrinsecè nullus, valdè differt ab actu in se permisso, sed causa alicuius extrinsecæ conditionis, donec ista verificetur, prohibito, vt est contractus rei feudalis, & in quo consistat differentia n. 8. & 9.*

10 Constitutio Regni (*Constitutionem Diuæ memoriæ*) *ponderatur.*

11 *Assensus impetratione pendente, adest aliqualis existentia contractus saltem in suspenso, & confirmabilis.*

12 Carau. *in ritu* 166. *nu.* 20. *doctrina consideratur.*

13 *Contractus rei feudalis ad effectum obligationis inducendæ, diuersimodè consideratur ad effectum inducendi obligationem super re, & ad effectum exercendæ obligationis personalis descendentis ex contractu.*

14 *Assensus requiritur in contractu de re feudali ad effectum inducendi obligationem super dicta re, non autem ad inducendam obligationem personalem.*

15 *Contractus quamuis sit nullus quoad rem, tamen existente bona fide, erit aliquid quoad personalem actionem etiam in re feudali, & etiã legibus* Regni *attentis.*

16 *Reuocatione facta ex* Constit. Regni *(* Constitutionem Diuæ *memoriæ) emptor an recuperet pretium tantũ, an verò etiam totũ id quod sua interesset ne facta fuisset reuocatio.*

17 *Venditori etiam absque aliqua assensus mentione facta, consulendum erit actione ex vendito contra emptorem ad pretium contractu existente, & emptore rem actualiter possidente.*

18 *Assensus commemoratio in citatione super tenore instrumenti rei feudalis, qua ratione requiratur.*

19 *Emptor cum conscius est qualitatis certiorandæ, amplius certiorari non debet; maximè cum certioratio non requiritur ad finem aliquid agendi, sed tantum ad finem certiorandi, vt num.* 20.

21 *Assensus in forma Regiæ* Cancellariæ *impetrati scientia in emptore, colligitur ex iuramento fidelitatis per eum* Regi *præstito, & nu.* 23.

22 *Iuramentum fidelitatis præstari debet actu iam perfecto, & dominio per impetrationem assensus iam irreuocabiliter quæsito, imo in exequutionẽ clausulæ in ipso assensu adiectæ de dictum iuramentum præstando.*

24 *M. C. V. & S. C. quid habuerint pro vero, in articulo in præsenti causa supra discusso.*

25 *D.* Paulus Staibanus *ad præsens Iudex M. C. V. Authoris Auunculus laudatur.*

ARGVMENTVM.

Agitur (præludio cuiusdã famosæ causæ prehabito) nũ cum qui vendidit feudum mediante publico, & solemni instrumento, & præuio Domini assensu, intendit illud via ritus liquidare, qua propter debitorem citari faciat super ipsius instrumenti tenore, teneatur in ipsa citatione de assensu commemorationẽ facere, adeò vt alias tamquam nulla citatio corruat, etiam si Curia pro Tribunali sedente ipse assensus per creditorem exhibeatur? vbi recensetur, & examinatur *decisio Præsid. de Franch.* 623. Contractus venditio-

tionis feudi nō sit intrinsecè in se permissus, quasi sufficiat assensum superuenire? vbi expenditur *Isern.* theorica, & quid attenta *Constit. Regni*(*Constitutionem Diuæ memoriæ*) & num ex contractu de re feudali etiam sine assensu, actio personalis oriatur? Reuocatione facta per venditorem vigore dictæ *Constit.* emptor an non tantum recuperet pretium, sed etiam totum id quod sua interesset si nō fuisset facta reuocatio? vbi habes quid senserit M.C. & S.C.

CAPVT II.

1 
Famosa fuit, & est (cum adhuc duret) causa, quę vertit inter Illust. Ducem Acheruntiæ, & Illustrem Principem Petræ Elcinæ super liquidatione instrumenti venditionis Terræ Iuliani dicto Principi per Ducem factæ; famosa, inquam fuit, tum ratione litigantium, qui erant huius qualitatis, tum ratione summæ, de qua agebatur, quæ erat circiter ducatorum sexaginta mil. tum ratione Aduocatorum vnius, & alterius partis, qui fuerunt nostri Tribunalis primarij, tum & tandem ratione Iudicantium; fuit enim per prius tractata, & decisa in Tribunali M.C. & denique iterum tractata, & decisa in S.C. iunctis Aulis, vt inferius dicemus, cum in vltimo ex capitibus sequentibus de hac causa pertractantibus decisiones commemorabor. Ego igitur cum quoties relata in vtroque Tribunali fuit hæc causa in Aula astiterim, & non tantum, quæ fuerunt hincindè per Aduocatos scripta viderim, sed & quæ fuerunt per DD. Iudicantes motiuata audie rim, ne tot & talia, per tales, & tot viros dicta, & elaborata, sub silentio, & obliuione pereant, humeris meis hoc onus, ea in sequentibus capitibus ordinatè differendi (quantum tamen mei ingenioli vires ferent) assumpsi.

Aduersus igitur prætensam liquidationem per d. Ducem Acheruntiæ contra dictum Principem, plura fuerunt opposita in ordine, & in iustitia.

Quoad ordinem opposuit primo Princeps in citatione super tenore instrumenti venditionis Terræ Iuliani, non fuisse factam mentionem
2 Regij assensus, vt necesse erat, vt rectè procederet citatio, ad quod fundandum pro eo allegabatur decisio
3 *Præsid. de Franch.* 623. vbi requirere videtur nedum exhibitionem assensus Curia pro Tribunali sedente, sed etiā illius commemorationem in ci-
4 tatione; exemplo instrumenti liquidandi per aliud instrumentum; vtrūque enim instrumentum, & exhiberi, & commemorari necesse est, ex traditis per *Carauit. in ritu* 167. *num.* 29.

Cui oppositioni respōdebat Dux qui liquidare intendebat, quod hy-
5 pothesis *Præsid. de Franch. in d. decis.* 623. versatur circa instrumentum continens obligationem mulieris à lege omninò, & perpetuo prohibitum; quamobrem cum virtute Regiæ Pragm. sit absque Regia dispensatione ipso iure nullum, ac indè penitus illiquidabile (vt eius verbis vtamur) nil mirum, quod in citatione, debeat validum iudicari per commemorationem Regiæ dispensationis ex qua efficitur liquidabile, vt declarat, *nu.* 21.

6 At quoties sumus in actu à lege non

non simpliciter, & perpetuò prohibito, sed in suo genere permisso, vt est instrumentum alienationis rei feudalis assensu Domini reseruato, & sic vel secundum quid ab initio valido, vel simpliciter conualidationi subiacenti, nec ius dictat, nec Authoritas aliqua suadet, quin vt subiectum citationis rectè considerari non possit; ad quod (dicebant Ducis Aduocati) esse expendendã *Andreæ Theoricam in cap. Imperialem nu.14. de prob. feud. alien. per Frider. & Lucã de penn. in l. nulla, vers. consensus quoque C. de fund. patrim. lib.* 10 altius exornatam à *Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 87. & Reg. de Ponte* in propria materia *de potest. proreg, tit. de diuers. prouis. fieri solit. in rub. mulieres quando interced. poss. nu.15.*
7 *& seqq.* in quibus locis maximam constituunt differentiam inter actũ omninò & intrinsecè nullum (vt est obligatio mulieris) & actum in se permissum, sed causa alicuius extrinsecæ conditionis, donec & quousque, ea verificetur prohibitum (vt est contractus rei feudalis) si quidem
8 respectu primi non sufficere tradiderunt, vt assensus superueniat existente iam ab initio sui ortus actu nullo, ac cuiusuis conualidationis incapaci ex defectu materiæ non aptæ impressionis formam recipere, ex doctrina *Innocent. in cap. cum vir. in cap. super eo. de condit. app. & Imo-*
9 *le in cap. cum vir num.4. de vsucap.* at respectu secundi quod intuetur vt quid productum potius præter legem, quam contra legem (vt vtar verbis *Bald. in §. donare qual. pot. feud. alien.*) & in quo requiritur assensus non in forma actus, authoritatis, consilij, siuè solemnitatis, sed simplicis consensus remouentis obicem legis, sufficere satis vt idem
10 assensus etiam ex interuallo superueniat; neque obstat litera *Constit. Regni* (*Constitutionem Diuæ memoriæ*) ibi (*nullam omninò firmitatem obtineat, nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia confirmetur*) quippè (vt obseruat *Camerar. loc. cit.*) non dicit litera, vt de speciali licentia contrahatur, sed vt de speciali licẽtia confirmetur, & sic considerari nõ potest nullitas positiuè in actu contrahendi, sed ex post facto negatiuè resurgens si præceptum impetrandi
11 licentiam non obseruetur; vndecũ pendente impetratione assensus adsit aliqualis existentia saltem in suspenso, & confirmabilis, non possunt aliquo modo adaptari tradita per *Præsid. de Franch. in dicta decis. 623.* loquentia de obligatione mulieris & sic de actu intrinsecè, & positiuè in sui ortu nulliter absque Regia dispẽsatione pducto, ac proindè absq; commemoratione dispensationis in
12 citatione, omninò illiquidabili; *vndè Carau. in ritu 166. num. 20. vers. 6. casus*, non ausus est affirmare, vt in citatione super tenore instrumenti pro debito descendente ex contractu rei feudalis, opus sit commemoratione assensus, sed tantum quod in actu condemnationis constet de assensu potiùs pro creditoris cautela, quam ad validandum actum liquidationis; quippe cum de facto contingere potuisset, vt post citationem callidus emptor, remedio reuocationis vigore Constit. adhibito, liquidationis damnum euaderet, ne perperam creditor agere voluerit, de impetratione assensus constare
13 faciat. Vberius distinctis terminis interpretes in hac materia iudicarunt, de validitate contractus ad effectum inducendæ obligationis super re feudali, & de validitate contractus ad finem exercendæ actionis personalis ex contractu descenden-
14 tis; primo enim casu semper exquisiuerunt assensum; non autẽ in secũdò, in quo & si deficiat assensus, rectè voluerunt in personam experiri,

sic

sic in puncto docuit *Andr. in cap. Impertalem num. 26. de proh. feud. alien.per Feder.Reg.de Ponte de potest. pror.tit. de Regal. impos.§.7.num.29.*
15 maximè existente bona fide, respectu cuius, quamuis contractus sit nullus quoad rẽ, erit aliquid quoad personalem actionem, etiam Regni legibus inspectis; hinc in discussio-
16 ne an facta per venditorem reuocatione vigore Constitutionis (*Constitutionem Diuæ memoriæ*) recuperet emptor pretium, an etiam id, quod sua interesset, ne fuisset facta reuocatio, tradiderunt communiter, vt data existentia bonæ fidei, quamuis contractus ex defectu assensus sit nullus, & omnia ad primæuum statũ per reuocationem sint redacta, rectè nihilominus emptor actione personali ad interesse contra venditorem experiatur, vt sic docuit *Andr.in cap. Imperialem §. Imperator Lotharius de proh.feud.alienat.per Frider. Afflict. Aluarot.& Bald.in d.cap. Imperialem n.23.optimè Capyc. in sua inuest.feud. in vers.feudorũ emptores, & post alios Reg.de Ponte de potest Pror. tit. de ass. reg.super dotib.§.2.nu.3.* Si ergo emptori actione exempto consulitur contra venditorem ad interesse etiã
17 reuocato tali contractu, à fortiori absque aliqua assensus mentione consulendum erit venditori actione ex vendito contra emptorem ad pretium,contractu existente, & emptore rem venditam actualiter pos-
18 sidente; insuper vnica,& potissima ratio,& causa requirendi in citatione assensus commemorationem, fuit vt debitor certior factus de qualitatibus, & circumstantijs instrumenti via ritus producti, paratus,& instructus se offeret, vel ad excipiendum,vel ad soluendum, vt notant *Carau.& Præf. de Franch. lo-*
19 *cis cit.* quod sane ita demum impleri debet, si aliunde emptor de qualitate certioranda non sit conscius,*l.1.§.fin.ff.de act.emp.* ibi (*neque certiorari debuit, qui non ignora-*
20 *uit*) quippe cum non requiratur ad finem aliquid agendi, sive operãdi,sed tantum certificandi,inutiliter exprimeretur si alijs æqui pollentibus medijs constaret, vt declarant
21 *Glos.in d.l.1.* scientiam autem principis emptoris de assensu in forma Regiæ Cancellariæ solemniter impetrato,ex eo colligebant Aduocati Ducis venditoris,quia fuit per illũ, præstitum D. Regi fidelitatis iuramentum, & à vassallis receptum;
22 quod quidem iuramentum cum debeat prçstari actu iam perfecto,& dominio per impetrationem assensus irreuocabiliter quæsito, imò in exequutionem clausulæ conditionalis in eodem assensu apponi solitæ,de prçstando iuramentum fidelitatis, seu assecurationis, ex latè traditis per *Reg. Rouit. in prag. 27.*
23 *num. 9. de feud.* plenissimam influit scientiam impetrationis assensus, & irreuocabilis perfectionis actus; ex quibus omnibus dicebant Aduocati prædicti Ducis inanem remanere hanc exceptionem ordinis .f. defectus commemorationis assensus. Quç quidem ratiocinationes mihi valdè placent, & valdè deseruire in facti contingentia poterũt;
24 sed(vt ex decisione quam suo tempore commemorabo videbis) fuit tum per M.C.V. tũ etiam per S.C. habita ratio de exceptione prædicta ordinis,.f. commemorationis assensus in citatione super tenore in-
25 strumenti omissæ; ex solemniter scriptis per Doctissimum ac eximiũ Dom.meum Auunculum, & Magistrum Paulum Staibanum (tunc Aduocatum primi ordinis, nunc integerrimum Iudicem M. C. V. in ciuilibus,quem breui temporis tractu ad maiora promotum spem habeo videre) qui eo tempore partes principis tuebatur; quæ scripta ad omnium vtilitatem quam primum prælo mandabuntur inter alia au-

rea scripta, ex quibus conficietur eius secundus tomus non minus primo aureus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quod liquidari intenditur, si fuerit aliena manu reassumptum non exhibita facultate concessa Notario, an impediri possit ex ordine liquidatio?*

2 *Notarius quamuis permisso iure, tamē non ab omnibus receptum est, vt possit proprium instrumentum aliena manu reassumi facere; & sic decisum per S.C. vt n. 3.*

4 *Notarius impeditus ex negotiorum mole instrumentum in publicam formam reassumere manu propria, ritè potest alteri illius confectionem committere, dumodo ipse sit præsens, & manu propria, proprioq. signo subscribat, & signet.*

5 *Scribere, & aliena manu scriptum subscribere, essentialiter inter se non differunt.*

6 *Notarij Fides potius adhibita censetur in subscribendo, & signando, quam in scribendo.*

7 *Notarij impedimētum, ad validandam reassumptionem aliena manu factā necessarium non est, quamuis obiter à DD. requiratur: & de ratione, num. 8.*

9 *Decis. Præsid. de Franch. 300. quomodo loquatur, & n. 11.*

10 *Notarius etiam sine impedimento potest à suis discipulis scribi facere instrumentum, & mox ipse subscribere.*

12 *Doctori quamuis eximio quoties à iuris interpretatione, ad consuetudinis assertionem declinat, nulla erit fides adhibenda.*

13 *In articulo proposito quid fuerit per Iudicantes pro vero habitum?*

ARGVMENTVM.

Creditor volens instrumētum liquidare via Ritus, si illud præsentauerit aliena manu reassumptum, non exhibita facultate concessa Notario, num tali casu impediatur ex ordine liquidatio? vbi examinatur decis. *Præs. de Frāch.* 300. vbi habes an, & quando possit Tabellio, cum intendit in publicam formā instrumentum reassumere, alteri instrumenti confectionem committere? & an dicto casu requiratur impedimentum Notarij, vt talis reassumptio sic manu aliena facta, sit valida; & quid per M.C.V. & S.C. pro vero, in proposito articulo, fuerit habitum.

CAPVT III.

1 Opposuit quoq; Princeps instrumentum illud vēditionis Iuliani quod liquidari intendebatur, aliena manu reassumptum fuisse, non exhibita facultate concessa Notario, quo casu impeditur ex ordine liquidatio; vt per *Præsid. de Franch. decis.*
2 300. vbi quamuis permisso iure, nō tamen ab omnibus receptū esse testatur, vt Notarius proprium instrumentum aliena manu reassumi fa-
3 ciat; & sic in terminis dicebat fuisse decisum per S.C. in Aula quondam Consiliarij Carleual in causa Do-

ctoris Francisci Florilli in Banca Salerni.

Cui oppositioni respondebatur ex parte Ducis creditoris eam neque obstare; vulgata est enim con-
4 clusio à scriptoribus recepta vt quoties Tabellio intendit in publicam formam instrumentum reassumere, & ex negotiorum multitudine impeditus, id perficere propria manu non valet, ritè possit alteri instrumenti confectionem committere, dummodo rei gestæ præsens sit, ipsumq; propria manu, proprioque signo subscribat, & signet, ita tradiderunt *Cardin. in c. 1. de fid. instrum. Abb. & Falyn. in cap. inter dilectos eod. tit. idem Abb. in cap. quoniam contra num. 32. Felyn. & Decius num. 47. de probat. Bart. in l. diuus §. item Senatus, ff. de fals. Afflict. in Cōstit. Reg. Baiulos omnes, nu.* 47. duplici ratione, altera
5 non dari essentialem aliquam differentiam inter scribere, & aliena manu scriptum subscribere, iuxta *Couar. sententiam pract. qq. cap. 21. in*
6 *princ.* altera Notarij fidem potius censeri adhibitam in subscribendo & signando, quam in scribendo, vt inquit *Afflict. in d. Constit. Baiulos*: ex quibus inferunt *Anton. de Alex. &*
7 *Couar. loco cit.* non esse necessarium præcisè Tabellionis impedimentū ad validam iudicandā reassumptionem manu aliena factam, quamuis
8 obiter à DD. prædictis requiratur; si enim essentia fidei intra limites subscriptionis, & obsignationis conscribitur, parum refert pro legitima actus explicatione, impedimenti
9 existentia; nec his aduersatur dicta *Præsid. decisio* 300. loquitur enim in Notario impedito impedimento dementiæ, & sic omninò inhabili ob priuationem intellectualis potentiæ ad scribendum, & ad signandum; quamobrem cum alter sit requirēdus Notarius, & in alterum virtus fidei & probationis migrari debeat, non mirum quod principis dispensatio, & authoritas exquiratur; & licet idem *Præses* asserat pe fundotiè non esse apud nos receptam doctrinam *Ant. de A. ex.* affirmantis quod
10 etiam sine impedimento possit Notarius à suis discipulis scribi facere instrumentum, & mox ipse subscri-
11 bere, verumtamen, quia talis consuetudinis assertio ex literæ inspectione refertur ad Notarium occupationis vacuum, nullo pacto referri potest ad Notarium qui subscripsit, nimiaq. negotiorum mole prægra-
12 uarum; nec est omittendum Doctori quāuis doctrina eximio, & insigni, quoties ab interpretatione iuris (quæ sui est muneris) ad consuetudinis assertionem declinat (quæ facti est, & iurata probatione indiget) nullam fidem esse adhibendam, ex doctrina *Alex. in l. post dotem, ff. sol. matr. Bald. in l. consentaneum in 5. op. pos. in fine Cod. quom. Iud.* quem sequitur *Aretin. cons.* 132. *Corn. cons.* 73. *Decius cons.* 472. *num.* 17. quæ nota ad declarationem, & ornatum eorum, quæ dicit *Præs. de Franch. dicta*
13 *decis.* 300. licet fuerit habita ratio de oppositione ex dicta decisione desumpta, cum fuerit citatio expedita ad instantiam Ducis, habita pro non ritè procedente, vt infra amice Lector videbis; quare veniamus in sequentibus capitibus ad ea, quæ opponebat Princeps in iustitia.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum liquidari non potest nisi prius venditor adimpleuerit illud, quod in instrumento promisit.*
2 *Venditor asserens rem esse liberam, quæ tamen reperitur obligata, non potest pœnam conuentionalem petere, nisi quando adimpleuerit ex sua parte rem liberando.*
3 *Actor, vel venditor vt bene agere dicantur, debent totaliter adimpleuisse*

vs-

usque ad minimam partem, alias secus.

4 *Actor repellitur, etiam si non adimpleuerit circa accidentalia tantum contractus.*

5 *Actor, puta venditor repellitur ex defectu adimplementi promissorum, etiamsi adimplere impeditus fuerit.*

6 *Instrumentum nullo modo poterit liquidari, si non apparet de creditoris implemento in praestando rem liberam.*

7 *Venditor non habet exercitium actionis ex vendito qua emptorem ad promissa compellat, priusquam ipse eo modo rem tradiderit, quo se praestaturum promisit.*

8 *Contractus cum est ultro citroq. obligatorius, non potest alter alterum ad adimplendum cogere, nisi ipse prius ex sua parte conuentionem impleuerit.*

9 *Venditor non tantum tenetur rem emptori tradere, sed etiam eam liberā dare, & nullo obligationis vinculo obnoxiam, vt nu.10 siue expressum fuerit, siue non eum semper intelligatur, vt n.11.*

12 *Emptori competit actio ex empto, qua experitur contra venditorem, vt rē liberam tradat, & luat à creditoribus; vel potest etiam post rem traditam agere, vt ea liberetur, vt n.13 etiam nulla adhuc mota lite, vt nu. 15. & de ratione nu.16.*

14 *Tex. in l. creditor 4. §. prædium, ff. de act. empt. recensetur.*

17 *Emptor potest maiori ratione repellere venditorem agentem ad pretium, donec res vendita liberetur, & quare, ibi & n.18. & 21. & 23.*

19 *Emptori duplex remedium conceditur aduersus venditorem qui rem non liberam tradidit, & quæ sint ista remedia, ibi.*

20 *Cautela, pro emptore nolente soluere pretium, traditur.*

22 *Dominus Præses S.C. Merlin. Pignat. laudatur, & eius desiderati aduentus expectatio commemoratur.*

24 *Agere volens prius debet adimplere, nec potest conqueri, si contractum quem ipse non seruat, alter quoque obseruare recuset; & quarè n. 25.*

26 *Exceptio rei non liberè uti deducta ex natura contractus venditionis, opponi potest ad impediendam liquidationem instrumenti ex Communi DD. sententia, cum sibi debeat potius venditor imputare, vt n.27.*

28 *Emptor pendente rei venditæ liberatione, nec vsuras pretii depositare tenetur, cum non possit à venditore de mora redargui; sed hæc opinio difficultatem patitur, n.30.*

29 *Tex. in l. curabit 5. Cod. de act. empt. non procedit cum venditor est morosus in adimplendo.*

31 *Emptor, dato quod pendente rei liberatione vsuras depositare teneatur, non tamen intelligendum est de interusurio conuento, sed tantum de compensatiuis vsuris ratione fructuum, quos ipse emptor à re percipit: & de ratione nu 32. & nu.34. vbi etiam hoc de æquitate tantum procedere dicitur.*

33 *Glos. in l.3 ff. de act. empt. in vers. non intelligitur, quomodo loquatur.*

35 *Emptor cui res est vendita, stante assertione falsa facta per venditorem, qui dixit eam esse liberam à nexu obligationum, ea demum reperta obligata, non tantum potest illum conuenire ut liberet, sed etiam posset agere ad rescissionem contractus, & ad pretium solutum recuperandum, & de ratione, n.36.*

37 *Tex. in l. si cum te fundum 6. Cod. de pact. int. empt. & vend. ponderatur.*

38 *Venditor sciens rei conditionem, & immutans, dicitur fuisse versatus in dolo; imò etiam si fuisset ignorans, & de ratione n.39. & 40.*

41 *Agi vel excipi de euictione, & agi vel excipi de re non libere tradita, valdè differunt.*

42 *Actio de euictione non oritur ante rē ablatam, quod ex vocabulo patet, vt nu.43.*

44 *Euictio si immineret, liberaretur venditor fideiussorem præstando.*
45 *Actio de re libera intentari potest, etiã nulla prolata sententia, & nulla euictione sequuta, imò etiam nulla lite mota: quod ex vocabulo patet, vt num. 46.*
47 *Venditor à sua promissione, seu tacita obligatione statim defecisse dicitur, cum constat rem venditam liberam non esse; quo casu nec dando fideiussoriam cautionẽ eximitur ab onere eam liberandi.*
48 *Obligatio rei venditæ si pura est, venditor statim cogitur liberare; si verò conditionalis, sat esset cautionem præstare, vt num. 49., sed contra nempè vtroq; casu teneri precisè venditorem liberare, nu. 50.*

ARGVMENTVM.

Exceptio rei non liberæ, num Instrumenti liquidationem (pro qua venditor instat) sit efficax impedire, vt si quis rem alteri vendiderit, siuè asserat eam liberam, siuè id veniat ex natura ipsius contractus, & postea emptor eam inuenerit obligatam? & quæ dentur in casu prædicto emptori remedia, tum si intendat agere, tum si velit excipere? & num casu prædicto emptor, interim pendente rei venditæ liberatione teneatur pretij vsuras pẽsitare, vel tantum de æquitate vsuras fructuum recompensatiuas? vbi vtraque relata sentẽtia Author post alios DD. quodam modo in hoc puncto declarat: Venditio (supposito quod venditor asseruerit rem esse ab omni obligationis vinculo liberã, quæ postea talis non reperiatur) num possit ex falsa assertione ad emptoris instantiã rescindi? & quid si ignorans venditor, dictam assertionem non veram fecerit? Agi vel excipi de euictione, in quibus differat ab actione, vel exceptione de re nõ liberè tradita, et implemento non sequuto, latè.

CAPVT IV.



Voad iustitiam dicebat Princeps, sibi fuisse per Ducem promissam dictam Terram Iuliani francam, & liberam ab omni & quolibet onere etiam obligationis; eamque reperijsse innumeris obligationibus implicatam; ex quo sic ex eius parte discurrebatur,
1 non potest liquidari instrumentum, nisi per prius venditor adimpleuerit illud, quod in instrumento promisit, vt optimè *Anell. de Amat. cons. 58. num. 18. vers. non enim*; vbi in his terminis loquens, .s. in ven-
2 ditore asserente rem esse liberam, quæ tamen reperitur obligata, dicit non posse pœnam conuentionalem petere, nisi quãdo ex sui parte adim-
3 pleuerit tradẽdo rem liberam; quod procedit etiam si actor in minimo de-

defeciffet,quia oportet, vt totaliter adimpleat etiam vſque ad minimam partem,ad hoc vt poſſit audiri, *Menoch.in conſ.* 1. *num*.168. *& conſ.* 55. *num*.6.*lib*.1.*Roland.in conſ.*53.*nu*.29. *lib*.1.*Honded.conſ.*86. *num*.16. *lib*.1. *Maſcard.de probat. cõcluſ.*1387.*n*.25. *cum alijs,apud de Graſſ. de except.exc.* 13.*num*.43. *&* 46. vbi oſtendit pro-
4 cedere non ſolum ſi actor non adimpleat circa ſubſtantialia contractus, ſed etiam circa accidentalia ipſius, ad quod videndus eſt *Oſaſch.deciſ.*50 *nu*.10.*Roland.conſ.*6.*nu*.19. *volum*.1. *Surd.conſ.*52.*n*.33.

Imò dico vnum valdè fortius .ſ.
5 prædicta procedere etiam ſi actor fuerit impeditus adimplere, quia tale impedimentum eum non excuſat, *Menoch.d.conſ.*1.*num*.368.*& conſ.* 55.*num*.5.*Surd.conſ.*186.*nu*.21.*Maſcard.d.concluſ.*1387. *num*.43. *Graſſ.*
6 *d.except.*13.*num*.51.vnde inſtrumentum nullo modo liquidari poteſt, ſi non apparet de adimplemento creditoris in præſtando dictam rem liberam, *Frecc. de præſent.inſtrum. p*.7. *quæſt*.1.*num*.8.quæ omnia eo fortius
7 procedunt quia venditori non conceditur exercitium actionis ex vendito,qua compellat emptorem ad id quod conuenit præſtandum, priuſquam ipſe venditor eo modo rem tradiderit,quo ſe præſtaturũ promiſit,*l.ædiles* 25.§.*fi.ff.de edil.edicto,& l.*
8 *Iulianus,*§.*offerri,ff.de act.emp.*ex regula vt ex cõtractu vltro citroq; obligatorio non poſſit alter alterum cogere ad adimplendum,niſi prius ipſe ex ſui parte conuentionem impleuerit,vt notant *gloſ. & DD.in d.* §.*offerri*; vndè dicebat Princeps nõ poſſe ipſum cogi ad reſiduum pretij ſoluendum quouſque Dux venditor rem liberam,& exemptam à quouis obligationis vinculo præſtitiſſet, cũ
9 non tantum teneatur venditor rem tradere emptori,*l.*1.*& l.ex empto* 11.
10 *cum concord.ff de act.empt.*ſed & ipſam tradere liberam, & immunem, nec vullo obligationis vinculo ligatam,*l.cum venderes* 59.*vbi gloſ.ff. de contrah.empt. l.in venditione* 42. *ff. de act.empt.l.ex ijs prædijs* 5.*Cod.de euict.* vbi ſcribentes communiter,*et in cap. cum Ioãnes* 10.*vbi not.de fid.inſtrum.* ſemper enim res vendita libera eſse debet ab omni pignoris nexu; & ſi-
11 uè aperte dictum ſit, ſiue nihil exprimatur ſemper hac lege vendi res intelligitur,vt inquit *Donell.in l.cum tibi liberum* 22.*Cod.de euict.latè Cald. de empt.et vend.cap.*22.*nu*.6. *et alios refert Tiraquell. de retr. conſanguin.*§.1.*gloſ*.9.*n*.56.
12 Hinc emptori competit actio ex empto,qua valet aduerſus venditorem experiri, vt rem tradat liberam, & à creditoribus luat, *d.cap.cum Ioannes ext.de fid.inſtrum.ibi* (*vt domũ vacuam traderes, et à creditoribus liberatam*) *et d.l. ex ijs prædiis Cod. de euict.his verbis*(*ex iis prædiis,qua mercata es,ſi aliqua a venditore obligata, et nec dum tibi tradita ſunt, exempto actione conſequeris, vt ea à creditore*
13 *liberentur*)& idem obtinere etiam ſi poſt rem traditam emptor agat ad eam liberandam, docuit Sceuola *in l.creditor* 4.§.*prædium, ff.de act.empt.*
14 vbi cum quæreretur, an is qui prædium exiſtimatum in dotem dederat, quod creditori obligatum deprehẽditur,teneatur actione ex empto,vt à creditore lueret, & marito liberum præſtaret? reſpondit teneri, ex quo *tex.* in terminis ita determinat *gloſ. in d. l. ex ijs, Bart. & Salicet. in d.* §. *prædium*, quem Tex.memoriæ tenendum, cum conditus videatur ad declarandum hoc dubium,ſcripſit ibi *Caſtr.num*.2. quẽ ſequitur *Mang. de euict.q.* 23. *n*.14. idemque dicunt *Præſes de Franch. deciſ.*200.*num*.13.*Surd.deciſ.*65.*nu*.6. *Oſaſch.deciſ.*24. *nu*. 2. *verſ.contrariũ Giurb.deciſ.*113.*à n*.9.*vſq.ad* 13. etiã
15 ſi nulla fuerit lis mota ſuper rei auocatione, *ex l.ſeruus,quem* 31.§.*ſi ſciens,ff.de act.empt. et l. ſi hominem* 69.*ff.*

69.ff.de solut.ibi(nec expectabimus, vt
16 creditor euincat) quia non agitur ex
eo quod sit sequuta] euictio , vel
immineat,sed quod res non sit libe-
rè tradita , vt tradunt supra citati
DD.& alij infra allegandi.
17 Quod eò fortius procederet si
emptor exceptionis remedio repel-
leret venditorem agentem ad pre-
tium,cum longè facilius admittatur
retentio,quam petitio,l.per retentio-
nem 4.Cod.de vsur. l. paulus 14. ff. de
18 dol.except.ex regula, cui conceditur
actio, eo fortius exceptionem con-
cedi,l.inuitus 199. §.cui damus, ff.de
reg.iur. & clarè decreuit Imperator
in d.l.ex ijs in fine inquiens,(idem etiā
fiet si aduersus venditorem ex vendi-
to actione pretium petentem doli ex-
ceptionem opposueris) vbi post Accur.
19 notauit Bald. duplex emptori con-
cedi remedium aduersus venditorē,
qui rem non liberam tradidit, nem-
pè alterum actionis ad rem liberan-
dam, alterum verò exceptionis ad
pretium retinendum donec res li-
beretur,idemque repetit in l. qui rē
3. Cod. de euict. optimam tradens
20 cautelam pauperi emptori, & non
valenti soluere pretium,vt excipiat,
quod res non sit libera, puta quia
pro dote vxoris,aut alio quouis de-
bito sit obligata, quam cautelam
prætermisso tamen Bald. adnotauit
Ripa in l. 1.§.si heres num. 32. ff. ad
Treb.post Alex.ibid.nu.3. & Salyc. in
d.l.ex ijs prædijs,& eundem Bald. in
l.2.Cod.de ædilit.action.circ.fin.& hāc
21 eandem sententiam, vt s.donec res
liberetur à nexu pignoris, nequa-
quam cogatur emptor soluere
pretium, claris & expressis legis
verbis inniti scripserunt Cancer. lib.
1.var.tit.de empt. & vendit.num.68.
Neguf.de pignor.memb.1.5.p. nu.24.
Surd.decis.253.n.8. Cacher.dec.24.n.
4.Mangil.de euict.q.39.nu.15. & 16.
& Præses Amato cons.65.num.5.Præ-
22 ses S.C.Merlin.Pignatellus(omni vir-
tutum genere ornatus, cuius pro bono
Reip.felicem aduentum,summo deside-
rio attendimus) lib.1.controu. cap.45.
& melius cap. 91. num. 1. & seqq. &
alijs omissis Hodier. ad Surd. d. decis.
105.a num.10.& latius decis.253.nu.
18.per totam.
23 Idque ea ratione irrefragabili
innititur, quia antequam venditor
perfectè contractum adimpleat tra-
dendo rem liberam, non potest co-
gere emptorem ad pretium soluen-
dum, d.l.Iulianus, §.offerri, ff.de act.
24 empt.vbi notant DD.eum,qui prius
vult agere,prius debere adimplere;
nec conqueri posse, si contractum
quem non obseruat, alter reus ser-
uare recusauerit; semper enim inest
conditio,dummodo fides ex aduer-
25 so seruetur, l.quæro, §.inter locato-
rem,ff.locat.
26 Quare huiusmodi exceptionem
rei non liberæ vti deductam ex
contractus natura,& ex ipsis instru-
menti visceribus deprōptam, in-
dubiè opponi posse ad instrumenti
liquidationem remorandam, adno-
tarunt in materia nostri Ritus septē
ex nostris Regnicolis nempe

Frecc. de liquidat. instrument. p.7. q.5.per totam.

Præses Amat.cons.65.num.3. vers. idemque

D.Merlin.d.cap.45.& d.c.91.nu.8. qui refert alios.

Ricc.decis.105.p.1.

Viscon.in addit.ad de Franch. d.200. nu.14.

Galter.de liquidat.instrument. 2.p. 1.p.rub. aduertat ad debita nu.61.

Hodiern. amicus noster ad dec. Surd.165.num.11. & 19. & d. 253. n.23.

27 Qui nullum, quem viderim hu-
cusque habent contradictorem;nam
sibi potius imputare debet vēditor,
quod à placitis prior recedens, ci-
tius quam par erat emptorem ad so-
lutionem pulsauerit, ex cuius deni-
que culpa non præstando rem libe-
ram,excusatur licitè emptor, quod

non

non soluerit pretium nihil obstante iuramento,pacto, siuè statuto de non opponendo, vt tradunt *Altogradus cons.10.num.36.Surd.cons.13. nu.19. & refert innumeros Giurb. decis.mess. 100.n.22.*

28 Quæ omnia adeò sunt vera, vt nec interim teneatur emptor pendente rei liberatione, pretij vsuras pensitare,cum non possit de mora à venditore redargui,qui potius fuit in mora rē liberandi, vt notabiliter ait *Bald.in l.1.sub num.5.Cod.de bon.*
29 *matern.* sic limitans *tex.in l.curabit. 5.Cod.de act.empt.*vt .f.non procedat cum venditor est morosus in adimplendo, cui se subscribunt, *Afflict. decis.20. num.5. Thesaur.qq.forens. q.88.Hondedaus cons.30. num.8. volum.1.* quos refert, & sequitur *Cancer. lib.1. variar.cap. 13.de empt. & vendit. num. 65. in fine vers. & hac opinio,* & dixerunt alij relati per *A-*
30 *mato cons.58.num.5,*quod, & si non ignorem non ita firmo pede perträsire,quin multi obijces,& difficultates occurrant,ex traditis per *Cagnol. in d.l.curabit num. 31. & Surd. cons. 101. per totum*, attamen etiam contraria attenta sententia,non tenere-
31 tur emptor conuentum interusurium soluere,sed dumtaxat compēsatiuas vsuras,quæ sola perceptorū fructuum ratione,etiam nulla intercedente mora rependuntur, vt in terminis dixerunt *Amat. d. cons.58. num.21.& cons.63.num.7.Mangil.de euict.q.23.num.27. Galter. de liquid. instrum.2.p.1.part. num.65. vers. donec autem,& Hodier. ad dictam decis. 165.nu.10.*qui alios referunt, & in his terminis scripserunt *Cagnol. & Surd.locis citat. Couar. lib.3.variar. cap.4.num.6.vers.12.Faber.lib.4.Codic.tit.33.de act.empt.def. 5.* quia li-
32 cet emptor non sit in mora soluendi, tamen non ideo minus percipit ex re vendita fructus, quia ea non sit liberè tradita, & in his etiam ter-
33 minis loquitur *glos. in l.3.ff.de act. empt.in vers.non intelligitur,*cum dicat teneri interim emptorem ad vsuras pretij,quia percipit fructus, ex *l. Iulianus 13. §. possessio eod. tit.* ideoquè de vsuris fructuum loquitur,non autem de vsuris punitorijs;
34 nam iniquum est (ait *Faber. loc.cit.*) si prætextu non impletæ per venditorem conuentionis,emptor impunè ex re empta recolligeret fructus,nec vllas illorum vice vsuras exolueret, quas ideò potius ex æquitate,quam rigorosa iuris interpretatione soluendas,citati DD. tradidere; cum attento iuris rigore absurdum minimè esset,vt quis etiam, cum alterius damno ditaretur,cum illud procederet ex tacito venditoris consēsu,non adimplendo id, ad quod tenebatur,vt ait *Cancer. d.lib.1. cap.3. num.65.& lib.3.cap.6.n.77.*

Quæ omnia tanto fortiùs in casu suo procedere dicebat princeps emptor, cum Dux venditor pluribus geminatisque promissionibus, conuentoque pacto suam adstrinxerit fidem,se illas vti liberas, & exemptas,neminique obligatas præstaturum emptori, & postea ipsam Terrā Iuliani innumeris obligationibus ab ipso Duce contractis,implicatam
35 inuenerit; imò hoc casu nedum & posset emptor pretium retinere, venditorēm conuenire, vt rem venditam liberet, sed stante huiusmodi falsa assertione, posset etiam agere ad rescissionem contractus,& ad solutum pretium recuperandum,vt in proprijs terminis tradit *Reg. Lanar. cons.73.nu.20.& 21.* qui alios allegat,*Anell.Amat.d.cons.58. num.8. &*
36 *seq.* inquiens, *num.11.* quod cum venditor illud expressisse censeatur vt emptorem ad emēdum alliceret, ideò fide contractus non impleta, dominium reuerteretur in pristinam causam,*ex tex.iuncta glos.in l.eleganter 7.ff.de dolo, & l.si quis affirmauerit 9.eod.tit.*& probatur *in l.si cum te*
37 *fundum 6.Cod.de pact.int.empt.& vēdit.*

dit.ibi(quando non impleta promissa fide,dominij tui ius,in suam causam reuerti conueniat) quod idem prosequitur late *Marescott. lib. 1. variar. cap. 90.num.5.Surd.d.consf.13, nu.17. Gratian.cap.175.num.23.& cap.307. num.20.*latè *Menoch.consf.1106.n.21. vers. quinta est conclusio.* & melius *consf.1178.num.1.* refert alios, *Alto-*
38 *grad.d.consf.12.a num.25.*ea ratione, quia venditor sciens rei conditionem, & immutans,dicitur fuisse in dolo versatus, *l. quod si cum scires 8. ff.de dol. mal. d.l. si quis affirmauerit;*
39 imò etiam si fuisset ignorans, cum non debuerit tam facilè quod ignorabat asseuerare, nec procliuis esse ad temerariam indicationem, *l.Iulianus 17.§.quod autem dicimus vers. & qui ignorauit,ff.de act. empt.* ideo-
40 que iure posset dicere emptor credidisse se venditori asserenti rem liberam, nec ideo rei naturam, eiusque qualitates indagasse,quas si sciuisset,vtique non fuisset empturus,vt latius *Amat. Menoch. Altogr. cæterique allegati.*
41 Illud tamen erit perpetuò animaduertendum, aliud esse agi vel excipi de euictione, & aliud de re non liberè tradita, & implemento
42 non sequuto, nam primo casu non prius oritur de euictione actio,quam res sit ablata *l. si seruus venditus 21. l.habere licere 87.de euict.l.3.ff.de act. empt.l.3.Cod de euict.* quod & ipsum
43 rei ostendit vocabulum, quia euincere idem est, ac instando vincere, siue rem per sententiam abducere, vt per *Guzm. de euict. q.1.* quod est
44 adeò verum vt & si euictio immineret, liberaretur venditor fideiussores præstando,quia & si damnum timeatur,non adhuc euenit, *l. si post perfectam 24.Cod.eod.* secundo verò
45 casu non requiritur,vt emptor dãnum ex ablatione senserit, sed satis est, vt res non libera esse dignoscatur,etiam si nulla sequuta fuerit euictio,nulla prolata sententia, nullaque fuerit lis mota, vt tradiderũt supra citati DD. ex supra adductis iuribus,& post alios optimè *Surd.d. decisf.165.num.7.& 8. & decisf. 253. num.14. vti latè Hodier. num. 14. & seq.* & plures refert *Guzman d. q.1.*
46 & adiuuat ipsum vocabulum; verba enim illa (res libera) important rem à qualibet seruitute exẽptam, & à quouis pignoris nexu solutam, *l.non tamen 169.l.qui vti optimè, ff.de verb.signif.* & agit latè *Caldas de empt.& vendit.cap.20.num.8.*idcirco
47 statim atque constat rem non esse liberam, clarè sequitur venditorem à sua promissione defecisse; vnde nulla ei cautio proderit,quia nullus fuit habitus respectus ad dãnum futurum, sed tantummodo ad rei libertatem, quæ cum libera non sit,vana redditur fideiussoria cautio, argumento, *tex. in l.si quis mandato 29.ff.de neg.gest.* vndè cum obligatio
48 est pura, statim cogitur venditor rem liberare, si autem esset condi-
49 tionalis, tunc quia pendente conditione, res non dicitur adhuc obligata,*§.ex conditionali de verb.oblig.l. conditionales 54.l.cedere diem 213.ff. de verb.signif.* sat esset cautionem præstare,vt per *Præsid.de Franch.decisf.200.num.15. Menoch.consf.86. nu. 141.* & post alios *Giurb. decisf. 113. num.11.Afflict.decisf.441.& Hodiern. ad dictam decisf.Surd.165.nu.8.* quãuis etiam non desunt, qui dicant,
50 siue pura, siue cõditionalis sit obligatio, præcisè teneri venditorem rem liberare, vt tradunt *Bolognett. consf 31.num.15.*qui profitetur communem *Amat.dicto consf.65.num.12.* & videtur definire *Giurb. loco supra cit.* hæc sunt quæ primo & prima facie opponebat Princeps emptor ad impediendam liquidationem, videamus nunc ea, quæ replicabat Dux venditor, & si subsistant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 D. *Iulius* Caracciolus *Aduocatus celeberrimus laudatur.*

2 *Emptor si tempore contractus sciuerit rem esse pluribus obligationibus illigatam, num possit venditorem agẽtem repellere exceptione rei non liberæ.*

3 *Tex. in l. seruus quem* 31. §. *si sciens. ff. de act. empt. inducitur.*

4 *Glos. in d.* §. *si sciens quid in hac re senserit.*

5 *Emptor quoties onerum rei notitiam habuit, & tamen emptioni consultò consentiit, bonæ fidei repugnaret, si venditori qui rem tradidit, excipere vellet de pretij retentione ex causa non ignota, ante euictionis periculum.*

6 *Contractus, scientia iuris alieni non obstante, ex gemino contrahentium consensu perficitur, & ideo emptor soluere compellētur: & quare n.* 7.

8 *Anell. de Amat. & Mar. Frecc.* Authoritates *in hac materia rei liberæ, concurrente emptoris scientia onerum, quomodo loquantur.*

9 *Emptor qui sciuit rem non esse liberam non solum non habet contra emptorem actionem ex empto quanti sibi interest, vt res libera tradatur, sed neq. quanti sibi interest, vt res non euincatur, nisi stipulatio euictionis intercedat.*

10 *Scientia onerum rei venditæ cum sit quid facti, in emptore non præsumitur, qui in dubio ignorasse censetur: imò nec si fuerit dubius indagare tenetur, & quare nu.* 11.

12 *Dubius, & ignorans an æquiparentur in materia emptionis rei obnoxiæ aliquibus obligationibus.*

13 *Emptor ad hoc vt nequeat conqueri de re vendita, ea reperta obnoxia, scientia certa, & specialis onerum requiritur, nec sufficit dubietas & debet esse scientia cum omnibus qualitatibus, vt n.* 15.

14 *Venditor non tenetur reddere emptorem certam de vitijs, & oneribus rei venditæ emptori cognitis.*

16 *Scientia vbicumq; requiritur, ea debet esse certa, & specialis cum suis omnibus qualitatibus; nec sufficit scientia in genere, vt n.* 17.

18 *Emptor ignorans, quando sit ab emptore sciente onera rei venditæ, distinguendus,*

19 *Venditor cum in contractu promisit præstare rem liberam, & à quauis obligatione immunem, omninò tenetur talem præstare, siue emptor sciuerit, siue ignorauerit onera ipsius rei, & propterea etiam data emptoris scientia potest repelli si agat ad pretium.*

20 *Venditor, & si propter emptoris scientiam non teneatur ex natura contractus, tamen tenebitur ex pacto apposito in contractu; & de ratione, nu.* 22.

21 *Pacta omninò sunt seruanda, etiam si sit recessum à natura contractus.*

23 *Venditor tenetur rem liberam præstare, etiam si millies emptor sciuerit rei vitium, dum tamen pacto cauerit liberam rem esse.*

24 *Tex. in l. apud celsum* 4. §. *Item labeo, ff. de dol. mal. excep. recensetur.*

25 *Tex. in l. ea quæ commendandi* 23. §. 1. *ff. de cont. empt. perpenditur, & eius verus sensus traditur, vt num.* 26. *&* 27.

28 *Paul. de Castr. verba recensentur.*

29 *Cuiac. verba referuntur.*

30 *Emptor prædij aduersus venditorem non potest agere, vt illud reddat liberum ab oneribus permanentibus, puta tigni, vel stillicidij, ac cæteris huius generis seruitutibus; & de ratione num.* 31. *sed fallit si fuerit venditum liberum & exemptum ab omnibus seruitutibus præter aliquas expressas, nam eo casu cætera onera non expressa sunt remouenda, quamuis emptori fuerint cognita, vt nu.* 32. *& quare nu.* 33.

34 *Scientia tam emptoris, quam venditoris nihil refert, cum id quod alio-*

quin ex natura contractus deberetur, fuerit expresse in contractu conuentum.

ARGVMENTVM.

Exceptio rei non liberæ (quæ ex dictis in capite præcedēti Instrumenti liquidationem impedit) an eamdem habeat efficaciam, si tempore contractus innotuerit emptori, rem quæ distrahitur, quam pluribus obligationibus illigatam fuisse? & num ex dicta scientia, exceptio ipsa rei non liberæ debeat denegari? & in dubio num præsumatur scientia, vel potiùs ignorantia emptoris? & quid si in ipso contractu specialiter promisum fuisset, vt res libera, & immunis à quauis obligatione & hypoteca traderetur, nū eo casu emptor & si fuerit de obligationibus rei, tempore contractus cōscius, valeat exceptione rei non liberæ aduersus publicum instrumentum iuuari? circa quod perpenditur, & declaratur solemnis *tex. in l. seruus quem* 31. §. *si sciens, ff. de act. emp. & tex. in l. qua commendandi* 43. §. 1. *ff. de contr. empt.*

CAPVT V.



1 Respondebatur ex parte Ducis venditoris (vt vidi & audiui ex scriptis, & ex voce D. Iulij Caraccioli (qui onus pro eo huius causæ sustinebat, Aduocati primarij, quem ob nobilitatis splendorem, doctrinæ eminentiam, ingenij perspicacitatem, dicendi dulcem eloquentiam, ac morum suauitatem, ad maiora multò antea sibi debita quamprimum euectum videbimus) quod omnia dicta in præcedenti capitè minimè procedere poterant in
2 casu suo; nam dicebat innotuisse principi tempore contractus, Iuliani Terram quam pluribus obligationibus illigatam esse, ex qua scientia denegari dicebat exceptionē rei nō
3 liberæ, inducendo *text. in l. seruus quem* 31. §. *si sciens, ff. de act. empt.* vbi Aphricanus sic respondet (*si sciens rem alienam mihi ignoranti vendideris, etiam priùs, quam euincatur, vtiliter me ex empto acturum putaui in id quanti mea intersit meam esse factam*) & sic patet potissimam, imò vnicam decidendi rationem, Iuris consultum desumpsisse ex ignorantia emptoris productiua vtilis actionis ex empto, etiam priusquam euictionis damnum eueniat, vel im-
4 mineat, quod apertè innuit *glos. in d. §. si sciens*, vbi respondendo contrarijs, à quauis molestia vēditorem præseruantibus, quamdiu res euicta non sit vt in *l. qui rem Cod. de euict. & in l. 2. ff. de rerum perm.* firmat solutionem in dolo venditoris, qui non nisi ex ignorantia emptoris redargui potest, *l.* 1. §. *fin. de act. empt.* at
5 quoties emptor vt est dictum onerum notitiam habuit, & non obstante scientia, emptioni consulto & deliberate consentijt, repugnaret effectibus bonæ fidei, si venditori

con-

contractum ex sui parte per traditionem implenti,de retentione pretij ex causa non ignota antè periculum euictionis exciperet,quod ponderauit *Salicet. Magistral.in l.si fundũ Cod.de euict.* ait enim ipse quod si
6 contractus scientia alieni iuris non obstante,ex gemino vtriusque consensu perficitur, emptor compelletur soluere ex *l.Iulianus, §.offerri,ff.*
7 *de act.empt.*quippè eadem scientia, quæ à principio vicissitudinem contrahendi non abstulit, eadem implendi necessitatem ostendit;nec his
8 aduersari, dicebatur, authoritates *Frecc.& Anel. de Amat.in supra citatis locis*, si quidem loquuntur in terminis ignorantiæ emptoris (vt Ducis Aduocati dicebant) qui ne litibus inuolueretur vtiquè si sciuisset, minimè contraxisset,vndè nil mirũ, si ratione deficientiæ consensus ab actu contrahendi,leges post contractum,donec res libera tradatur, remedio retentionis pretij prouiderint.
9 Quod verum esse (ijdem dicebant)nedum ex excludendam vtilẽ actionem ex empto,quanti emptori interesit, vt res libera tradatur, sed etiam quanti interest, vt res non euincatur,vt sunt iura expressa,*in l. si fundum Cod. de euict. & in l.apud Celsum,§.item labeo,ff.de dol.mal. except.l.3. §. 1. ff. de edil. edict. in l.si fratres Cod.commi. vtriusq.iudic.probat. Crauet. cons.74. num.4. & alios*, ad hoc colligit *Tiraquell. de retract. lignag.§.12.glos.1. num.7.* nisi tamen stipulatio de euictione intercedat.
10 Sed replicabat Princeps emptor primo scientiã onerum rei venditæ, cum sit quid facti,in emptore non præsumi,qui semper in dubio ignorasse censetur, *l.penult.Cod.de euict.* tradunt *Costa de fact.Scien.inspect.90. num.3.* & alij quos refert *Guzman de*
11 *euict. quæst.23. num.*10. nam nec si fuerit dubius indagare tenetur,cum à nullo illud certius scire possit,quã à venditore, qui clarè quod scit tenetur indicare, vt latè scripserunt *Menoch. d. cons.1106.num.11.Surd. cons.13. num. 38. e 40. Altograd. d. cons.10.num.29. 30.31.* qui tradunt
12 quoad hanc rem dubium, & ignorantem æquiparari, vt tradunt *Bart. & DD.in l.quaero 40.per illum tex. ff.*
13 *de act. empt.* vbi certa & specialis scientia requiritur,nec sufficit si dubiè exprimatur; ex quo inferunt,vt
14 quamuis non teneatur venditor certiorem emptorem reddere de vitijs, & oneribus rei vendite, emptori cognitis, *l.1 in fine de act.empt.*
15 hæc tamen scientia debet esse certa,& specialis cum omnibus suis qualitatibus; vnde censuit *Osasch.*
16 *decis.176. num.4.* quod vbicumque scientia requiritur, ea debet esse certa,& specialis cum omnibus suis qualitatibus,ita referens iudicasse illũ Senatũ,& tradit in puncto *Menoch.d.cons.1106.nn.12.13.14.& 16.*
17 vbi ait non sufficere scientiam in genere, *Alex.cons.63.à num. 3. lib.6. & Altograd.cons.12. num.8.& per totum*,optimè *Guzman.d.cap.23. n.25. ex tex.in d.l.quaero de act. empt.l.quod si nolit 31.§.qui mancipia, ff. de edil. edict.*
18 Item(dicebãt Principis Aduocati) tunc esse distinguendum ignorãtem à sciente, cum emptor petit de natura contractus sibi præstari rem liberam, secus si in ipso contractu specialiter prouisum fuisset, vt res libera,& immunis à quauis obliga-
19 tione,& hypoteca traderetur, tunc enim siuè sciens, prudens, siue inscius,& ignorans fuerit emptor,siue generalis,siue specialis sit obligatio, compelletur omninò venditor quod promisit præstare, satisque erit ad excludendum venditorem agentem
20 excipere de non impleto contractu,licet enim venditor propter emptoris scientiam non teneretur ex natura contractus,tenebitur propter pactum specialiter appositum, *l.si*

fundum sciens 27. Cod. de euict. l. si
fratres 7. Cod. comm. vtriusq. iudic. l. 3.
Cod. de iur. dot. l. apud celsum 4. §. item
labeo, ff. de dol. mal. excep. oportet
21 enim pacta seruare, l. 1. ff. de pact.
etiam si à contractus natura reces-
22 sum sit, quia prius est emptioni cō-
sentaneum, vt id quod conuenit
præstetur, l. ex empt. 11. ff. de act. empt.
23 l. in emptione 43. ff. de pact. quare te-
nebitur venditor rem liberam præ-
stare, etiam si millies emptor sciue-
rit rei vitium, dum tamen pacto ca-
uerit rem liberam esse, vt satis ostē-
24 dit I.C. in d. l. apud Celsum 4. §. item
labeo, ff. de dol. mal. except. vbi inquit
(si quis fugitiuum esse sciens emerit
seruum, & stipulatus fuerit fugitiuum
non esse, non esse eum exceptione repel-
lendum, quoniam hoc conuenit, quamuis
ex empto actionem non haberet, sed si
non conuenisset exceptione repelle-
retur.
25 Nec obstare (ijdē dicebāt) tex. ex
aduerso perpensum in l. ea quæ com-
mendandi 43. §. 1. ff. de contr. empt. ijs
verbis (si quis hominem luminibus ef-
fossis emit, & de sanitate stipuletur, de
cætera parte corporis potius stipu-
latus videtur, quam de eo, in quo
se ipsum decipiebat) nam responsio est
26 manifesta, tex. hunc iuuare potius
conclusionem prædictam quā euer-
tere, cum ideò venditor non tenea-
tur ibi seruum sanis oculis præstare,
quia non illud promiserat, sed so-
lum spoponderat eum esse sanum,
quod fuit relatum ad cœteram par-
tem corporis, ne tam stupidus esse
videretur emptor vt se ipsum deci-
peret, si à sensu recedens crederet
hominem luminibus effossis, posse
vmquam ad oculorum sanitatem
27 restitui; vnde è contrario innuit
quod si stipulatio ad eam rem fuis-
set porrecta, vtique venditor tene-
retur illud præstare non obstante
scientia emptoris, vt ait tex. in l. apud
Celsum, §. item labeo, prout optimè
28 post glos. ibidem aduertit Paul. de
Castr. in ead. l. ea quæ in lect. nouiss.
dum ait (opponitur de l. apud Celsum,
§. item labeo responde, aut ego stipulor
specialiter de illa infirmitate, & tunc
teneris, aut generaliter de sanitate, &
non teneris) idque rectissimè notauit
29 Iacob. Cuiac. in d. l. ea quæ in fine di-
cens (si emptor in ea specie nominatim
stipulatus fuisset hominem cæcum non
esse, conuentionem hanc valituram per
dictum, §. item labeo.)

De qua re elegans est decisio S.
C. in proprijs terminis rei liberæ
venditionis, apud Afflict. decis. 298.
30 vbi deciditur, quod & si emptor
predij non potest agere aduersus
venditorem, vt illud liberum reddat
ab oneribus permanentibus, puta
Tigni, vel stillicidij, cæterisq. huius
31 generis seruitutibus, quæ eum cau-
sam habeant continuam, ita in prō-
ptu apparere dicuntur, vt non pos-
sint emptorem latere, ex doctrina
Bart. in l. 1. ff. de seruit. leg. & Paul. de
Castr. in l. quod conclaue 47. ff de dam.
inf. latè comprobata à Capicio decis.
187. num. 10. 11. 12. attamen si fuerit
32 venditum liberum, & exēptum ab
omnibus seruitutibus præter ali-
quas speciatim expressas, tunc te-
nebitur venditor cœtera omnia
onera quamtumuis emptori cogni-
ta remouere, quia vt ibi subdit Vr-
33 sill. num. 4. conuentio dat legem cō-
tractui, vulgata, l. 1. §. si conuenit, ff de-
pos. ad quod faciunt tradita per DD.
in l. si fundum sciens Cod. de euict.
Cald. de empt. cap. 31. num. 105. Couar.
lib. 3. variar. cap. 107. & Guzman qui
alios refert de euiction. q. 46. nu. 12. et
34 q. 23. n. 5. qui tradunt tam emptoris,
quam venditoris scientiam nihil re-
ferre, cum id quod alioquin ex na-
tura contractus deberetur, fuerit ex-
presse in contractu conuentum.

SVMMARIVM.

1 Commendatio, & stipulatio de re libera in quo inter se differant.

2 Commendatio rei venditæ quando non descendit ad species bonitatis, sed versatur in genere, vel descendit ad species tales, quæ emptori sunt cognitæ; nulla oritur actio contra venditorem, nec obligatio si res talis non reperiatur.

3 Tex. in l. ea quæ commendandi, ff. de contr. emp. recensetur; & etiã alia iura n. 4.

5 Venditor si rem asserit francam, & liberam, &c. in corpore instrumenti, & in parte dispositiua, obligatur eam talem præstare, nec requiritur, vt expresse se ita præstaturum promittat, cum satis sit si ita rem affirmauerit.

6 Vendens fundum si asserant optimum maximum (quibus verbis antiqui significabant eum ab omni seruitute, & hypotheca liberum) obligatur ex ijs verbis ad illum liberum, & immunem tradendum.

7 Tex. in l. traditio 20. ff. de acquir. rer. dom. refertur.

8 Venditor, sufficit si promiserit rem liberam esse, nec est opus vt stipuletur rem ita præstari, vt talem dare emptori teneatur.

9 Tex. in l. si ita quis 31. ff. de euict. recensetur; & illatio glos. ibi nu. 10.

11 Promittere quid esse quod non sit, nec præstari possit, & promittere quid esse quod non sit, sed dependeat à voluntate promittentis differunt; & in quo num. 12. & 13.

14 Venditor, si dixerit rem liberam esse, quæ tamen libera non sit, eam liberare tenetur, ad quod multa afferuntur iura.

ARGVMENTVM.

Venditor si non promiserit se præstaturum rem liberam emptori, sed tantum eam talem asseruerit seu commẽdauerit, num talem dare teneatur, & alias ab emptore repelli possit prætendens pretij solutionem? vbi plura habentur de commendatione rei venditæ, & an & quãdo ex ea oriatur actio contra venditorem si res commendata talis non reperiatur? & quid si venditor talẽ rem francam, & liberam asseruerit in corpore instrumenti, et in parte dispositiua? et quid si venditor asserat fundum esse optimum? et an dictis casibus ad inducendam obligationem venditoris requiratur, vt non tãtum talem, rem esse asseruerit, sed etiam talem præstare fuerit stipulatus.

CA-

CAPVT VI.



1 Eplicabant vero partes Ducis maximum esse discrimen inter commendationem, & stipulationem, quippè ex stipulatione sẽper oriri actionem ex contractu, sed non semper ex commendatione receptum est, nisi quãdo descẽdit ad species bonitatis emptori nõ cognitas, vel nisi causa decipiendi emptorem exprimatur, *vt in l. quod venditor vbi glos. magistralis, ff. de dol. in l. ea quæ, ff. de contr. empt.* & notat *glos. in l. apud cel-*
2 *sum, §. item labeo*, quando enim versatur in genere bonitatis, vel si descendere ad species tales conspicitur, quæ emptori cognitæ sint, nulla contra venditorem oritur actio, nec
3 obligatio, per hæc verba, *dic. l. ea quæ (ea quæ commendandi causa in vẽditionibus dicuntur, si palam esse appareant venditorem non obligant) & tex. in l.*
4 *secundum, inquit (ea autem sola dicta, sine promissa admittenda sunt, quæcũque sic dicuntur, vt præstentur, non vt iactentur)* quæ omnia dicebat Dux in facto suo adaptari.

5 Obiectioni huic respondebat Princeps, Ducem venditorem asseruisse Terram prædictam Iuliani esse francam, & liberam, &c. in corpore ipsius instrumenti, & in parte dispositiua; vndè non requiritur, vt expresse venditor ita se præstaturum promittat, sed satis est si vendens ita affirmauerit, vt clari sunt tex. in terminis venditionis rei liberæ in *l. quod seruitutes 71. ff. de euict. l. cum venderes 59. ff. de contrah. empt. l. qui vti optime 90. ff. de verb. signif. & in l. traditio 20. §. si quis igitur, ff. de acquir. rer. dom.* in quibus iuribus ha-
6 betur quod si quis fundum vendens dixerit (vti optimus maximus) quibus verbis veteres significabant eũ liberum esse ab omni seruitute, & hypoteca, *l. non tantum 169. ff. de verb. signif. & notant Gottofred. in l. cum fundus 48. ff. de euict.* obligatur ex ijs verbis ad illum immunem, & liberum tradendum, quod in hæc
7 verba dixit *Vulpian. in d. l. traditio (si quis igitur fundum liberum dixerit, & traderet eum, qui seruus sit, nihil iuris seruituti fundi detrahit, sed obligat se, & tenebitur præstare quod dixit.)*
8 Et magis in puncto vt sufficiat vt ita rem esse venditor promiserit, nec sit opus vt stipuletur rem ita
9 præstari, est tex. expressus *in d. l. si ita quis stipulanti 31. ff. de euict.* vbi inquit, quod & si ea stipulatio seruum sanum esse, furem non esse, vespertilionẽ non esse, inutilis quibusdam videretur, eo quod si quis est in hac causa, impossibile est quod promittitur; si non est: frustra est, attamen ait ipse (*sed ego puto verius hanc stipulationem sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse, vtilẽ esse, hoc enim continet quod interest horum quid esse, vel horum quid non esse: sed & si cui horum fuit adiectum præstari, multo magis valere stipulationem)* hactenus tex. ex quo elicit id
10 *glos. (ergo interesse est in obligatione, licet non promiserit se daturum, vel facturum, sed ita esse)* in hoc enim diffe-
11 runt promittere quid esse, quod non sit, nec possit præstari, & promittere quid esse quod non sit, sed dependeat à voluntate pro-
12 mittentis; nam primo casu promittens tenetur ad id, quod interest, nam alioquin stipulatio vti impossibilis nulla redderetur, *l. impossibilium 45. ff. de reg. iur.* 2. verò tenetur adim-
13 plere quod promisit, quia potest il-
14 lud præstare, vnde si dixerit rem liberam esse, quæ tamen libera non sit, tenetur eam liberare, *l. penult. ff. de euict. ibi (liberum præstet) & d. l. non tantum de verb. signif. ibi (vt libere præstetur) & d. l. ex ijs prædijs 5. C. de euict. ibi (vt ea à creditore liberetur) & d. l. creditor, §. prædium, ff. de act. empt. ibi (vt à creditore lueret, & marito liberum præstaret)* quam differentiã no-

notat *Iulius Pacius tract. de empt. et vendit. cap. 11. à num. 239. cum seqq.* veniamus nunc ad aliam oppositionem aduersus Principem circa hanc exceptionem rei non liberæ.

SVMMARIVM.

1 *Emptori frustra placet stipulatio de indemnitate ab oneribus, si venditor onera redimere spopondisset, ex quo alter altero in obiecto implicat.*

2 *Obiectum redemptionis rei venditæ, est oneris extinctio, sed obiectum indemnitatis, est damni contingentis causa oneris existentis, refectio.*

3 *Præstatio rei liberæ excludit essentialiter præstationem indemnitatis.*

4 *Actioni ex empto nascenti ex ignorantia emptoris, & ex dolo venditoris, est tantum permissum, vt ante euictionis iacturam possit in actu deduci, non autem actioni ex stipulatu, & idem num. 18. sed intellige, vt à num. 19.*

5 *Tex. in l. 4. ff. de act. emp. ponderatur. & n. 25. & seqq.*

6 *Emptor potest stipulari simul & semel rem liberam, & sibi de indemnitate cauere, ad hoc vt casu quo res non liberetur, possit ea actione vti qua sibi vtilior videtur. & ratio n. 7.*

8 *Euicta re vendita, triplici actione potest venditor conueniri nempe de euictione, ex empto, & ex stipulatione indemnitatis.*

9 *Tex. in l. cum tibi liberum 22. Cod. de euict. quomodo procedat, & nu. 11. & 17.*

10 *Fideiussor cui fuit promissa indemnitas, agere non potest antequam soluat: & de ratione num. 13. 14. & 16.*

12 *Tex in l. si quis mandato 29. ff. de neg. gest. recensetur.*

15 *Promissio indefinita semper regitur secundum naturam actus super quo interponitur.*

19 *Actio ex stipulatu eam habet naturam, vt se conformet perpetuo contractui super quo interponitur, & ab eo legem accipiat.*

20 *Stipulatio, aliud quam maius robur, contractui non adijcit.*

21 *Stipulatio dicta à verbo (stipulū) quod firmitatem denotat.*

22 *Stipulatio pura, & de per se simpliciter considerata, statim parit actionem ad confestim petendū, quod fuit promissum.*

23 *Stipulatio adiecta contractui emptionis, tanto magis pro re liberanda statim producet actionē, cum fiat ad confirmandum contractum, & coadiuuandam actionem ex empto, & de ratione n. 30.*

24 *Stipulatio hoc operatur, vt per eā quis cautior sit, & securior reddatur.*

26 *Stipulatio, qua euictio promittitur non parit statim actionem emptori, nisi euictione sequuta.*

27 *Stipulatio duplæ, euictionis est promissio.*

28 *Euictionis natura ea est, vt nequeat emptor contra venditorē*

agere

agere antequam ipsius euictionis casus succedat.

29 *Paul. de Castr. verba ponderantur.*

ARGVMENTVM.

Re vendita tamquam ab omni hypotheca, & obligatione libera, & facta promissione de præstando emptorem ab oneribus indemnem,& illæsum,num impediatur aliquo pacto instrumenti liquidatio si emptor dicat rem reperijsse obligationibus obnoxiam, etiam antequam aliqua euictio fuerit sequuta,& lis aliqua super ipsa re, mota? et an sit in potestate emptoris, vel iuuari ex promissione indemnitatis, vel ex promissione de re libera? et quod nam sit vtilius remedium? et num actio ex empto nascens ex ignorantia emptoris, et dolo venditoris in actu deduci possit ante euictionis iacturam? et quid de actione ex stipulatu? vbi exornatur *tex. in l. 4 ff. de act. empt.*

CAPVT VII.



Replicando dicebat etiam Dux & tertio se ipsum venditorem nil aliud præstare voluisse, quam emptorem ab oneribus indemnem; nā
1 frustra ipsi principi emptori de indemnitate ab oneribus stipulari placuisset,si venditor redimere onera spopondisset; cum alter altero
2 implicet in obiectos obiectum enim redemptionis, est oneris extinctio,sed indemnitatis, est damni contingentis causa existentis oneris refectio,
3 vnde (subdebat idem Dux) cum vnius præstatio excludat essentialiter præstationem alterius,necessario affirmandum est, omnia præter indemnitatem,sub nuda, generica, & inutili commendatione concludi,
4 quibus addebat Dux actioni ex empto nascenti ex ignorantia emptoris,& ex dolo venditoris esse tātum permissum, vt ante euictionis iacturam in actu deduci possit, non autem actioni ex stipulatu,vt est *tex.*
5 expressus *in l. 4. ff. de act. empt.* vbi sic respondet *Paulus*, C. *si seruus mihi ignoranti, sciens furem, vel noxium esse vendideris quamuis dubium promiseris, teneris mihi ex empto quanti mea interierit scisse, quia ex stipulatu eo nomine agere tecum non possum ante quam mihi quid absit.*

His respondebat Princeps &
6 quoad primum nil prohibere quin possit emptor stipulari rem liberā, & etiam sibi de indēnitate cauere, vt casu quo res non liberetur possit ea actione vti, quæ sibi erit vti-
7 lior: semper enim post promissionē rei liberæ,adijci solet promissio indemnitatis ad arctius obligandum venditorem, vt constat ex traditis per *Mysinger. obseruat. 37. cent. 1. Cald. de empt. & vendit. c. 20. num. 10. & Mangil. de euict. cap. 23.*
8 qui re euicta, triplici actione aiunt pos-

posse conueniri venditorem nempè
de euictione, ex empto, & ex stipu-
9 latione indemnitatis, de qua re Tex.
habemus *in l. cum tibi liberum* 22.
Cod. de euict. vbi fundus liber uenū-
datus proponitur, & tamen interces-
sit stipulatio indemnitatis; nec di-
10 catur quod fideiussor, cui fuit pro-
missa indemnitas, non possit agere,
antequam soluat, *l. si pro ea* 10. *Cod.
mand. l. facias* 38. *ff. eod.* quasi videa-
tur ob id differre à promissione rei
11 liberæ, qua statim potest agi ad rē
liberandam; nam respondetur illud
solum in fideiussore procedere, non
verò cum indemnitas ob aliam cau-
12 sā promittitur, *ex tex. in l. si quis mā-
dato* 29. *ff. de negot. gest. ibi* (*Titio au-
tem actio competit etiam antequam ipse
quidquid domino præstet, quia id ei ab-
esse videtur in quo obligatus est*) vbi
optimè *glos.* affert differentiæ ratio-
13 nem, quia de natura fideiussionis
est, vt fideiussor gratis suscipiat of-
ficium de se obligando, & soluendo
pretium, *l. indebitū* 47. *ff. de cōdic. in-
14 deb.* & ob id indemnitas modera-
tionem recipit ex contractus natu-
ra, & intelligitur postquam debitū
fuerit solutum; semper enim inde-
15 finita promissio regitur secundum
naturam actus, super quo interpo-
nitur, *l. si stipulatus* 1. *ff. de vsur. l. si le-
gatū vbi Bart. de leg.* 1. *Surd. decis.* 243.
16 *num.* 34. deciperetur alioquin debi-
tor, frustraque fideiussorem quæsi-
uisset, si illum statim liberare tene-
17 retur; ideoq; secus est, vbi huiusmo-
di repugnantia non inuenitur, quia
tunc statim potest exerceri actio ad
liberandum, *d. l. si quis mandato, & l.
si mandato* 45. *§. quoties, ff. mand.* quā
glos. singularem appellat *Bald. in d. l.
si pro ea* 3. *q. & l. fin. num.* 9. *Cod. de
vsur. rei iudic.*

Quoad secundum (quod adden-
do dicebat Dux) respondebat Prin-
ceps non esse veram actionem ex
stipulatu non concedi, nisi post rem
18 euictam, cum hoc solum sit propriū
19 actionis ex empto; nam actio ex
stipulatu, cum contractui iurisgen-
tium accedat, non aliam habet pro-
priam naturam, quam eam solum,
vt contractui super quo interponi-
tur se perpetuò conformet, ab eoq;
legem, & moderationem accipiat, *d.
l. si stipulatus* 4. *ff. de vsur. vbi glos. &
DD.* & latissimè probat *Iason. in rub.
20 ff. de verb. oblig. num.* 15. nec à stipu-
latione aliud quam maius robur cō-
21 tractui adijcitur, cum ea sic dicatur
à verbo (stipulum) quod denotat
firmitatem, *§. 1. inst. de verb. oblig.* qua
22 propter aut consideramus stipula-
tionem simpliciter, & de per se, & est
certum ex stipulatione pura statim
oriri actionem, & quod promissum
fuit confestim peti posse, *l. cum qui
Kalendis* 141. *§. fin. ff. de verb. oblig. l.
in omnibus* 14. *ff. de reg. iur. l. cedere*
213. *ff. de verb. signif.* aut eam consi-
deramus vt adiectam cōtractui em-
23 ptionis, & tūc si ex empto actio pro
re liberanda sua parte natura exer-
ceri potest, statimq; res libera non
apparet, quænam ratio dictat, vt si
ad confirmandum contractum sti-
pulatio intercedat, debilior ea, &
24 imbecillior reddatur? hoc enim agi
tur in stipulatione, vt quis cautior
sit, & securior, ait *Vulpian. in l.* 1. *§.
communes, ff. de prætor. stipulat.*

25 Cui rei nihil refragari tex. in su-
pra citata *l. si seruum* 4. *ff. de act. emp.*
in verbis insertis supra num. 5. dice-
bant principijs Aduocati; ex quo di-
cebant non rectè exindè inferri
actionem ex stipulatu de re liberè
tradenda, non competere nisi post
26 damnum sequutum; nam tex. ille
loquitur de ea tantum stipulatione,
qua euictio promittitur, vt satis cla-
rè indicant verba illa (*quamuis du-
plam promiseris*) nam duplæ stipu-
27 latio, euictionis promissio est, *l. eui-
cta, §. dupla, l. sed & si* 18. *l. seruum* 33.
ff. de euict. ideoque quid mirum si
exercere non licet antequam eui-
28 ctionis casus succedat, dum est ea

euictionis natura, *l. si euicta 16. l. si seruum 21. §. 1. l. non tamen 24. ff. eod. tit.* quas ll. ad id ponderauit *Cuiac. in ead. l. si seruum 4. de act. emp.* vbi id notant DD. communiter, ideoque
29 Paul. ibi non simpliciter dixit non posse agi ex stipulatu, sed non sine mysterio adiecit, ex stipulatu eo nomine agi non posse, idest nomine euictionis, de qua in stipulatione
30 cauebatur, alioquin enim inutilem prorsus dicere oporteret stipulationem rei liberæ, si non liceret promissorem compellere, ad id quod promisit præstandum, contra expressa iura in *d. l. traditio 20. ff. de acquir. rer. dom.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio exceptioni rei non traditæ, nil aliud operatur, quam vt ex ea auferatur venditori onus probandi rem esse traditam ad instrumenti exequutionem obtinendam.*

2 *Instrumentum venditionis (si in eo non adest renunciatio exceptioni rei non traditæ) via ritus produci non potest; & ideo fuit inuenta dicta renunciatio; vt num. 4.*

3 *Frecc. verba in tract. de præsent. instrum. p. 7. q. 1. num. 1. referuntur.*

5 *Renunciatio exceptioni rei non traditæ, nullo modo trahi potest ad exceptionem rei non liberæ.*

6 *Venditori nullum incumbit onus probandi rem liberam, cum semper talis præsumatur, nisi contrarium probetur.*

7 *Exceptio rei non liberæ tunc liquidationem instrumenti impedit, cum in promptu probatur per testes, vel per instrumenta obligationum, quibus constet rem non esse liberam.*

8 *Exceptio rei non liberæ, eatenus alicuius considerationis est, quatenus ipsa consideratur vt imago exceptionis rei non traditæ: & num. 9.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio exceptioni rei nõ traditæ quid num operetur? et num si ea in instrumento venditionis non interuenerit, possit dictum instrumentum via Ritus præsentari? et num ad exceptionem rei non liberæ trahi possit, adeo vt emptor qui renunciauit dictæ exceptioni rei non traditæ, neq. valeat vti dicta exceptione rei non liberæ? Venditor an onus habeat probare rem esse liberam, vti teneretur probare rem esse traditam, si renunciatio supradicta non adesset, vel potius res talis præsumatur? vbi plura ad materiam.

CA-

CAPVT VIII.



Tamdem non obstare dicebat Princeps emptor aliã Ducis oppositionem de renunciatione exceptioni rei nõ traditæ, ea
1 enim nihil aliud operatur, quam vt ex ea auferatur venditori onus probandi rem traditam ad instrumenti exequutionem obtinendam, cum
2 alioquin sine dicta renunciatione nullum posset venditionis instrumẽtum via ritus produci, vt docuit *Frecc. de instrum. præsent. p. 7. q. 1. n. 1.*
3 inquiens (*primo quero an contractus emptionis, & venditionis sit liquidus, ita quod præsentari possit? & concludo quod non; nam vt emptor agat ad rem, debet prius pretium soluisse, & è conuerso vt venditor agat ad pretium, debet prius rem tradidisse, et sic contractus est vltro citroq. obligatorius, & quilibet debet ex parte sua adimplere ad hoc vt agat, de quo implemento non loquitur instrumentum, & ideo si producitur instrumentum contra emptorem, non potest illud liquidari, quia obstat exceptio rei non traditæ*) ideò
4 fuit inuentum vt renunciet emptor exceptioni huiusmodi, qua cũ promittit non vti, illam contra venditorem agentem prohibetur opponere;
5 qua propter nullo modo eam renũciationem licebit ad exceptionem
6 rei non liberæ trahere, cum nullum incumbat onus venditori probandi rem liberam, quæ semper præsumitur libera, nisi contrarium probetur, *l. altius Cod. de seru. & aqua*, vnde idẽ *Frecc. d. tract. p. 7. q. 1. num. 1. & seq.*
7 tradit exceptionem rei non liberæ, tunc demum liquidationem impedire, cum in prõptu probaretur per testes, vel per instrumenta obligationum, quibus rem non liberam esse ostenderetur; & ita resolutur id, quod Ducis aduocati dicebant
8 .f. eatenus exceptionem rei non liberæ alicuius extimationis apud interpretes fuisse, quatenus ipsam vti imaginem exceptionis rei non traditæ contemplarunt, sic *Bald. in l. ex ijs prædijs Cod. de euict.* idem iudi-
9 cat de re non tradita, quam de re nõ libere tradita. veniamus ad vltimum quod fuit discussum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum contrahentium non prodest, adhoc vt ex eo instrumentum non liquidum, possit liquidum reddi, & probatur à n. 4.*

2 *Pactum quod liquidatio instrumenti non possit impediri ob onera, quæ in re vendita reperirẽtur, non operatur respectu onerum cognitorum venditori tempore perfecti contractus, & probatur à n. 14.*

3 *Pactum quod non impediatur liquidatio instrumenti venditionis per sequestra fortè facienda per creditores, aut per litem, aut per prætentionem euictionis, &c. non comprehendit casum rei non liberæ per venditorem traditæ, & probatur à n. 17.*

4 *Liquidatio instrumenti haud à cõtrahentium voluntate dependet, sed robur omne accipit à rigorosa Ritus dispositione.*

5 *Instrumentum liquidum non dicitur, quod continet reciprocam obligationem, quodque vulgò pactionatum dicitur.*

6 *Instrumentum illud dicitur liqui-*

dum, quod certam continet quantitatem, & ab vnius tantum obligatione dependet, secus si contineret factum, vel esset vltrò citroq; obligatorium, ex Frecc.

7 *Contractus emptionis illiquidus appellatur à Frecc.*

8 *Pactum vt instrumentum liquidetur, non obstante quod vltro citroque obligationem contineat, inutiliter est adiectum.*

9 *Iudex ex se ipso aduertere debet, an instrumentum suaptè natura sit liquidum, nulla habita, de partium pacto, ratione.*

10 *Pactum adiectum in instrumento non liquido (vt pote si sit vltro citroquè obligatorium) quod non obstante illiquiditatis causa, liquidari possit, non valet.*

11 *Instrumentum de forma, requiritur à Ritu, quod sit liquidum.*

12 *Ea quæ pro forma requiruntur, legem à pacto, vel consensu contrahentium, recipere non possunt, etiam si sit forma ad fauorem alicuius ex eis, vel eorum vtriusque introducta.*

13 *Reg. Rouit. erat acerrimus pro liquidatione instrumentorum, propugnator.*

14 *Pactum ne onera & obligationes rei vendite afficiant venditorē, tunc utile ipsi erit, cum eum, oneris, vel defectus causa ipsum lateret: nam alias esset pactum captiosum, vt n. 15.*

16 *Tex. in l. Iulianus 13. §. idem Iulianus, ff. de act. empt. recensetur.*

17 *Pactum quod possit instrumentum venditionis liquidari non obstātibus sequestris forsan faciendis per creditores, lite, prætensione euictionis, &c. vti pęnale & rigidum, intra proprios verborum cancellos, strictissimè coarctari debet: & proinde non protrahitur ad exceptionem rei non liberæ, quæ eo non obstante poterit opponi, vt num. 18.*

19 *Euictam rem esse, & esse seruam, valdè inter se differunt.*

20 *Actio rei liberandæ potentior est, quam euictionis iudicium, & quare ibi.*

21 Cancer. *verba referuntur.*

22 *Venditor cogitur liberare rem vēditam, obligationi obnoxiam, a dicto obligationis vinculo, & si emptori nulla lis fuerit mota; & alias hic ad pretij solutionem nō tenetur: & idem num. 26. quod secus est cum imminet euictio, vt n. 23. ex Canc. & n. 25. ex Castrens.*

24 *Venditor qui vendidit rem obligatam, plus tenetur, quam ille qui rem alienam venundedit, ex* Paul. de Castr. *cuius verba referuntur, vt n. 25. & 31.*

27 *Intellectus germanus ad Tex. in l. si seruus 10. §. si sciens, ff. de act. emp.*

28 *Actio ex empto ad rem liberandā, & actio ex empto ad id quanti emptoris interest, differunt.*

29 *Venditor, (in actione ex empto ad id quanti interest,) si sciens fuerit, tenetur ad totum id quod interest, si verò ignorans, tantum tenebitur actione quanti minoris.*

30 *Actio*

30 *Actio ad rem liberandam, cum à venditoris voluntate dependeat obligationes ipsius rei dissoluere soluendo id quod debetur, indistinctè aduersus eum siue ignorantem, siue scientem, competit emptori.*

32 *Euictione imminente, venditor elidit euictionis iudicium, fideiussores praestando; sed non sic in re vendita non liberè tradita, quam venditor praecisè tenetur liberare, nec cautionem praestando liberatur, vt nu. 33.*

34 *Emptori non licet de euictione agere, si creditori euincenti, debitum obtulerit, priusquam sententia super rei, auocatione feratur.*

35 *Emptor appellare tenetur à sententia Iudicis, per quam res empta euincitur.*

36 Emptor *rei sibi vendita vt libera, potest statim ad rem liberādam, pretium creditoribus soluere, illudque solutum iure compensationis retinere; vel si soluit à venditore repetere, vt nu. 37. quod est summe notandum; sed ad quid? ex Bald. in n. 38.*

39 Euic*tione imminente, si pretium sit iam solutum, non tenetur vēditor ex causa euictionis fideiussores praestare; sed tenebitur rem liberare etiam ipso pretio soluto, vt n. 40.*

41 *Decisio M. C. V. in causa ista famosa refertur; & demum decisio S. C. iunctis Aulis, vt nu. 43.*

42 *D. Marius Russus Authoris consanguineus laudatur.*

ARGVMENTVM.

Emptor num rectè se defendat aduersus venditionis instrumentum, sub praetextu exceptionis rei non liberae, si pactum fuerit in dicto instrumento adiectum, quod liquidatio ipsius nullatenus impediri possit per sequestra facienda per creditores, aut per litem, seu praetentionem deficientiae corporum in re vendita forsan comprehensorum; aut euictionis forsan passae, &c.? vbi traditur num prosit contrahentium pactum, quo magis Instrumētum non liquidum, possit liquidum reddi? pactum de quo in principio, num prorsus inutile censeatur quoad onera cognita venditori tēpore perfecti contractus? & num illud loquens, de dictis sequestris, lite, deficientia corporū, euictione, &c., cōprehendat casum rei non liberae traditae? vbi ad propositum habetur quodnam sit potentius Iudicium rei liberandae, vel euictionis; & datur germanus intellectus ad *tex. in l. si seruus 30. §. si sciēs, ff. de act. empt.* et alia plura ponderantur notatu digna, re-

relatis in fine decisionibus M.C.V. et S.R.C. iunctis Aulis, in causa in otto præcedẽtibus capitibus commemorata, interpositis.

CAPVT IX.



Vltimo nec obstare dicebat Princeps, pactum contentũ in instrumẽto, quo conuentum fuit (quod liquidatio instrumẽti nullatenus impediri possit per sequestra facienda per creditores, aut per litem, seu prætentionẽ deficientiæ corporum, aut euictionis passe, &c.) nam triplici modo ipse respondebat; primo dicebat non
1 prodesse cõtrahentium pactum, quo magis instrumẽtum non liquidum,
2 possit liquidum reddi; secũdo quod huiusmodi pactum inutile censetur prorsus quoad onera cognita venditori tempore perfecti contractus;
3 tertio quod illud non comprehendit casum, quo rem non liberam tradere venditor recusasset.

4 Primum constare dicebat, quia liquidatio instrumenti haud equidẽ à contrahentium voluntate dependet, sed omne recipit robur à rigorosa Ritus dispositione, qui instrumẽta liquida absque forensi strepitu, & remoto iudicij ordine, permittit vt producantur ad rigidàm illam in-
5 terrogationem celebrandam, quapropter cum non dicatur instrumẽtum liquidum, quod reciprocam continet obligationem, quod vulgò (pactionatum) appellatur; (vnde
6 dixit *Frecc.p.7.num.1.* illud dici liquidum, quod certam cõtinet quãtitatem, & ab vnius tantum obligatione dependet; secus si contineret factum, vel esset vltro citroq. obli-
7 gatorium; ideoque emptionis contractus illiquidus appellatur à *Frecc. vbi sup.& à Carau.ritu 167.nu.20.)*
8 idcircò sequitur inutiliter pactum adijci, vt liquidetur instrumentum, non obstante quod vltro citroque obligationem contineat, cum Iudex
9 ex se ipso aduertere debeat, an suapte natura sit liquidum instrumẽtum, nulla habita pacti ratione, vt in proprijs terminis tradit *Frecc. d.p.7. quæst.1.num.11.* & ita concludit post latissimè rem discussam *p.8. q.3.per totum*, vbi optimè hanc sententiam firmat *à num.92.* tradens in specie
10 *num.173.* in instrumento non liquido, ex eo quod vltro citroque sit obligatorium, non posse apponi pactum, vt non obstante illiquiditatis
11 causa possit liquidari; quoniam de forma instrumenti requiritur à Ritu 167. vt illud liquidum sit, nec pos-
12 sunt eà, quæ requiruntur pro forma, legem accipere à pacto, vel consensu contrahentium, etiam si sit forma ad contrahentis fauorem introducta, vt probat idem *Frecc. nu. 96.* cuius sententiam amplectitur
13 *Reg.Ronit.* (alioquin acerrimus pro liquidatione propugnator) *in rub.de instrum.liquid.num.23.& Galter.p.2. 1.p.nu.2.*

Secundum respõsionis caput pro-
14 babat Princeps; quia pactum ne rei venditæ obligationes, & onera venditorem afficiant, tunc erit demum vtile, cum oneris, vel defectus causa venditorem lateret, nam cap-
15 tiosum alioquin censeretur, si referretur ad onera rei venditæ, quæ tempore contractus initi venditor non ignorabat; tex. est expressus in *l.tenetur 6. §.fin. ff. de action. empt*, quem post *Bart.* singulariter notandum inquit *Guzman. de euict.q.5.in fine verf.addo vnũ singulariter*, cõsonat iuxta rem de qua agimus tex.
16 *in l.Iulianus 13.§.idem Iulianus eod. tit.* vbi ex Iuliani sententia inquit Vulpianus (*si eum venditor sciret fundum pluribus municipijs legata debere*,

in

in tabula quidem scripserit uni municipio debere, verum postea legem consignauerit, si qua tributorum aut vectigalis indictionisue quid nomine, aut ad viæ collationem præstare oportet, id emptorem facere, dare, præstareque oportere ex empto eum teneri.)

Tertium responsionis caput ex eô quoque manifestè dignosci dicebat Princeps; quia pactum istud
17 (quod vti rigidum & pœnale intra proprios verborum cancellos quam strictissimè debet coarctari, nec vltra expressos fines potest vllo pacto
18 procedere) nonnisi temerè poterit ad exceptionem rei non liberæ protrahi; cum solum sequestra, & lites, & deficientiam, siue euictionem corporum fuerit amplexatum; nam ex-
19 ploratum est, quam dissita, discretaque sint, esse rem seruam, & esse rem euictam, vtadmodum clarè scripsit, *glos. in d.l. ex ijs prædijs Cod. de euict.* ibi (*non ex causa euictionis, sed quia liberam rem non tradidit*) *& in l. qui rem eod. tit. ibi* (*nisi agatur vt rem liberam tradat, non autem euictionis nomine, vt quia erat obligata*) quod ibidem dixit *Bald.* dum ait (*& intellige quod non agitur ex capite quod sit euicta, sed ex capite quod res non sit libera*) idemq. ibidem tradit *Salycet. Rip. & Alex. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* & optimè *Surd. d. decis. 165. num. 7. & 8.*

20 Potentior enim est rei liberandæ actio, quam euictionis iudicium, cũ nemo possit euictionis nomine venditorem conuenire, nisi res prius sit abducta; at statimatque res dignoscitur serua, potest agi ad rem liberandam, ex tot iuribus supra citatis,
21 vnde ait *Cancer. t. 1. var. cap. 13. nu. 68. Collige discrimen, quod est inter hunc casum, quando euictio imminet in limine contractus, & priorem, quando res alteri hypotecata fuit*
22 *vendita, quia hoc casu licet emptori nulla fuerit lis mota, cogitur venditor liberare rem venditam à vinculo obligationis, alias emptor ei pretium soluere non tenetur, vt pro-*
23 *bat tex. in d. l. ex ijs prædijs; illo autem casu requiritur saltem vt lis sit mota, vel subsit litis timor probabilis*)
24 adeò vt plus teneatur venditor, qui rem obligatam, quam qui alienam venundedit, vt docet *Castrens. in d. l. creditor 54. §. prædium, ff. de act. empt.*
25 his verbis (*licet venditor, qui rem tradidit, & tamen dominium, non trãstulit, quia res non erat sua, non possit conueniri antequam euincatur, vt faciat eam emptoris, quoniam venditor adhoc non tenetur, sed solum vt emptori habere liceat, nisi scienter vendide-*
26 *rit vt supra l. seruus, §. fin. si tamen reperiatur alteri obligata potest conueniri, etiam antequam per creditorẽ euincatur, tex. est hic notabilis, quem tene menti*) ex quo verus desumitur in-
27 tellectus ad *d. l. si seruus, §. si sciens, ff. de act. empt.* vbi qui sciens rem alienam, venundedit, etiam priusquam euincatur tenetur ad id quod interest; nam non rectè colligitur non posse actionem rei liberæ aduersus venditorem institui, nisi sciẽs ille se dolosè gessisset; cum ex dicta Ca-
28 strens. doctrina differat actio ex empto ad rem liberandam, & actio ex empto ad id quanti interest empto-
29 ris, in hac enim adhibetur discrimẽ inter scientem, & ignorantem venditorem, vt sciens ad totum id quod interest, ignorans verò quanti minoris actione solumodo teneatur, *l. Iu-*
30 *lianus 13. vbi DD. ff. de act. empt.* ea verò indistinctè, & præcisè conceditur ad rem liberandam, quoniam à venditoris voluntate dependet, soluendo id quod debetur, obligationes dissoluere; ideoque *glos. in d. l. qui rem* distinguit optimè casus, quando ad interesse, & quando ad
31 liberandum agi possit; quam etiam differentiam inter alienæ, & obligatæ rei venditionem, agnouit etiam *D. Hodier. ad dict. dec. Surd. 165. n. 20.*
32 prout etiam euictione imminente eli-

elidit venditor euictionis iudicium fideiussores præstãdo, vulgatã *l.si post* 33 *perfectã C.de euict.* (de quo alibi dicemus:) at rem non traditam liberã, præcise liberare tenetur, nec cautionem præstando liberatur, vt supra est dictum, ex *d.l.traditio, ff.de acquir. rer. dom. l. vti optime, ff.de verb.signif.*

34 Vlterius non licet emptori de euictione agere si creditori euincenti obtulerit debitum, priusquam sẽtentia super rei auocatione feratur, 35 adeò vt receptior sit DD. conclusio vt si fuerit sententia inferioris iudicis ab ea teneatur appellare, vt est *tex.in l.Herennius* §.*Caia, ff.de euict.* latè tradunt *Gomez. tract. 2. variar. cap.2.sub num.39. vers. 2. est, Cancer. lib.3.cap.17.num.9.Mangil.quæst.14.* 36 *n.2.& seqq.* at si res fuerit vendita, vt libera, statim potest emptor ad rẽ liberandam pretium creditoribus soluere, illudque solutum, vel compensationis iure poterit retinere, *l.quoniam liberum 10. Cod.de compens.* 37 vel si soluit à venditore repetere, *l.cum tibi liberam 22. Cod. de euict.* 38 quod summopere notandum inquiunt *Bald & Salic. in d.l.quoniam liberum,* vt .§.& si non possit agi de euictione, agatur tamen quia res fuit vt libera vẽdita, sic quoque & si 39 post solutum pretium, & euictione imminente non tenetur venditor ex causa euictionis fideiussores præstare, quia fuit pretium solutum, tene- 40 bitur tamen rem liberare, etiam si pretij solutio facta fuisset, vt pulcrè tradit *Cancer. dicto cap. 13. num. 69.* ex quibus omnibus dicebat Princeps omninò ex exceptione rei non liberæ, Ducem agentem venditorẽ repelli debere) Hæc in septem præcedentibus capitibus exarata, fuerunt ponderata in hac causa, vnde.

41 *Sub die anni 1644. dum fuisset hæc causa discussa in M.C.V. fuit decisum exuberanter ad Principis fauorem (vltra ea qua ipse sperabat) .§. vt liberata dicta Terra Iuliani ab obligationibus, rectius citaretur Princeps emptor, & sic fuit virtualiter decisum, exceptiones tum in iustitia, tum in ordine militare; & hoc referente Mag.* 42 *tunc Iudice Mario Ruffomeo consanguineo doctissimo; postmodum cum Dux venditor se grauatum senserit, obtinuit vt deberet fieri verbum in S.C. iunctis* 43 *Aulis; & sic ad relationem M.C.V. iũctis aulis tunc Regij Consiliarij quondã Andreæ Prouenzalis, & Regij Consiliarij D.Francisci Sauij, fuit interpositum decretum sub die praeteriti anni 1645. quod Princeps emptor pro tunc faceret depositum ducatorum decemmille, aduersus quod decretum audiui ipsum Principem quasdam proposuisse nullitates (mutato tamen veteri Patrono) & nuper audiui dictum Principem, commissa iam causa ordinariè in S.C. vix coactum fuisse ad faciendũ depositum ducatorum bismille in circa; ex quibus constat Sacrum Consilium, pro uero habuisse, liquidationem instrumenti non potuisse locum habere, nec reiecisse exceptionem rei non libera, cũ mandauerit esse faciendum depositum illius modicæ quantitatis (habito respectu ad residuum totius pretij) non vt liberaretur Duci venditori, sed eisdem creditoribus, qui habebant hypotecas super dicta Terra Iuliani, Banca est Lucina in M.C.& Solatij in S.C.*

SVMMARIVM.

1 *Facti species breuiter recensetur;*

2 *Cedens qui sibi reseruauit ius liquidandi instrumentum contra debitorem, cum hoc fecerit ad cessionarij fauorem, ideo etiam inuitus illam cogitur facere, & etiam in loco per ipsum cessionarium petito.*

3 *Determinatio vnica plura respiciẽs de-*

determinabilia, illa debet æqualiter determinare.

4 *Creditor, & si ex pacto speciali acquisiuerit ius liquidandi instrumentum in ea Curia, in qua sibi magis placebit, tamen ea conuẽtione nõ obstante Cogetur liquidare in eo loco, vbi liquidatio congruentius fieri potest.*

5 *Liquidatio instrumenti est facienda in loco, in quo est promissa solutio, cum ibi conueniendus sit debitor.*

6 *Liquidandi facultas (creditori competens) in omni Curia & foro, ex pacto in instrumento adiecto, facta cessione omnium iurium, transit in cessionarium.*

7 *Ius liquidandi exerceri non potest, nisi ab habente directas actiones, quæ ossibus creditoris inhærent.*

8 *Actiones directe, etiam post cessionẽ remanent apud cedentem.*

9 *Cessionarius non potest instrumentum liquidare.*

10 *Iura omnia, & præcipuè facultas conueniendi debitorem in omni Curia & foro, transeunt in cessionarium omnium iurium, maximè quando constituitur in locum cedentis, & procurator in rem propriam, vt n. 11.*

11 *Clausula adiecte in cessione (constituens cessionarium in locum cedentis & eum faciendo procuratorem in rem propriam, &c.) operantur, vt nihil iuris aut facultatis penes cedentem remaneat, imo tali casu cedens non habebit, neque directarum actionum exercitium.*

13 *Decisio M.C. V. & S.R.C. in causa proposita, affertur.*

14 *D. Don Flaminius de Constantio Regius Consiliarius commendatur, eiusque mors recensetur.*

ARGVMENTVM.

Creditor si in instrumento, pacto peculiari cum debitore conuenerit, vt illud possit liquidare in omni Curia, loco, & foro, vt sibi melius videbitur & placuerit, & si sibi videbitur in foro domicilij ipsius debitoris, si postea hoc creditum cesserit alteri cum omnibus iuribus, constituens cessionarium procuratorem in rem propriã, in sui locum, &c. reseruata tamen sibi facultate liquidandi instrumentum prædictum ad requisitionẽ ipsius cessionarij, si ab isto pro liquidatione facienda requiratur, vt eam tamen faciat in loco & foro prædicti domicilij debitoris, num ibi præcise teneatur liquidare, vel potius possit dicere, se velle liquidare in foro, & loco vbi ipse cedẽs in habitat, & hoc vigore pacti in instrumento modo quo supra adiecti? vbi ad propositum agitur quo nam sit debitor conuenien-

dus, non obstante quod creditor per pactum in quolibet foro, conueniendi debitorem sibi reseruauerit facultatem? & quid in principali articulo fuerit decisum tum per M.C.V. tum per S.R.C. habetur.

CAPVT X.



1 Arius Palmerius cũ reperiretur creditor cuiusdam de Ciuitate Monopolis in duc.4000.publico mediante instrumento, in quo fuit conuentum liquidari posse via Ritus M.C.V.& liquidationem posse fieri in qualibet Curia, loco, & foro, & si ei placuisset etiam in Ciuitate Monopolis vbi erat dicti debitoris domiciliũ, postea cessit dictũ creditum Cæsari Marzato; verum sibi reseruando ius liquidandi contra dictum debitorem ad omne dicti cessionarij libitum.

Cumque fuisset factus casus liquidationis instrumenti prædicti, requisitus fuit dictus Marius cedẽs, à dicto Cæsare Marzato cessionario ad dictam liquidationem faciendã, qui quidem Marius obtulit illam facere, sed in Audientia Licij vbi ipse inhabitabat; Cœsar verò cessionarius institit illam fieri in Ciuitate prædicta Monopolis, quæ erat Iudex domicilij ram ipsius, quam dicti debitoris; vnde dubitatum fuit in M.C.V. in quo loco liquidatio prædicta esset facienda?

Pro Mario dicebatur (vt ex processu, & Aduocatorum allegationibus obseruaui) quod clarè loquebatur pactum cum debitore in instrumento inhitum, nimirum liquãdi in omni Curia, & foro ad sui libitum; & licet deindè creditum cesserit, sibi tamen reseruauit hoc ius liquidandi in beneficium verò cessionarij; quare cum hoc sibi reseruauerit, dicebat à suæ voluntatis arbitrio pendere.

Sed pro Cœsare cessionario dicebatur omninò (pacto prædicto nõ obstante) deberi liquidationem fieri in prædicta Ciuitate Monopolis;
2 ex pluribus, & primo quia illa reseruatio iuris liquidandi, fuit per cedẽtem facta ad beneficium cessionarij; ideoque sicuti nolens cendens liquidare posset cogi ad illam inuitus faciendam, sic etiam poterit cogi ad illam faciendum in loco per
3 cessionarium petito; vnica enim fuit determinatio, beneficium.s.cessionarij, ideoque licet plura respiciat determinabilia, nempè liquidationem, & locum ipsius, æqualiter debet determinare, vt & liquidatio, & locus liquidationis fiant arbitrio cessionarij, cuius beneficio fiunt, vulgatis iuribus.

4 Secundo nam & si per pactum speciale esset creditori acquisitum arbitrium liquidandi in ea Curia, in qua sibi placebat, attamen dicebatur congruentius fieri liquidatio-
5 nem prædictam in Ciuitate Monopolis; in qua fuit promissa solutio; cum debitor conueniri debeat in loco promissæ solutionis; ita ex *glos. communiter recepta in cap. Romana. §. nec etiam de for. comp. Bart. & ceteris, notat Couar. pract. qq. cap.* 10. *sub num.* 5. *vers.* 6. *subducitur.* & sic etiã si in ciuitate licij conueniebatur debitor, dicere potuisset pecuniam habere paratam in Ciuitate Monopolis vbi solutio fuit promissa, & sic liquidationem impedire; vndè ad circuitum euitãdum dicebatur omninò liquidationem esse faciendam ab initio in dicta Ciuitate Monopolis.

Tertiò dicebatur notabiliter certum

tum esse creditorem in priori contractu per diuersa pacta in instrumento adiecta plures acquisiuisse facultates, præcipuè facultatem liquidandi seruata forma Ritus in casibus ibi expressis; & quia liquidatio debebat fieri in foro debitoris, vt euitaret hoc per aliud pactum speciale conuenit cum debitore illam posse facere vbi sibi placuisset, etiam in ciuitate Monopolis; qua-
6 propter dicebatur hanc facultatem per pactum acquisitam sicut, & cœtera iura & actiones vigore illius instrumenti creditori competentia fuisse omnia vigore amplissimæ cessionis in cessionarium translata; nam solumodo ius liquidandi reser-
7 uauit sibi cedens, & hoc, ex quo tale ius exerceri minimè poterat nisi ab habente directas actiones, quæ ossibus creditorum inhærēt, ad tradita post cœteros per *Tiraquell. de retr. lignag. §. 26. glos. 1. nu. 58. & per*
8 *Thesau. decis.* 201. adeo vt etiam post cessionem remaneant actiones directæ penes cedentem, vt per *Afflict. decis.* 335. *in fine*, qua propter cessio-
9 narius non potest instrumentum liquidare secundum veriorem opinionem, quidquid dixerint, *Bart. & Bald. vt habetur. per Caran. in ritu* 286. cetera vero iura, & in specie
10 facultas conueniendi debitorem in omni Curia, & foro, fuerunt alienata per cessionem in beneficium ces-
11 sionarij, maximè quando ceduntur (vt erat in dicto casu) omnia iura & actiones, cōstituendo cessionarium in locum cedentis, & eum faciendo procuratorem in rem propriam, &c.
12 quæ clausulæ tantæ sunt efficaciæ, vt tunc nihil iuris, aut facultatis penitus remaneat apud cedentem, adeò vt neque tali casu cedens habebit directarum actionum exercitium, prout post *Anchar. Paris. Ronchegal. & ceteros* dixit *Thesau. dicta decis. 201. in fine num. 6. post Cacher. decis. 45. num. 6.* Si ergo (vt dicebāt Aduocati cessionarij) hæc facultas conueniendi debitorem in omni Curia, & foro fuit per Marium creditorē cessa Cęsari cessionario, frustra disceptari debebat, cuius nam erat, Curiæ, siue fori electio, in quo liquidatio facienda fuisset, cum clare constet ex dictis spectauisse ad ipsum Cœsarem cessionarium.
13 *Vnde votato isto articulo in M. C. V. de anno 1614. fuit conclusum ad beneficium dicti Cæsaris cessionarij, nimirū esse faciendam dictam liquidationem in Ciuitate Monopolis, pacto in instrumento adiecto, ex supra adductis; non obstante; & cum Marius cedens appellasset ad S. C. intendens debuisse liquidationem fieri in Ciuitate licij vigore pacti prædicti, ad relationem quon-*
14 *dam D. Flaminij de Constantio tunc Iudicis M. C. (qui demum fuit Regius Consiliarius, in quo & morum dulcedo, & eximia doctrina, & recta conscientia elucebāt, & annis non longè retro elapsis fuit immatura morte non sine omnium communi mœrore, & meo præcipue ab hac luce ereptus) confirmatum dictū decretum M. C. V. sub die 24. Nouembris dicti anni 1614. processus est, in Banca tunc Lauzette.*

SVMMARIVM.

1 *Author in anno 1613. & illinc ad annos 14. non erat in mundo, cum sit natus in anno 1627.*

2 *Agnatus num teneatur imputare legatum sibi per Agnatum defunctum relictum, in portionem sibi debitam vigore Consuet. (& si Testator) vel potius vtrumque consequatur; pro Agnato nu. 3. & 6. sed contra eū n. 10. & sic in facto consuluit Author, vt nu. 11. Sed quid quid sit in pun-*

Cto iuris, in praxi non est recedendum ab opinione Bucini pro Agnato, vt nu. 26.

4 *Scipio Bucin. licet esset maxima lectionis, semper tamen dubius respondere solebat, & facilè de vna in aliam trahebatur sententiam.*

5 *Legatum factum à patre filio secundo genito, non compensatur cum vita militia ei post ipsius patris mortem à primogenito debita; sed contra nu. 12.*

7 *D. Præses S. C. Merlinus iterum commendatur.*

8 *Agnatus non tenetur imputare legatum sibi ab Agnato factum in portionem ex Consuet. debitam (data opinione Bucin pro vera) etiam si testator ipse Agnatus prohibuisset Agnato legatario, ne aliud peteret.*

9 *Prohibitio plus non petendi facta per testatorem, non comprahendit id quod ex mera legis prouidentia debetur legatario, sed tantum id quod ad ipsum posset iure hæreditario, vel legati, ex ipsius testatoris bonis peruenire.*

13 *D. Andreas Capuanus laudatur.*

14 *Legatum non tantum compensatur cum debito testatoris necessario, sed etiam cum debito hæredis.*

15 *Legatum Tutori, vel Curatori relictum per Testatorem, compensatur cum decima fructuum eidem ex lege Regni Castellæ debita.*

16 *Legatum alimentorum factum vxori, compensatur cum vsufructu, seu interesse dotis, quod vxori superstiti debetur ex bonis viri, dotis restitutione pendente: & sic decisum n. 17. Sed pendet reclamatio, n. 19.*

18 *D. Reg. Consil arius Io: Baptista Amendola laudatur.*

20 *Legatum mobilium uxori factum, computatur in debito vestium lugubrium, & lecti vidualis de consuetudine non scripta inter Nobiles debiti, sed contra, n. 22. & secundum hanc contrariam sententiam fuit decisum per M. C. V. nu. 23. sed non est recedendum a prima nu. 25.*

21 *D. Reg. Capyc. Latr. Consultationes, & Decisiones, ab Authore commendantur.*

24 *Franciscus de Petr. commemoratur.*

27 *Decisio S. C. in articulo principali refertur.*

ARGVMENTVM.

Agnatus an imputare teneatur in portionem sibi debitam vigore Consuet. (& si Testator) legatum certæ quantitatis per Agnatum defunctum sibi factum? vbi discussa doctrina *Scipion. Bucini*, & sequacium, habetur quid consuluerit Author in facti contingentia; & proposita causa quadam annis elapsis vertẽte, refertur Decisio S. R. C. extracta à processu dictæ causæ, & proindè

dè paucis cognita pro vera huius articuli determinatione; & quid si Testator prohibuisset Agnato, cui legat, ne aliud peteret, num etiam eo casu (data pro vera opinione *Bucini*) illa possit procedere? Legatum à patre factum filio secundogenito, an compensetur cum vita militia, ei post ipsius patris mortem debita per primogenitum? & quid de legato facto vxori à viro, alimentorum, num compensetur cum interesse dotis, quod illi superstiti, debetur ex viri bonis pendente dotis restitutione? circa quod refertur decisio S.C in quadam causa Authori valdè nota ex causa vt intus; & quid de legato mobilium vxori facto, num computetur in debito vestium lugubrium, & lecti vidualis? quæ omnia breuiter et notabiliter disseruntur.

CAPVT XI.



N causa vertente inter Franciscum Molissæ, & Hospitale S. Mariæ Pacis circa annum 1613.
1 (quo tempore, & etiam illinc ad annos quatuordecim non eram Ego in mundo, cum fuerim natus de anno 1627.)
2 accidit controuerti articulus num Agnatus teneatur imputare legatũ certæ quantitatis per Agnatum defunctum sibi factum, in portionem sibi debitam vigore *Consuet.* nostræ Ciuitatis (*& si testator*) vel. potius possit liberè vtrumque petere, & consequi?

Pro Agnato videtur esse doctrina *Scipionis Bucini* (omniũ in hac quæ-
3 stione primi) *in d. consuet. f.* 174. *lit. D.* qui dicit non, teneri agnatum computare dictam medietatem cum legato, sed ei vtrumq; deberi, qui tamen *Bucin.* in hac sententia pedes non figit, sed cogitandum relinquit;
4 nec est mirum; nam hic vir licet erat maximæ lectionis, semper tamen dubius respondere solebat, & facilè de vna ad aliam trahebatur sententiam, vt refert *Praes. de Franch. in decis.* 499. *n.* 2.

5 Probat *Bucin.* hanc sententiam ex paritate Vite militiæ, cum qua dicit minimè compensari legatum, aut quoquo modo à patre filio relictũ, cum sit debitum primogeniti post patris mortem; quam etiam opinionem in hoc. §. de vita militia, sectantur *Affl. in decis.* 138. *num.* 4. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *c.* 57. *& dec. Sicil.* 68. *Reg. Ronit. in prag.* 25. *num.* 9. *&* 16. *de feud. & alii apud Muta in cap. Regni Siciliæ* 33. *num.* 188 *tom.* 1. & hãc eamdem principalem opinionem
6 *Bucini* de legato facto agnato, quod §. cum dicta medietate non sit compensandum, latè, & accuratè defendit, & dulci non minus quam accu-
7 rata methodo prosequitur *Doctissimus* D. *Preses Merlin. in sua nouissimo* 2. *t. controuers. forens. cap.* 40. *num.* 26. *&* 28. *vsq. ad finem*, & si dicat *sub num.* 43. S. C. in ea causa articulum istum (cum necessitas non vrgeret) non determinasse, sed meliorem deliberationem sibi reseruasse; qui in ea magis se fundat ratione, quia huius medietatis debitum est hæredis, non autem testatoris;

Et

8 Et hac *Bucini* ſententia pro vera
data, amplianda dicebant in cauſa
propoſita Aduocati huius partis; eā
procedere etiam ſi teſtator prohi.
buiſſet Agnato cui legat ne aliud
9 peteret; cum talis prohibitio non
comprætiendat id quod ex mera
legis prouidentia debetur, ſed id tā-
tum quod iure hæreditario ex teſta-
toris bonis ad ipſum peruenire poſ-
ſet, vt per *Bald. in l. ſi cum dotem, §. ſi
pater, ff. ſol. mat. Iaſ.* qui dicit notan-
dum *in authentica præterea num.* 26.
*Cod. unde vir. & uxor Menoch. lib. 4.
præſump.* 109. *num.* 51. *Gratian. tom.* 5.
diſceptat. forenſ. cap. 819. *num.* 13. *ſe-
quitur Surd. conſ.* 112. *num.* 80. *lib.* 1.
& de alim. tit. 9. *q.* 16. *num.* 31. & cō-
probat ex noſtris in ſpecie *Hodier.
ad l. hac edictali q.* 9. *n.* 20. *& ſeqq.*
10 Contra vero Agnatum pro here-
de dicebatur omnino legatum à de-
functo agnato relictum, compenſari
cum medietate bonorum antiquo-
rum illi debita vigore Conſuetudi-
11 nis; vt etiam ego in facti contingē-
tia ſic conſului & probaui in quadā
allegatione pro RR. Patribus Cle-
ricis Regularibus venerabilis Do-
mus S. Pauli contra quondam Mar-
chionem Boneti, ad requiſitionem
cuiuſdam R. Patris, qui tunc erat di-
ctæ Domus Procurator, & inibi pro-
babam ſuſtineri non poſſe opinio-
nem *Bucini*; non enim mouere de-
bet (vt tunc dicebant Aduocati qui
partes heredis in cauſa propoſita
tuebantur, & ego ſcripſi in dicta al-
legatione) paritas de vita militia,
12 nam contrarium verius eſt, quini-
mò legatum, aut quoquo alio modo
filio ſecundogenito à patre reli-
ctum, cum vita militia illi poſt ſuam
mortem debita omninò compenſa-
ri; vt latè docet *D. Staiban. ſenior in
ſuo conſ.* 2. *per totum*, & hanc eandem
opinionem defendit *Anna in ſuo cōſ.*
121. *a nu.* 1. *cum ſeqq.* cum alijs quos
13 adducit *D. Capan.* vir æquidem do-
ctiſſimus & laborioſiſſimus amicus
meus *tract. de vita militia quæſt.* 15.
num. 6. qui per numeros ſeqq. tradit
in hac quæſtione quantum animus
ſtudioſi iuriſtæ optare poteſt.
Nec obſtat quod hæc medietas
vigore Conſuetudinis debita, aut
hæc vita militia ſit debitum hære-
dis, non verò defuncti teſtatoris, nā
14 reſpōdeo, quod legatum non tantū
cōpenſatur cū debito teſtatoris ne-
ceſſario, ſed etiam cum debito hæ-
redis, vt tradit (& eſt aurea doctrina)
Paul. de Caſtro in conſ. 35. *num.* 1. *verſ.*
15 *Sed ad hoc reſpondeo lib.* 2. hinc lega-
tum per teſtatorem tutori, vel cura-
tori relictum, compenſandum eſſe
cum decima fructuum eidem ex le-
ge Regni Caſtellæ conceſſa, latiſſi-
mè probat *Gutier. de tut. p.* 3. *cap.* 5.
num. 9. *& ſeqq. Baez. de decim. tut. c.* 5.
num. 21. *Eſcob. de ratioc. cap.* 32. *nu.* 32.
16 hinc etiam legatum alimentorum
factum vxori, compenſari cum vſu-
fructu ſeu intereſſe dotis, quod
vxori ſuperſtiti debetur ex bonis
viri pendente dotis reſtitutione per
hæredes facienda vigore *Conſuet.
incipient. C. hæredes quæ mariti*) tradit
Anton. de Alex. & ſi trepidans *in d.
conſuet. in gloſ. quid ſi maritus*, quem
ſequitur *Caput. in d. conſ. ſi moriatur
p.* 2. *§.* 11. *num.* 49. & latè fundat *Reg.
Rouit. in conſ.* 25. *num.* 1. *& per totum
lib.* 1. *Molfeſ. ad conſuet. Neap. p.* 6.
quæſt. 11. *num.* 11. *& ſeqq. tom.* 2. *in*
17 *addit. ad eundem locum* quemad-
modum ſic fuit deciſum in cauſa
18 Dominæ Iuliæ Tortelli (vxoris in-
tegerrimi & numquam ſatis laudati
viri Domini Regij Cōſiliarij Ioann.
Baptiſtæ Amendola, quem ad ma-
iora euectum videre cupio) cum tu-
toribus Thæreſiæ Petræ (cuius lites
ad præſens, meo imbecilli patroci-
nio defenduntur) ad relationem D.
Præſidis Merlini tunc Regij Conſi-
liarij & cauſæ commiſſarij, vt ipſe
refert tum *in d. cap.* 44. *num.* 18. *to.* 2.
tum etiam propriè per integrum di-
ſcurſum de dicta cauſa, *in cap.* 40.
dicto

19 *dicto tom.2.* à qua sententia & si pędeat reclamatio prætendente dicta D.Iulia vtrumq; sibi deberi, .f.& legatum,& interesse dotis & antefati, omninò tamen spero ego qui iura dictæ Theresiæ & Domini Andreæ Capuani eius viri tueor, confirmationem dictæ sententiæ quoad caput compensationis prædictæ iam decisæ,si forte dicta causa (quæ nunc silet) pertractanda veniret; & quid forsã decidetur, alibi ponam eum intellectu *ad tex.in l.vnic.S.sciendum Cod.de rei vx.act.*tam magnificatum in allegationibus impressis pro dicta D.Iulia.

20 Hinc etiam(vt ad me redeam)legatum mobilium vxori factum com putari in debito vestium lugubriũ, ac lecti vidualis, de nobilium consuetudine in scriptis non redacta debiti in hac Ciuitate, refert decisum *D.Reg.Capyc.Latro* à cuius tum

21 Decisionibus, tum Cõsultationibus quidquid scio,me scire fateor, cum diem non prætermittam, in qua aurea illa scripta à tanto viro ædita nõ legam)*in decis.94. post Cancer.lib.1. var.cap.9.num.73. & Fotan. de pact. clauf.7.glos.3.p.6.num.*101.licet con-

22 trarium videatur sentire *Mar.Muta in comm.ad consuetud.panormit.c.43. num.*195.& in specie quod legatum mobilium à viro factum non compensetur cum lecto viduali,& vestibus lugubribus ei de consuetudine

23 debitis,fuit per M.C.V.annis elapsis decisum, & proinde vtrumque deberi.vt refert *Francis.de Petr.* iam

24 mortuus eruditissimus *in suo cons. 57.per totum*, sed non est recedendũ

25 à prima opinione; nec obstant ponderata per *de Petr.in d.cons.*cum eis ad saturitatem respondeat (licet de eo non faciat mentionem) *D.Capyc. Latro vbi supra* itaque ex omnibus prædictis & alijs (quæ in dicta alle-

26 gatione collegi) substentabilis mihi videbatur, prout etiam ad præsens videtur opinio contra *Bucin.*in puncto iuris, sed nunc dico non esse ab ea recedendum in facti contingentia siue simus in consulendo, siue in iudicando propter Authoritatem nostri S.C.Neapolitani, nam in causa in principio proposita,his & alijs discussis.

27 *Die 19.Nouembris anni 1614. ad relationem Felicis de Ianuario Regij Consiliarij fuit declaratum,Agnato deberi vtrumque, s.& legatum,& medietatem banc bonorum antiquorum debitam vigore Consuet.iuxta doctrinam Scip.Bue. vt vidi ex processu qui est in Banca tunc Actuarij Bono Core.*

SVMMARIVM.

1 *Factum,breuiter pro articuli notitia proponitur.*

2 *Hypoteca, & debitum rectè probatur in praiudicium etiam instrumentarij creditoris, mediante scriptura priuata, dumodo sit trino teste subscripta.*

3 *Apoca, seu scriptura priuata, vno teste(ex tribus)mortuo,probationem non facit contra creditorem instrumentarium, & si cæteri duo recognoscant; sed contra num.4.dumodo isti duo asserant dum recognoscunt, se quoque recognoscere illius tertij testis defuncti subscriptionem, qui fuit tali apoca presens; vt nu.5.*

6 *Pactum reseruationis dominij adiectum in aliqua venditione, qua celebratur per priuatam scripturam, non operatur deficiente subscriptione trium testiũ, bone fama, &c. iuxt. tex. in l. scrip-*

scripturas Cod. qui pot. in pign. sed contra infra.

7 *Tex. in l. scripturas Cod. qui potior. in pig. procedit, quando ex priuata scriptura, potest fieri fraus alicui publicum instrumentum habenti, vtpotè cum lis vertit inter creditorem anteriorem cum hypoteca ex priuata scriptura, et emptorem mediante publico instrumento, posteriorem.*

8 *Antedatæ præsumptio quoties cessat, limitatur tex. in l. scripturas, & sic, etiam sine solemnitatibus in eo requisitis, potest apocha priuata iuuare contra publicum instrumentum.*

9 *Creditori, qui vigore priuatæ scripturæ, dicit se non esse creditorē instrumentario anteriorem; sed eo esse potiorem, non potest opponi quod in ea non adsit trium testium subscriptio, cum dicto casu limitetur tex. in l. scripturas.*

10 *Decisio S. C. in proposita causa affertur.*

11 *D. Reg. Consil. D. Gaspar de Soto laudatur.*

12 *D. Consiliarius Prouenzalis erat vir eximius.*

ARGVMENTVM.

Dispositio *Tex. in l. scripturas Cod. qui potior. in pig. hab.* (per quem deciditur, quod vt debitum, & Hypoteca probatum, & probata dicantur (in præiudicium creditoris instrumentarij) mediante scriptura priuata, requiratur subscriptio trium testium bonæ famæ, &c. adeò vt alias creditor ipse instrumentarius, & si posterior, præferatur creditori, qui innititur scripturæ priuatæ absque dicta trina subscriptione, continenti hypotecam, licet hic sit anterior) procedat non solum quando creditor qui scripturę priuatę nititur prętendit se vigore illius esse creditorem anteriorem, sed etiam quando prætendit se et si posteriorem, potiorem tamen esse, vt si rem aliquā vendiderit, et fecerit sibi debitorē in aliqua priuata scriptura obligari cū reseruatione dominij, vel speciali hypoteca in re vendita? vbi perpenso vero et germano intellectu *d. l.*, refertur decisio S. R. C. in facti contingentia in principio huius capitis proposita.

CAPVT XII.



1 Incentius Cautera cōsignauerat, seu vendiderat quadam Cātaria Gallæ Gumæ necessaria pro arte tinctoria quondam Berardino Iannucio, ac de pretio soluendo fecit sibi cautelari per dictū emptorē mediante quadam Apocha pri-

priuata ipsius Berardini tantum manu subscripta absque testibus, in qua pendente pretij solutione fuit pactum adiectum, quod non transferretur dominium in emptorem, sed intelligeretur reseruatũ ad beneficium ipsius venditoris; mortuo dicto Berardino, ac super eius patrimonio facto creditorum concursu (me in Curatorem dicti patrimonij per D. Don Flaminium de Constantium tunc causæ commissarium electo) instetit ipse Vincentius stante dicta reseruatione dominij, vel sibi consignari, seu restitui dicta cantaria, vel saltem in eorum pretio cœteris creditoribus etiam anterioribus præferri.

Creditores autem anteriores dicebant se esse in eis præferendos, nec debere dictum Vincentium præferri; ea ratione quia & si fuisset in dicta apocha appositum prædictum pactum, tamen non erant tres testes in ea subscripti iuxta *tex. in l. scripturas* Cod. *qui potior. in pign.* 2 *habeãt.* per quẽ disponitur eatenus debitũ, & hypotecam probari etiam in præiudicium alterius instrumentarij creditoris, mediante priuata scriptura, quatenus ista sit trino teste 3 subscripta; adeò vt aliqui dicant vno teste mortuo, dictam apocam probationem non facere contra creditorem instrumentarium, etiam cœteris duobus recognoscentibus eam, vt per *Surd. decis. 72.* (licet con- 4 trarium in hoc censeãt s. sufficere cœterorum duorum recognitionem vno mortuo, & etiam tunc probari per apocham anterioritatẽ crediti, etiam contra instrumentarium creditorem, *Gratian. decis. March. 94. & vti veriorem tuentur Genua de script. priuat. 3. cõclus. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de fide instrum. resolut. 12. à nu. 11. arg. l. si non facile, ff. si cui plusq. per* 5 *leg. falcid.* hoc tamẽ verum est quod est necesse dicto casu, vt illi duo testes superstites in eorum recognitionibus asserant, se quoque recognoscere illius tertij defuncti subscriptionem, qui tali apocæ fuit præsens, vt post alios obseruat *Hodier. ad Surd. dicta decis. 72. num. 4.* quæ obiter sint dicta) quare dicebant creditores anteriores & instrumen- 6 tarij non operari dictum pactum reseruationis dominij contra ipsos, stante quod in dicta apocha non fuit adhibita solemnitas dictæ subscriptionis trium testium, iux. dictum *tex. in d. l. scripturas.*

Vincentius autem dicebat omninò se obtinere debere ex dicta apocha, & pacto in ea adiecto, ea 7 ratione; siquidem *tex. in d. l. scripturas*, procedit quando concurrunt in hypoteca duo creditores, & in casibus, in quibus potest ex scriptura priuata fraus fieri alicui habenti instrumentum publicum, vt puta inter creditorem cum hypoteca anteriorem ex scriptura priuata, & emptorem mediante publico instrumento posteriore; vt latè *Negusant. de pignor. 5. p. 2. memb. vers. ottauo. Ripa in l. priuilegia 6. col. vers. Sed dubiũ, ff. de priuil. cred. post alios Tiraquel. de vtroq. retr. tit. de retrac. conuent.* §. 1. *gloss. 7. fol. 868.* & ad literam tradit *Præses de Franch. dec. 95. num. 4. qui* 8 *num. 5.* tradit quod quoties abest fraudis, & antedatæ præsumptio (nã in Apocha posset fieri antedata) cessat dispositio; *d. tex. in d. l. scripturas,* ita erat in casu prædicto; nam Vincentius non dicebat se vigore dictæ apocæ anteriorem esse, fatebatur enim se esse posteriorem, sed tãtum 9 dicebat se esse Potiorem, ex reseruatione dominii in ea apposita, & sic cessabat præsumptio antedatæ, & per consequens non obstante dispositione *d. l. scripturas* tamquam in casu isto non militante, dicebat Vincentius se omninò obtinere debere; vndè his discussis, & præuia maxima discussione, pro veris habitis.

ſcripturas Cod. qui pot. in pign. ſed contra infra.

7 *Tex. in l. ſcripturas Cod. qui potior. in pig. procedit, quando ex priuata ſcriptura, poteſt fieri fraus alicui publicum inſtrumentum habenti, vtpotè cum lis vertit inter creditorem anteriorem cum hypoteca ex priuata ſcriptura, et emptorem mediante publico inſtrumento, poſteriorem.*

8 *Antedatæ præſumptio quoties ceſſat, limitatur tex. in l. ſcripturas, & ſic, etiam ſine ſolemnitatibus in eo requiſitis, poteſt apocha priuata iuuare contra publicum inſtrumentum.*

9 *Creditori, qui vigore priuatæ ſcripturæ, dicit ſe non eſſe creditorē inſtrumentario anteriorem, ſed eo eſſe potiorem, non poteſt opponi quod in ea non adſit trium teſtium ſubſcriptio, cum dicto caſu limitetur tex. in l. ſcripturas.*

10 *Deciſio S. C. in propoſita cauſa affertur.*

11 *D. Reg. Conſil. D. Gaſpar de Soto laudatur.*

12 *D. Conſiliarius Prouenzalis erat vir eximius.*

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio *Tex. in l. ſcripturas Cod. qui potior. in pig. hab.* (per quem deciditur, quod vt debitum, & Hypoteca probatum, & probata dicantur (in præiudicium creditoris inſtrumentarij) mediante ſcriptura priuata, requiratur ſubſcriptio trium teſtium bonæ famæ, &c. adeò vt alias creditor ipſe inſtrumentarius, & ſi poſterior, præferatur creditori, qui innititur ſcripturæ priuatæ abſque dicta trina ſubſcriptione, continenti hypotecam, licet hic ſit anterior) procedat non ſolum quando creditor qui ſcripturę priuatę nititur prętendit ſe vigore illius eſſe creditorem anteriorem, ſed etiam quando prætendit ſe et ſi poſteriorem, potiorem tamen eſſe, vt ſi rem aliquã vendiderit, et fecerit ſibi debitorē in aliqua priuata ſcriptura obligari cũ reſeruatione dominij, vel ſpeciali hypoteca in re vendita? vbi perpenſo vero et germano intellectu *d. l.*, refertur deciſio S. R. C. in facti contingentia in principio huius capitis propoſita.

CAPVT XII.

1 

Incentius Cautera cõſignauerat, ſeu vendiderat quædam Cãtaria Gallæ Gumæ neceſſaria pro arte tinctoria quondam Berardino Ianucio, ac de pretio ſoluendo fecit ſibi cautelari per dictũ emptorē mediante quadam Apocha pri-

priuata ipsius Berardini tantum manu subscripta absque testibus, in qua pendente pretij solutione fuit pactum adiectum, quod non transferretur dominium in emptorem, sed intelligeretur reseruatũ ad beneficium ipsius venditoris; mortuo dicto Berardino, ac super eius patrimonio facto creditorum concursu (me in Curatorem dicti patrimonij per D.Don Flaminium de Constantium tunc causæ commissarium electo) institit ipse Vincentius stante dicta reseruatione dominij, vel sibi consignari, seu restitui dicta cantaria, vel saltem in eorum pretio cœteris creditoribus etiam anterioribus præferri.

Creditores autem anteriores dicebant se esse in eis præferendos, nec debere dictum Vincentium præferri; ea ratione quia & si fuisset in dicta apocha appositum prædictum pactum, tamen non erant tres testes in ea subscripti iuxta *tex. in l. scripturas Cod. qui potior. in pign. ha-*
2 *beãt.* per quẽ disponitur eatenus debitũ, & hypotecam probari etiam in præiudicium alterius instrumentarij creditoris, mediante priuata scriptura, quatenus ista sit trino teste
3 subscripta; adeò vt aliqui dicant vno teste mortuo, dictam apocam probationem non facere contra creditorem instrumentarium, etiam cœteris duobus recognoscentibus eam, vt per *Surd. decis. 72.* (licet con-
4 trarium in hoc censeat *S.* sufficere cœterorum duorum recognitionem vno mortuo, & etiam tunc probari per apocham anterioritatẽ crediti, etiam contra instrumentarium creditorem, *Gratian. decis. March. 94. & vti veriorem tuentur Genua de script. priuat. 3. cõclus. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de fide instrum. resolut. 12. à nu. 11. arg. l. si non facile, ff. si cui plusq. per*
5 *leg. falcid.* hoc tamẽ verum est quod est necesse dicto casu, vt illi duo testes superstites in eorum recognitionibus asserant, se quoque recognoscere illius tertij defuncti subscriptionem, qui tali apocæ fuit præsens, vt post alios obseruat *Hodier. ad Surd. dicta decis. 72. num. 4.* quæ obiter sint dicta) quare dicebant creditores anteriores & instrumen-
6 tarij non operari dictum pactum reseruationis dominij contra ipsos, stante quod in dicta apocha non fuit adhibita solemnitas dictæ subscriptionis trium testium, iux. dictum *tex. in d. l. scripturas.*

Vincentius autem dicebat omninò se obtinere debere ex dicta apocha, & pacto in ea adicto, ea
7 ratione; siquidem *tex. in d. l. scripturas*, procedit quando concurrunt in hypoteca duo creditores, & in casibus, in quibus potest ex scriptura priuata fraus fieri alicui habenti instrumentum publicum, vt puta inter creditorem cum hypoteca anteriorem ex scriptura priuata, & emptorem mediante publico instrumento posteriorẽ; vt latè *Negusant. de pignor. 5. p. 2. memb. vers. octauo. Ripa in l. priuilegia 6. col. vers. Sed dubiũ, ff. de priuil. cred. post alios Tiraquel. de vtroq. retr. tit. de retrac. conuent. S. 1. glos. 7. fol. 868.* & ad literam tradit *Præses de Franch. dec. 95. num. 4. qui*
8 *num. 5.* tradit quod quoties abest fraudis, & antedatæ præsumptio (nã in Apocha posset fieri antedata) cessat dispositio; *d. tex. in d. l. scripturas*, ita erat in casu prædicto; nam Vincentius non dicebat se vigore dictæ apocæ anteriorem esse, fatebatur enim se esse posteriorem, sed tãtum
9 dicebat se esse Potiorem, ex reseruatione dominii in ea apposita, & sic cessabat præsumptio antedatæ, & per consequens non obstante dispositione *d. l. scripturas* tamquam in casu isto non militante, dicebat Vincentius se omninò obtinere debere; vndè his discussis, & præuia maxima discussione, pro veris habitis.

F De

10 De anno 1645. fuit per S. C. decisum dicta cantaria Galla Guma esse restituenda prædicto Vincentio tamquam domino, & potiori cæteris creditoribus dicti Berardini etiam anterioribus & instrumentarijs, & hoc
11 referente doctissimo D. Regio Consiliario D. Gaspare de Soto Hispano (meo peculiari domino) in quo articulo etiã votauit quondam bonæ memoriæ Con-
12 siliarius Prouenzalis qui erat vir eximius, qui illa mane, dixit esse pulcrum punctum, & qui poterat quotidie in praxi occurrere; processus est in Bãca tunc Canalis.

SVMMARIVM.

1 Factum cuiusdam causæ ab Authore proponitur.
2 Diuisio bonorum hæreditariorum, potest, & solet fieri à Testatore etiam in codicillis, & nu. 7. & 11. Sed contra à n. 12.
3 Diuisio bonorum hæreditariorum, & testamentum diuersimodè regulantur: & in ea sufficit simplex subscriptio testatoris scientis scribere, vt n. 4.
5 Testator qui in testamento instituit hæredes pro æqualibus portionibus, potest in codicillis facere distributionem inæqualem suæ hæreditatis inter dictos hæredes.
6 Diuisio in codicillis non potest fieri per Testatorem iuris hæreditarij ex testamento quæsiti, sed tantũ bonorum particularium ipsius hæreditatis, & n. 19.
8 Prælegatum factum à Testatore ad beneficium vnius ex hæredibus, assumitur vt res ab hæreditate separata, tantum iudicis officio, ante diuisionẽ iudicio famil. ercisc.
9 Hæreditas, nec dari, nec adimi potest codicillis.
10 Hæres, non obstantibus Codicillis potest hæreditatem adire, nec potest cohæres dicere quod portio cohæredis sibi accrescat.
12 Glos. in §. & si quidem verf. diuisione aut. de test. imper. quomodo loquatur: & n. 13.
14 Testator sicuti post institutionem, potest vni ex cohæredibus facere prælegatum, sic poterit à pari diuidendo, plus vni quam alteri assignare; & illud plus quod alteri adijcitur, non nisi iure prælegati debetur, vt n. 15.
16 Paul. de Cast. in l. quoties Cod. fam. ercisc. nu. 2. verba referuntur, & iterum quæ dicit sub n. 3.
17 Relictum ex Codicillo, capi per fideicommissum, procedit quoties testator clarè dat, vel adimit hæreditatem in Codicillo; at cum non dat, nec adimit, sed tantum diuidit, tunc non iure fideicommissi, sed iure prælegati cohæredes bona accipient, vt n. 18 & 20.
21 Immissio non conceditur ei, qui iure fideicommissi iuuatur per Codicillum.
22 Prælegatum, & si debeatur prælegatario ante diuisionem, non tamen ei debetur ante præambulũ.
23 Iudicia quot, & quæ esse debeãt inter cohæredes; stantibus aliquibus prælegatis forsan factis.
24 Præambuli iudicium nil aliud importat, nisi verè petitionem hæreditatis.

25 In-

25 *Iudicio petitionis hæreditatis pendente, ante illius decisionem silent omnia ea, quæ peti possunt per cohæredes præcipuè circa diuisionem.*

26 *Agere pro diuisione ante sopitum Iudicium petitionis hæreditatis, nullo modo poterit Hæres non possidens, & de ratione, nu. 27. Sed secus est in hærede possessore, qui poterit agere iudicio diuisorio, etiam ante iudicium petitionis hæreditatis, vt n. 28.*

29 *Iudicium petitionis hæreditatis nullo modo debet confundi cum diuisione inter cohæredes facienda, sed debet supersederi in ista, donec illud determinetur.*

30 *Decisio M.C.V. in causa proposita refertur.*

ARGVMENTVM.

Testator si in testamento hæredes pro æqualibus portionibus instituerit, et deindè in Codicillis assignauerit aliquas res hæreditarias vni ex dictis hæredibus, et dixerit vt alter habeat reliquum dictæ hæreditatis, num tali casu sit expediendum decretum præambuli ad beneficium vtriusque hæredis, vel potius debeat tantum expediri ad beneficiũ istius ad quẽ mandauit testator in Codicillo, suæ hæreditatis reliquum peruenire debere? Diuisio bonorum hæreditariorum, an fieri possit per testatorem in codicillo etiam inæqualiter, inter cohæredes æqualiter in testamẽto institutos? vbi examinatur *Glo. in §. et si quidem aut. de testam. imper.* & num tali casu dicatur facta diuisio iuris hæreditarij, vel tantum bonorum? prælegatum quando sit cohæredi soluendum, nẽpè nũ ante diuisionem iudicio familiæ erciscundæ? Relictum in codicillo, quãdo per viam fideicommissi capiatur? Cohęres an et quãdo posit ad diuisionem cohæredem prouocare, etiam ante præambulum expeditum? vbi his et alijs ad propositum examinatis, decisio M.C.V. in principali articulo affertur.

CAPVT XIII.



1 D. Ioanna de Capua in suo vltimo testamento, instituit hæredes vniuersales pro æquis portionibus Illustrem Dom. Principem Aritiæ, & D. Ioannem de Capua Fratres; postmodum in codicillis disposuit quod ad tollendas lites, quæ possent in diuisione oriri, dictus Princeps haberet quædam milliaria, & quædã bona stabilia, & quod dictus D. Ioannes postea haberet reliquum suæ hæreditatis: quibus

dispositionibus productis in iudicio, dictus D. Ioannes petiit ipsum vniuersalem hæredem declarari; Princeps autem dicebat esse expediendum præambulum ad beneficium vtriusque vigore dispositionis factæ in testamento; vnde quærebatur quid iuris?

Pro parte dicti D. Ioannis dicebatur: quod per dictam testatricem non fuit facta nisi diuisio in Codi-
2 cillis inter suos hæredes; quæ quidē diuisio potest, & solet fieri etiam in Codicillis; vt punctualiter docet *glos. in aut. de testam. imperf. §. fin. in ver. dicis, & Angel. in d. §. fin. num. 6.*
3 qui dicit aliud esse diuisionem, & aliud testamentum, nam in ea non requiritur tanta solemnitas, sed suf-
4 ficit tantum simplex subscriptio testatoris scientis scribere; & in pun-
5 cto quod testator, qui in testamento instituit hæredes pro æqualibus partibus, possit in Codicillis, facere distributionem inæqualem suæ hæreditatis inter dictos hæredes, non obstante quod in testamento fuissent æqualiter instituti, comprobat *Paul. de Castr. in l. quoties col. 2. vers. pro declaratione, & in figuratione casus Cod. fam ercisc. Paris. cons. 34 n. 16. vol. 2. Mantic. lib. 6. de coniect. cap. 4. num. 3.*
6 Nec dicebatur obstare quod & si dicta diuisio fuerit valida, & fieri potuisset in Codicillis, tamen non potuit diuidi hæreditas, seu ius hæreditarium, ex testamento acquisitū pro æquali portione, sed tantum potuerunt diuidi bona particularia dictæ hæreditatis, quæ ipsæ D. Ioānes non poterat prætendere iure hæreditario, sed tantum iure prælegati, & per consequens, quod Princeps esset in sua portione antea immittendus, nam Respondebant Ad-
7 uocati D. Ioannis, quod siue fuisset diuisum ius hæreditarium, siue bona particularia ipsius, omninò erat seruanda dicta diuisio facta à testatrice, vt *in l. quoties Cod. fam. ercisc.* & etiam dato quod fuisset prælegatū, illud plus quod dictus D. Ioannes consequi debebat vigore dictæ diuisionis, tamen illud non erat necesse habere à manu cohæredis, sed tantum à Iudice; cum in casu
8 fortiori, etiam quando fit prælegatum ad beneficium vnius ex cohæredibus, assumitur vt res ab hæreditate separata, Iudicis officio tantū, ante diuisionem *fam. ercisc.* iudicio, vt fundat *Thesau. qq. forens. q. 17. n. 2. lib. 2.*

Pro parte verò Principis dicebatur, quod attenta testamentaria dispositione vterque fuit pro medietate institutus; Codicillis autem hæreditas nec dari, nec adimi po-
9 tuit, *l. 2. l. si idem Cod. de Codic. l. hæreditas Cod. de his quib. vt indig. vbi Castr. post princ. vers. ex hoc sequitur,*
10 inquiens, hæredem non obstantibus Codicillis posse hæreditatem adire, subdens nec posse cohæredē dicere, quod portio cohæredis sibi accrescat, quia non deficit ipso iure.
11 Nec dicebatur obstare, posse diuisionem fieri in Codicillis per *glos. in §. & si quidem vers. diuisione aut. de*
12 *test. imperf.* nam per *glos.* illam contrarium apertè probatur; primo quia loquitur non de hæreditate diuidēda, sed de singularibus rebus, ibi (*sed res singulares vnicuique assignat*) & sic videtur tenere, in Codicillis hæreditatem diuidi non posse, nam alias hæreditas in Codicillis daretur, quod iuribus supra adductis repugnat.
13 Secundo *glos.* illa loquitur inter filios, quod ex eo deducitur; nam loquitur de exhæredatione, quæ in extraneo res inepta dicitur, *l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.*

Item dicebatur (data opinione contraria ex dicta *glos.* quod post factam institutionem, permittatur diuisio etiam in Codicillis) hoc pro-
14 cedere, ex quo sicuti post institutionem

nem

nem, poterat testator vni ex cohæ-
redibus facere prælegatum, sic po-
terit à pari diuidendo plus vni, quã
15 alteri assignare, ex quo illud plus
quod alteri adijcitur, eidem non ni-
si iure prælegati debetur, vt sic benè
16 declarat, *Paul. de Cast. in d. l. quoties
Cod. fam. ercisc. ante num. 2. vers. &
ista, ibi (eodem modo si distribuit inter
eos, cum talis distributio vim habeat
prælegatorum, l. ex facto, ff. de hæred.
instit.)* & melius *ibid. sub nu. 3. vers.
pro declaratione ibi (quæ distributio
potest fieri etiam in Codicillis, cum ha-
beat vim prælegatorum, quæ possunt in
Codicillis relinqui, &c.)* idemq. dedu-
citur apertè *ex Paris. cons.* 34. allega-
to pro D. Ioanne, *post Bald. Salic. &
Paul. quos allegat ibi n* 17. *&* 18.

Quo supposito data validitate
diuisionis prædictæ factæ in Codi-
cillis, & dato eam esse seruandam,
ea tamen cohæres iuuari non pote-
rit nisi iuræ prælegati tantum; vndè
dicebant Aduocati Principis, non
posse D. Ioannem prætendere in il-
lo pluri, quod ex dicta diuisione
erat consequuturus, immissionem,
& per consequens erat expediendũ
præambulum ad beneficium vtrius-
quæ æqualiter seruata forma testa-
menti.

Item dicebatur D. Ioanni non
opitulari prætentionem, posse obti-
nere omne id, quod per Codicillum
ei relinquebatur saltẽ iure obliquo
per fideicommissum.

17 Nam regula prædicta, relictum
ex Codicillo capi per fideicommis-
sum, procedit quotiescumq. testator
clarè dat, vel adimit hæreditatem in
Codicillo, & cõstat, enixè suam vo-
luntatem esse dare, vel adimere, &
ideò dum id repugnat, non potest
substineri iurè directo, sed saltem
18 valebit iure obliquo, at quando
non datur, nec adimitur, sed tantũ-
modo diuiditur, tunc non iure fidei-
commissi (quod in vniuersalibus tã-
19 tum habet locum) sed remanente
indiuiso pro æquali portione iure
hæreditario, *l. ex facto la 2. ff. de hær.*
20 *instit.* tantummodo bona accipient
cohæredes iuxta diuisionem factã,
& hoc non alio iure, quam iure prę-
legati *ex glos. in l. quid ergo 92. ff. de
leg. 1. in ver. plane, & in ver. pluribus*,
& post alios, latè prosequitur, *Pere-
gr. de fideic. art. 52. n. 22.*

Quibus addebatur nullo modo
D. Ioanni esse concedendam im-
missionem totalem per eum petitã
etiam in illo pluri vigore Codicil-
li, cum certum sit secundum verio-
21 rem opinionem non concedi im-
missionem ei, qui iure fideicommissi
iuuatur per Codicillum, prout di-
cunt, *Cyn. Ray. Angel. Salyc.* Fulgos. *&
alij in l. fin. Cod. de edict. D. A. vbi
Curt. Iun. num. 87. Sapia nu. 12. Bald.
cons. 317. Alber. in d. l. fin. num. 12. in
fine* Ias. *num. 16. pract. Papiens. in for-
ma libelli quo pet. hæred. ex testam.
glos. nec abolitum n. 1.*

Nec poterat dici, quod dum D.
Ioannes capere debebat illud plus
& superfluum titulo prælegati, illud
habere debebat ante diuisionem,
22 nam responsio est, esse verum ante
diuisionem; sed tamen post præam-
bulum; & sic tria debebant in dicta
23 causa esse iudicia; primum præam-
buli, per quod ius vniuersale hære-
ditarium transferretur, siue decla-
rarẽtur hæredes, vt valerẽt actiones
directas exercere; secundum per-
ceptionis prælegatorum, & hoc of-
ficio Iudicis particulari; tertium
deindè circa generalem diuisionem
bonorum, quoad partes distributas,
& id familiæ erciscundæ iudicio,
quod deduci videtur, *ex Thes. famil.
quæst. quæst.* 17.

Ad quorum corroborationem
24 dicebatur quod iudicium præam-
buli nil aliud importat, nisi verè pe-
titionem hæreditatis; quotiescum-
que enim petitur ab aliquo se de-
clarari hæredẽ, tunc intentatum di-
citur iudicium petitionis hæredita-
tis,

tis,vt benè *Bart.*communiter sequutus *in l.1.ff. quor. bonor.* quo posito dicebatur esse certum quod pen-
25 dente iudicio petitionis hæreditatis, & ante illius decisionem silent omnia ea, quæ per cohæredes peti possunt in specie circa diuisionem hæreditatis; sic post *tex. ait glos. in l.1.ff.fam. ercis. in ver. exceptionem*;
26 nam agere pro diuisione antequam sit supitum iudicium petitionis hæreditatis, nullatenus poterit hæres non possidens,esset enim præposte-
27 rare iudicium, & merito ei opponi posset exceptio præposterationis, vt benè *Bald.in d.l.1.ff. fam. erc.* licet
28 secus sit in hærede possessore, qui tunc poterit agere diuisorio,etiam ante iudicium petitionis hæreditatis, *vt ibi per Bald.* at quidquid sit,
29 nullo modo debere confundi iudicium petitionis hæreditatis cum diuisione inter cohæredes facienda, sed potius deberi supersederi in ista, donec determinetnr illud, dicit expressè post *Bart.& Ang.in l.Pomponius,ff.de re indic. & cęteros Chacher.decis.56.n.* . vt ergo seruetur dictus iuris ordo, dicebatur deberi omninò determinari iudicium petitionis hæreditatis per præambulum,quod est vniuersale, & deindè agi ad particularia circa diuisionem faciendam.

30 *Ex quibus omnibus sub die* 4. *Maij anni .fuit per M.C.V.iudicatum ad fauorem* Principis *.s. esse interponendum decretum praambuli ad beneficium D.Ioannis & Principis virtute testamenti, saluis iuribus vtriusque partis circa diuisionem quoad omnia hinc inde pratensa vigore Codicillorum, & hoc referente Iudice Vollare votantibus Nicuesa, Pascali, & Piscicello.*

S V M M A R I V M.

1 *Feudum si fuit sequestratum ad instantiam alicuius creditoris, per quem fuerit super eo lis mota,num possit refutari immediatè successuro absque quod contrahatur uitium litigij,ita quod nequeat exequi, Refutatario inaudito nō obstante Cap. conuentus? vbi pro creditore num.2.sed pro refutatario, & verius, n.3.& de ratione n.9.12.14. & 16.*

4 *Creditor, qui litem mouit super feudo, si istud post hoc refutetur, de rigore deberet agere prius actione reuocatoria, & postea instare pro exequutione, & in dicto iudicio reuocatorio,Refutatarius esset audiendus; sed ex æquitate, potest agere pro dicta exequutione absq; dicto iudicio, dummodo audiat Refutatariū, vt n.5.et sic pluries decisū n.6.*

7 *Feudum mixtum, .s. ex pacto, & prouidentia hæreditarium, quod nam sit? & n.8.*

10 *Feudo mixto ad filium peruento, hic non dicitur illud possidere iure refutationis, sed tamquam in inuestitura comprahensus,& vocatus ex prouidentia dantis.*

11 *Res litigiosa si vigore fideicommissi peruenit in tertium, cessat litigiosi vitium.*

13 *Res aliqua, vel feudum si liberè debeat peruenire ad aliquem nō obnoxia creditoribus, potest refutari morte non expectata, nec possunt conquari creditores,quod*

in

in vita sua se spoliet debitor.

15 *Possidens rem litigiosam quotiescumq; acquirit ius in re ab alio, qui non litigat, non erit amplius res illa vitio litigij obnoxia.*

17 *Resolutio Aduocatorum in collegio causæ propositæ.*

ARGVMENTVM.

Lis si fuerit mota super feudo per aliquem possessо,& etiã factum sequestrum,si postea fuerit per possessorem prædictum, agnato immediate successuro refutatum, num transiuerit cum vitio litigij, adeo quod possit lite finita exequi, & vendi, etiam inaudito Refutatario, ad *tex. in Const. eorum fraudibus, & Cap. Regni (conuentus)* vel potius non fuerit dictum vitium contractum, & tali modo facta exequutione, sit ea nulla & retractanda? vbi plura ad propositum disseruntur,& habetur quid censuerint quidam Aduocati in collegio per eos facto in causa proposita.

CAPVT XIIII.

1 IN quodam Collegio facto in causa Ducis Adrię, dubitatum fuit num si fuit ad instantiam alicuius creditoris, sequestratum aliquod feudum, vel aliter lis super eo mota,& postea fuerit illud refutatum agnato proximè successuro, possit fieri exequutio super eodem feudo, inaudito Refutatario in terminis *Cap. conuentus,& Cõst. eorum fraudibus*, vel potius dicta exequutio tali modo facta sit nulla, & inualida?

2 Pro parte creditoris dicebatur hunc esse casum clarum *Cap. conuentus*, & *Constitutionis* prædictæ, cum refutatio prædicta dicatur facta in fraudem exequutionis paratæ, & proindè dicatur feudum affectum vitio litigij, quare ex hoc permissa sit exequutio contra refutatatarium etiam inauditum.

3 Sed per omnes Aduocatos vnico ore resolutum fuit, non posse exequi contra refutatarium inauditũ,& si fiat exequutio, sit nulla, inualida, & retractanda; cum etiam dicto casu in quo factum sit sequestrum, vel lis mota ante refutationem, citari debet refutatarius, adhoc vt possit iura sua allegare; nam de iuris rigore

4 prius deberet creditor agere reuocatoria, deindè verò agere pro exequutione, reuocata refutatione; & in hoc iudicio reuocatorio omnino deberet audiri possessor

5 nouus, at ex æquitate non cogitur creditor agere reuocatoria, sed tamen oportet omnino citare refuta-

6 tarium, vt fic decisum per S. C. refert *Capic. decis.* 128. *num.* 12. *& in fine*, idemq. in causa Vittoriæ de Toleta decisum fuisse testatur *Ioan. Vincent. de Anna sing.* 28. & est addẽdus *Menoch. cons.* 1187. *lib.* 12. *n.* 16.

Nec est verum quod cum feudũ sit affectum vitio litigij, possit super eo exequi, etiam quod reperiatur pœnes Refutatarium ex dicto *Cap. conuentus*.

7 Nam respondetur quod in causa prædicta fęudum erat mixtum, s. ex pacto & prouidentia hæreditarium, secundum Theoricam *Frecc. Camer. & Intrigl.* quos refert, *Reg. Rouit.* qui eos sequitur *in alleg. pro Iulia Mu-*

Muscettula, impressa post 11.*decis.de Ponte nu.*36.*& seqq.* quia licet in eo,
8 qui succedere debebat, tenebatur esse hæres vltimi defuncti, attamen non poterat quilibet hæres succedere, sed tātū descendens ex primo acquirente, tamquam vocatus ex pacto acquirentis, & prouidentia dantis, vt benè *Rouit.* ibi *n.*37.
9 Quo posito dum feudum prædictum spectabat refutatario etiam ex pacto primi acquirentis, sed cum qualitate hæreditaria, sequitur quod dum anticipando successionē id quod post refutantis mortem, ad refutatarium spectabat & peruenire debebat, ab illo refutatum fuit, & si ante refutationem dum penes refutantem erat fuisset lis mota, non per hoc dicetur feudum transijsse affe-
10 ctum vitio litigij; ex quo statim ad filium peruento, hic non dicatur ipsum feudum possidere iure refutationis sibi factæ, sed tamquam comprænsus in inuestitura, & vocatus ex prouidentia dantis, ac pacto
11 primi acquirētis, vt in simili quando res litigiosa, vigore fideicommissi peruenit in tertium, cessare litigiosi vitium, ex pluribus tradit *Afflict. in Const. eorum fraudibus sub n.*13.*casu* 5.
Nec dicatur feudum pertinere ad hunc agnatum immediatè successurum post mortem refutantis,
12 nam respondetur quod cum ex prouidentia concedentis, & pacto primi acquirentis feudum, licet cū hæreditaria qualitate peruenire debuisset ad agnatum immediatè successurum post mortem refutantis, proindè potest ipse Refutans non expectata morte, illi Refutare in vita *ex l.post mortem Cod.de fideicom.* quod adeo est verum, vt si res talis est, quę
13 libere debeat peruenire ad filium vel agnatum non obnoxia creditoribus patris, vt puta si esset simplex feudum ex pacto, & prouidentia, vel res subiecta fideicommisso, dum pater vel alius agnatus, vel hæres grauatus anticipando tempus mortis, illam vel illud in vita tradit, siuè refutat filio, agnato, vel fideicommissario, creditores ipsius Refutantis, conquæri non possunt, cur in vita sua se spoliet tali re, ex cuius fructibus per eum percipiendis donec viueret, potuisset eis satisfieri, *Bald. in rub.de his, quæ in fraud. credit. nu.* 12.*Iason in d.l.post mortem n.*2. *idēq. Bald. in l.maximum vitium Cod. de liber.præter.Rebuff.cons.*175.*num.*18. *e* 19.*& cons.*176. *num.*20. *Ias.in* §.*si quis de action.nu.*127.*ex l.pactum, ff. quæ in fraud.credit.*
14 Si potest ergo refutans anticipādo tempus Refutare agnato immediato, id quod ei competebat post eius mortem, tamquam comprænsso in inuestitura, sequitur quod non est res, seu feudum affecta, vel affectum vitio litigij penes Refutatarium, qui potius possidet feudum illud ex pacto .s. primi acquirentis;
15 nam quotiescumque possidens rem litigiosam acquirit ius in re ab alio, qui non litigat, non erit res illa amplius vitio litigij obnoxia, vt tradit post *Bald. in l.cogi, ff. de pet. hæred. num.*7. *Afflict.in Constit.eorum fraudibus num.* 18. *vers. quartusde-*
16 *cimus casus,* vndè cum agnato quæratur ius in re ex pacto acquirentis, & prouidentia dantis, meritò non debet ei obesse lis cum Refutante inchoata.
17 *Ex quibus Aduocati in collegio facto in causa de qua supra, vnanimiter dixerunt male fuisse exequutum, & vēditū feudum illud inaudito Refutatario, non obstante lite mota & sequestro facto supra illud feudum ante refutationem penes Refutantem; & habuerunt pro vero Cap. conuentus, non procedere in casu prædicto; vt vidi ex quibusdam allegationibus Doctissimorum virorum.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutor legitimus num præferatur ei, qui filio est datus tutor à matre in testamento? resolutio pro tutore relicto à matre, n. 4.*

2 *Tutela legitima deferenda non est, donec testamentariæ est locus: quod amplia & si ista testamentaria, sit minus legitimè data, et Iud. cis confirmatione indigens, ut n. 3.*

5 *Mater potest in testamento filio hæredi instituto tutorem dare, imo stante dicta institutione confirmatio Iudicis non requiritur.*

6 *Tutor datus in testamento matris non distat in aliquo à Tutore dato in testamento patris, nisi quod ille à Iudice debeat confirmari, non interueniente dicta institutione.*

7 *Mater etiam patre viuo, ipsoque excluso, potest filijs alium tutorem constituere.*

8 *Iudex præcisè tenetur confirmare tutorem datum filio per matrē in testamento.*

9 *Matre transeunte ad secunda vota, si petit à Iudice dari tutorem filijs, etiam si suum secūdum virum, seu filiorum vitricum nominet, Iudex illius voluntati acquiescere debet.*

10 *Tutor quem mater esse voluit, resultante pupillorum vtilitate, præfertur alio Tutori, etiam ab ipso patre constituto.*

11 *Decisio S.C in articulo in hoc cap. propositio, refertur.*

ARGVMENTVM.

Tutor legitimus, num præferri debeat Tutori dato per matrem filijs in Testamento, vel potius è contra? Iudicis confirmatio an requiratur, in tutore relicto per matrē in testamento, si dicti filij per eam, fuerint hæredes instituti? Iudex (in casu in quo tutela per matrē constituta, confirmatione indiget) num de necessitate teneatur confirmare? & num mater possit viuo adhuc patre, filijs alium dare Tutorem? & nū transiens ad secunda, vota si nominet suum secundūm virum, filiorum vitricum, in ipsorum tutorem, Iudex suæ voluntati debeat quiescere? & num possit alium tutorē illis dare, excluso illo dato per patrem? vbi in articulo principali refertur Decisio S.R.C.

CAPVT XV.


N causa Iuliæ Lipa-rulo cum Tubia Ar-riano, annis retro elapsis fuit dubita-
1 tum in M.C.V. num tutor legitimus veniat præferendus ei, qui est in testamento datus filio Tutor, à matre? In qua quæstione verior est reso-

 lutio

2 lutio (præsupposito,quod tutela legitima deferenda non est, donec locus est testamentariæ, *l. si quis sub conditione ibi (quandiù testamentaria tutela speratur,legitimam cessare) ff. de testam. tut.* & prę supposito etiam,hoc
3 locum habere in tutelà testamentaria,etsi minus legitimè data, & iudicis confirmatione egente, vt dixerunt,*Bart. in l. 1. ff. de confirm. tut.* & plenè *Caualcan. de tutor. & curator. num. 2. & Guttier. eod. tract. par. cap. 2.*
4 *num. 15.*)verior,inquam, est resolutio præferri eum, qui à matre in testamento est datus,nec locum habe-
5 re legitimum, cum mater possit in testamento,dare filijs hæredibus institutis tutorem,& stante dicta institutione Iudicis confirmatio non requiritur,vt apertè legitur *in l. 4. ff. & Cod. de testam. tut. l. 1. & 2. ff. de con-*
6 *firm. tut.* nec in aliquo distat tutor datus in testamēto matris,ac patris, nisi quod ille, Iudicis decreto cōfirmari debeat,si dicta institutio nō intercedat, vt in dictis iuribus, & latè *Canal. vbi sup. num. 10. & 11. & Pascal. p. 3. cap. fin. num. 65.* vbi fortius
7 ait quod etiā si patre viuo, ipsoque excluso, mater tutorem alium filijs cōstituit,qui eius bona administret, facere possit,prout etiam refert de-
8 cisum *Mastrill. decis. 59. p. 1.* & necessitas est præcisa in Iudice,confirfirmandi tutorem datum filio per matrem in testamento, vt voluit *Azo in sum. Cod. de confirm. tut. vers. si verò mater*, & testatur decisum *Cald. Pereir. in repet. l. si curatorem habens in tex. in vers. si sine curatore num. 10.* & sequitur *Guttier. in dicto tract. cap. 4. num. 6. Valenzuel. cons. 36.*
9 vbi affert aliud simile, quod matre transeunte ad secunda vota, cum petit à Iudice tutorem filijs dari, etiam si virum, seu dictorum filiorū vitricum nominauerit, illius voluntati Iudex acquiescere debeat, *Bart. in l. si quis sub conditione, num. 11. ff. de testam. tut. Menoch. de arbitr. Iudic.*

casu 151. num. 5. imò ait vnum val-
10 dè notabilè, quod, s.resultante pupillorum vtilitate, pręferatur Tutor, quem mater esse voluit, alio etiam ab ipso patre constituto, & citat *Alber. in l. fin. ff. de confirm. tutor.*
11 *Et ex his, in causa prædicta fuit annis longè præteritis decisum per S. C., præferendum esse tutorem datum filio per matrem in testamento, alijs agnatis legitimis tutoribus; in Aula tunc Consiliarij Brancia, vt apparet ex processu in Banca tunc Mancini, & vidi quoque ex Allegationibus Aduocatorum.*

SVMMARIVM.

1 *Reemptione introituum facta per aliquem prauia cessione iur. s luendi, ac facta cessione iurium in beneficium reementis, & noua annuorum introituum venditione, num introitus decurrendi post retrouenditionem à creditore factam habeant antiqui cōtractus anterioritatem? casus figuratio clara nu. 2 affirmatiue, & sic decisum num. 4. Sed contrarium, & negatiuè verius, num. 6. & sic antiqui pro indubitato habuerunt, & his dec sum n. 15. & ita demum Author cōcludit, n. 56.*

3 *D. Andræas Marchesius Præses S. C., iam mortuus laudatur, & sub eius auspicijs refert Author, publicè legales in omni materia conclusiones, in publico Lyceo cū esset annorum quindecim tantum, sustinuisse.*

5 *Fabritius Brancacius eximius vir laudatur.*

7 *Ven-*

7 *Venditio annuorum introituum cũ fit per debitorem, & pecunia vinculatur soluenda creditori anteriori annuorum introituum facta cessione iurium in beneficium noui emptoris tunc pro tertijs decurrendis non datur primaui contractus prioritas; & fic decisum, vt num. 8.*

9 *Regens Galeota quomodo in hoc articulo loquatur: vnde eius verba inseruntur, n. 10.*

11 *Repræsentatio, & subrogatio in locum creditoris anterioris fieri non potest, nisi quoad sortem, & redditus in præteritum debitos; secus vero quoad redditus qui ex nouo contractu deberi incipiunt: vt num. 12. & de ratione num. 13. & 14. ex Reg. Galeot.*

16 *Retrouenditionis contractus inducit translationem, non extinctionem, & non per viam dissolutionis primi contractus, sed per viam noui contractus ex Brãcac. sed contra inferius.*

17 *Dominij translatio, quæ fit ex pacto de retrouendendo, differt ab ea, quæ fit vigore pacti l. Commissoriæ, vel adiectionis in diẽ, & num. 22. & in quò differãt inferius.*

18 *Retrouenditio non est secunda vẽditio, sed prior s dissolutio, & num. 17. & præcipuè retrouenditio annui redditus, non est nouus contractus, sed resolutio primi, vt n. 19.*

20 *Contractus annui redd tus oblato tantum prætio vigore pacti de retrouendendo, est ipso iure dissoluta: sed hæc opinio difficultatem patitur, vt n. 21.*

23 *Venditio facta cum pacto l. commissoriæ, vel adiectionis in diẽ, cum resoluitur, resoluitur pro vt ex tunc, & est ac si numquam celebrata fuisset; & proindè ex tali venditione rei emphiteoticæ non debetur laudemium, vt num. 24.*

25 *Venditio facta cum pacto de retrouendendo, cum resoluitur, prout ex nunc resoluitur; & proindè ex tali venditione rei emphiteuticæ laudemium debetur, sed non debetur iterum ex retrouenditione, vt nu. 26. idemq. in decima debita de iure Hispaniarũ, vt illa non debeatur vigore retrouenditionis, n. 28.*

29 *Ignatij Laßar. Hyspani verba inseruntur.*

30 *Reemptio annuorum introituum, cum non sit nouus contractus, iudicantur propterea bona acquisita, antiqua non verò noua, & proindè subiacent Consuetudini.*

31 *Cessio, quæ fit cessionario iurisluendi, operatur translatiuè non extinctiuè ad ipsius beneficium ex Brane. sed contra ex Reg. Rouit. cuius verba inseruntur. nu. 32. & quid faciat ad articulum de quo supra, n. 33.*

34 *Cedi potest, quod est penes cedentẽ; nam cessionarius repræsentat cedentem eiusque gradum, & anterioritatem; & quod non est penes creditorem cedi non potest,*

test, vt num. 35.

36 *Venditio annuorum introituum cum non subsistat per retrouenditionem, sicuti penes cedentem non sunt nisi introitus maturati non autem maturandi, ita isti neque pœnes cessionarium esse poterunt.*

37 D. *Thomas* Carleual *quid senserit de decis.* 16. *Reg.* Capyc. *Latr. & nu.* 38.

39 *Hypotece cedentis firmæ remanent etiam facta retrouenditione cessionario iuris luendi, ex Carleu. sed contra, n.* 40.

41 D. *Ferdinandus Arias de Mesa quid senserit de dicta decis.* 16.

42 *Contractu nouo existente, fructus veniunt vigore ipsius.*

43 *Cessionarius per cessionem intrat in vniuersum ius cedentis.*

44 *Iurium reseruatio in noua emptione, reseruat prima iura, quæ alias nouata essent.*

45 *Creditor annuorum redditunm, tenetur retrouendere tertio; & etiã iura cedere, ad hoc vt redditus in futurum currant ex cessione.*

46 *Tertius soluens creditori annuorũ introituum, succedit in eius locũ pro capitali, & tertijs.*

47 *Cedendi, & renunciandi verba idem important.*

48 *Decisio Reg. Reuert. in hoc principali articulo, quomodo loquatur?*

49 *Fideiussor census, si soluit creditori sortem principalem sibi facta cessione, census non extinguitur; & de ratione, n.* 50.

51 *Farinac. verba referuntur.*

52 *Debitor annuorum introituum, si restituit creditori capitale de pecunia redacta ex venditione aliorum annuorum introituum alteri facta, cum pacto quod hic secundus creditor in locum primi subintret, si de hoc pacto primus creditor notitiam non habuit, num secundus in ipsius locum vigore dicta conuentionis successerit?*

53 *Census per cessionem num extinguatur? & quando, n.* 55.

56 *Cenc. verba referuntur.*

57 *D. Don Didacus Moles laudatur.*

ARGVMENTVM.

Reemptione annuorum introituum facta per aliquem, præuia cessione iurisluendi ad sui beneficium per debitorem facta, ac facta cessione iurium in beneficium eiusdem reementis, et ad maiorem cautelam noua venditione non derogando prioribus iuribus, num introitus decurrendi post retrouenditionem à creditore factam, trahant, et habeant antiqui contractus anterioritatem? in quo articulo post multos DD. recedit Author à scriptis per eximium virũ *Fabritium Brancatium*, à *Decisione Reg. Reuert.* et à *Decisione* 16. *Doctissimi Reg. Capyc. Lat.* (in qua et dicta de-

decis. Reuert. et dicta scripta *Brancac.* inseruntur) et respondet omnibus et rationibus, et Authoritatibus, ab eis pro eorum sententia adductis; paulisper latius consueto.

CAPVT XVI.

SCio pendere in S. R. C. decisionem cuiusdam famigeratæ quæstionis, nempè num facta
1 reemptione annuorum introituum, præuia cessione iuris luendi, ac facta cessione iurium in beneficium reementis, & noua venditione annuorum introituum, introitus ipsi postmodum decurrendi habeant antiqui contractus anterioritatem?
2 Cuius quæstionis ita casus figuratur, Titius est, creditor annuorum ducatorum centum pro capitali ducatorum mille Cai, cum pacto tamen de retrouendendo quandocumque dictos annuos ducatos cētum ad beneficium dicti Cai; hic Caius cedit hoc ius reemendi sibi competens Sempronio, & huic ex nunc pro tunc facta reemprione vēdidit dictos annuos ducatos centum pro capitali prædicto: hic Sempronius reemit dictum annuum redditū à dicto Titio; qui facit retrouenditionem, & cessionem ad beneficiū ipsius Sempronij; quæritur nunc num annui introitus decurrendi post retrouenditionem prædictam vigore cessionis factæ a Titio creditore, habeant eamdem anterioritatem primi contractus inter Titium, & Caium facti?

Qua facti specie sic supposita dico me scire in hac quæstione esse famosam illam *decisionem* æditam a *D. Reg. Capyc. Latr.* 16. in qua cū casus accidisset inter tunc Regium Consiliarium Andræam Marchesiū
3 postmodum ipsius S. C. Præsidem dignissimum (cui, mei ingenioli primi partus à me dicati fuere, cum sub eius auspicijs annorum quindecim tantū conclusiones Iuris vtriusque in qualibet materia in publico Lycæo, splendidissimæ Nobilitatis Cœtu circūstāte sustinuerim)& Marchionem Ceruinariæ in patrimonio quondam Marchionis Mottulæ, re-
4 fert fuisse per S.C. decisum in casu prædicto competere anterioritatem etiam pro tertijs post retrouenditionem decursis; Nititur præcipuè D. Reg. allegatis per famigeratum illum virum (merito in inscriptione
5 Sarcophagi in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum huius Ciuitatis ab infelice genitrice ipsi erecti, Naturæ portentum vocatum) *Fabritium Brancacium in allegatione edita pro Ioanne Baptista Piscicello cum Io: Aloysio Saraceno*; in qua etiam causa ædidit *decisionem Reg. Reuert. quæ est 39. n. 7.* quæ omnia sunt inserta in *d. decis. 16. D. Reg. Capyc. Latr.*
6 Ego vero cum alijs censeo in articulo proposito, annuos reditus decurrendos post retrouenditionem factam cessionario iuris luendi, siuè reemendi, non habere eamdem anterioritatem primi contractus: vt latè *Horat. Montan. in sua controuers. 35. per totam*, in qua respondere conatur omnibus allegatis, & adductis tum per *D. Brancac.* tum per *D. Capyc. Latr.* & hanc eamdem sententiā defendit *quōdam Reg. Capyc. Galeot. in controu. 56. nu. 32. vers. sicut lib. 1.* quem, & si *D. Capyc. Lat. in dicta decis. 16. num. 5.* dicat loqui in eo casu
7 quando fit venditio per debitorem, & pecunia vinculatur soluenda creditori anteriori annuorum introituum, facta cessione iurium in beneficium noui emptoris, vt scilicet tunc pro tertijs decurrendis non adsit prioritas primi contractus iux-
8 ta decisionem S. C. ad relationem tunc

tunc Consiliarij de Georgio in causa Ducis Sicignani, & aliorum creditorum, relatam à *Thor. in 2.p.compend.in ver. creditor, qui pecuniam*: attamen re vera Reg. *Galeot.* loquitur in terminis huius nostræ quæ-
9 stionis, videlicet in tertio reemente vigore iuris luēdi sibi cessi, vt nullo modo pro tertijs decurrendijs valeat primæuam anterioritatem obtinere; quarè mihi placuit hic eius verba inserere.

10 *Sicut & Nouissimè neque poterunt aliquam temporis prioritatem prætendere quoad reditus, siuè tertias ipsius debitas ex nouis contractibus, in quibus prauia facultate redimendi, seu iure luendi ipsis cesso per principem debitorem in priorum creditorum locum ingressi sunt, hæc enim repræsentatio, &*
11 *subrogatio fieri non potuit nisi quoad sortem, & redditus in præteritum debitos, de quibus intelligenda est l.1. ibi (& in locum eius succedant) & l.2. ibi (& eius locum cui pecuniam numerasti consequntus es) Cod. de his qui in prior. & l. pupillorum, §. fin. ff. de reb. eor. se-*
12 *cus verò quoad redditus, siuè tertias, quæ ex nouo contractu deberi incipiũt,*
13 *siquidem prior redditus redemptione fuit extinctus, & bona libera effecta*
14 *sunt; vnde secundus creditor subrogari non potest in iure exigendi redditus futuros, reemptione iam extinctos, l. Modestinus, ff. de solut.*

Hæc R. *Capyc. Gal.* vndè dictus Author non subiecit veritatem huius resolutionis alicui disputationi, cũ
15 semper nostri Maiores sic tenuerint pro indubitato, prout sic etiam bis per S.C. fuisse decisum, refert *Thor. 1.p.comp.in ver. cessionarius iuris luēdi.* pro cuius secundæ sententiæ comprobatione volui aliquas responsiones adducere dictis per *Brãcac.* quas omisit *Montan. in dicta contr. 35.*

16 In suis conclusionibus dicit *Brancac. in sua alleg. inserta in dicta decis. D. Capyc. Lat. in 1. conclus. à nu. 30. vsq; ad finem*, qualitatem contractus retrouenditionis inducere trãslationem, & non extinctionem, seu non per viam dissolutionis primi contractus, sed per viam noui contractus; & magnam constituit diffe-
17 rentiam inter dominij translationē, quæ fit ex pacto de retrouendendo, quæue fit per nouum contractum, & eam quæ fit vigore pacti, l. commissoriæ, vel adiectionis in diem.

Sed hæc conclusio ab omnibus reiicitur, siquidem retrouenditio nō
18 est secunda venditio, sed prioris dissolutio, vt docent *Foller. in prag. de cens. vers. huiusmodi num. 54. Costa de retrotract. cap. 7. casu 1. & ex Bald. Frecc. Molin. Tiraq. & alijs* probat *Ludouicus Casanate in cons. 7. num. 9. & seqq.* & in puncto quod retrouen-
19 ditio annui redditus, non sit nouus contractus, sed resolutio prioris cõtractus; post *Gasp. Roder.* docet *Cencius in tract. de censib. p. 3. cap. 1. q. 3.*
20 *art. 1. num. 5.* imò (quod plus est) tãtum oblato pretio, vigore pacti de retrouendendo, contractus est ipso iure dissolutus, vt tradit *Paul. de Cast. in l. si cum venderet, num. 6. ff. de pign. act.* quem sequuntur *Cuman. in l. 1. in fin. ff. de donat. Decius cons. 614. num. 14. vol. 2. Boer. decis. 182. nu. 38. & alij apud Tiraq.* omnes cumulantē *de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 6. & seq. & Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 13. num. 17.*
21 quæ opinio & si patiatur difficultatem, tamen in casu proposito omnis cessat difficultas, cum iam supponatur retrouenditio facta, & sic non oportet quærere, an contractus resolutio inducatur ipso iure; an potius requiratur retrouenditio.

22 Nec negari potest diuersimodè induci contractus resolutionem in venditione facta eum pacto l. commissoriæ, vel adiectionis in diem, & in venditione facta eum pacto de retrouendendo; nam differentia huius resolutionis in hoc consistit; primo

mo

23 Imo enim casu resoluitur venditio
prout ex tunc,& habetur ac si num-
quam celebrata fuisset, ideoque
laudemium ex venditione rei em-
24 phiteoticæ tali modo contracta, nõ
debetur,vt post cœteros notant *Ti-*
raquell.de retr.conuent.§.6.glos.2.n.4.
Felician.de censib.lib.1.cap.6. num.4.
& videtur etiam tenere *Amedeus de*
Ponte tract.de laudem.quæst.37.n.10.
& clariùs *Burgius eod. tract. p.2. in-*
25 *spect.2.num.*17. secundo verò casu
resoluitur contractus prout ex nũc,
26 & propterea debetur laudemium
ex venditione rei emphiteoticæ cũ
pacto de retrouendendo,sed ex ipsa
retrouenditione aliud laudemium
27 non debetur, quia non dicitur no-
uus contractus venditionis,sed prio-
ris dissolutio , vt DD. communiter
docent,præsertim *Amad.d.q.37.n.7.*
*& 15.*vbi ita iudicasse Senatum Sa-
baudiæ testatur ; *Gomez.tom.2. va-*
riar.cap.2.nu.31. Pinell.in l.2. cap.3.
num.36.Cod.de resc.vendit. Boer. di-
cta decis.182.num.39: Felician. lib.1.
de censib.cap.6.num.4.vers.ex contra-
ctu.Grat.tom.1.discep.forens.cap.180.
num.15. & veriorem & magis com-
munem esse hanc sententiam, post
multos,quos refert, testatur *Burg.*
dicto tract.de laud.p.2.inspect.30.n.4.
28 *& 15.* & idem ex eadem ratione ,
quod decima debita in contractu
venditionis & permutationis vigo-
re legis Hyspaniarum,non debeatur
vigore retrouenditionis , post alios
probat *Ignatius Lassarte Doctissimus*
Hyspanus tract.de decim. vend. & per-
mut.cap.10.num.10. cuius Authoris
verba , cum vix ille reperiatur pœ-
nes aliquos,volui hic transcribere.
29 *Sed quamuis in prædictis casibus*
decima census debeatur, vt dixi, illud
constat,quod si postea census ille à debi-
tore redimatur reddita sorte principa-
li, iuxta essentialem naturam census
redimibilis,& formam pacti in vendi-
tione,seu constitutione adiecti, non ite-
rum debebitur decima,quia illa solutio,
distractus est potius l. 2. Cod. de pact.
int.empt. & vendit. de quo late agit
Couar.vbi supra cap.8. quam vllus no-
uus reuenditionis contractus , vt benè
resoluit Didac. Perez vbi supra pag.
34.col.1.& Mõteros.in praxi tract.7.
num.153.pag.2. & Menchacha lib.1.
controuers.vsufrequent.cap.11.nu.16.
iunctis ijs,quæ de pacto reuendendi di-
cemus cap.14. num. 37. vbi benè late-
que explicabimus, ideoq; retroacta ista
venditione , quæ semel ex omni parte
consummata est,nouam venditionem
non resultare, sed antiquam rescindi ,
atque ideo nouam decimam non debe-
ri,contra regulam l.2. & 3. ff. de resc.
vend.quia sic à principio contractum ,
& venditum fuit , vt quandocumque
*distrahi posset.*Hæc *Lassart.*
Pro quibus omnibus est etiam
solemnis S.C. decisio apud de *Frã-*
30 *ch.in decis.39.* vbi fuit pro absoluto
habitum, reemptionem annuorum
introituum,non esse nouum contra-
ctum, & proindè bona acquisita,vti
antiqua,non autem vti noua,subia-
cere *Consuetudini* , ac deberi Agna-
tis primi alienantis,portionem .
31 Quod autem dicit *Brancat.*cessio-
nem,quæ fit cessionario iuris luendi,
operari translatiuè,non verò extin-
ctiuè ad istius beneficium , cum hic
non habeat animum extinguendi ,
sed acquirendi , quod ad literam
etiam tradit *Reg. Reuert. in dicta de-*
cis.55.vers.tamen hoc expresè impu-
gnatur à *Reg.Ronito in cons.46 nu.1.*
32 his verbis(*nec est facienda vis si talis*
retrouenditio fiat debitori principali
& eius hæredi,vel alteri tertio habenti
cessionem à debitore , nam debitor non
potest transferre plus iuris in cessiona-
rium,quam ipse habet , l.nemo plus iu-
ris ff.de reg.iur. & illa cessio nullum
alium effectum operatur , nisi vt credi-
tor cogatur retrouendere, nam alias nõ
cogeretur absque cessione iuris luendi,
& reemendi ab ipso debitore, l.nulla
Cod. de solut. Tiraq. de retr. consang.
§.1.glos.9.num.258.& 263. Roder. de
ann.

ann.redit.lib.2.quæst.16. Cagnol. in l. 2.quæst.1.num.36.& seq.Cod.de pact. int.empt.& iterum num. 203. Gozad. ibid.num.105.Felic.de cens.lib.4.cap. vnic.num.11. 5. dubit. Caualc. decis. Fiuiz.27.p.2.)Hæc *Reg.Rouit.*

33 Sed quidquid sit,in casu proposito,vnum est dicere si operetur trãslatiuè cessio, vt dicit *Brancac.* vel extinctiuè,vt dicit *Rouit.*,aliud si tertiæ decursæ post retrouenditionem, facta etiam noua venditione habeant anterioritatem primi contractus, vel secundi; nam cedi potest

34 quod est penes cedentem,quia cessionarius repræsentat cedentem, & eiusdem gradum,& anterioritatem, *l.emptor in princ. Cod.de her. vel act. vend.Surd.cons.22. num.16. lib.1. & cons.66.num.13.lib.2.Grat.tom.1.cap. 142.num.14. Graff. in prælud. de ex-*

35 *cept.num.190.& seq.*quod autem nõ est pænes creditorem,non potest cedi,cum reputetur impossibile, cum nemo det,quod non habet,*l.traditio ff.de acq rer. dom. l. si debitor. Cod. de distr.pign.*

36 Igitur cum venditio annuorum introituum, non subsistat per retrouenditionem, sicuti penes cedentẽ non adsunt nisi introitus maturati, non autem maturandi, neque poterunt isti esse penes cessionarium.

Ex quibus omnibus meritò quõdam *D.Consil.Carleual* (qui votauit in *dicta decis. Reg. Capyc. Lat.* & de ea mentionem facit) in eius *aureo tract. de Iudicijs tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp.35. à nu.38.vsq. ad 41.* affirmat

37 pro indubitato in articulo propositio,fuisse extinctos annuos introitus per retrouenditionem præuia ces-

38 sione iurisluendi, & licet conetur saluare dictam decisionem ex voluntate contrahentium, qui noluerunt extinguere,sed conseruare,vnde subdit ipse *num.* 40. in tali casu finè effectu, ac inutile remanere ius luendi; & quod peius *num.*41.dicit,

39 hoc casu hypotecas cedentis firmas remanere; tamen si hoc esset

40 totus mundus litibus inuolutus esset,si hypotecæ non extinguerentur, vt tradit *Antonin. de Amat. lib.1. resol.7. num.36. vers. pro qua opinione*

41 vnde *Arias de Mesa Regius Consiliarius* iam mortuus *lib.7.var.resolut. cap. 22. per totum.* faciens mentionẽ de prædicta *decisione 16. Reg. Capyc. Lat. à num.1. vsq.ad 4. num. 12. cum seqq.*dicit animum suum dubium remanere, quomodo sustineri possit, quin per retrouenditionem, extinctio non inducatur.

Minus etiam obstant Authoritates adductæ per *D. Reg. Capyc. Lat.* nam *Camill. de Medic. in cons. 165.*

42 *num.35.& 44.* dicit quod existente nouo contractu, fructus veniunt vigore ipsius noui contractus; quod adeo est verum vt *Carleu. vbi supra num.37.*pro sua opinione contra dictam dec. alleget dictum *Cons. Camill.de Medic.*

Sic *Anton.de Amat.dicta resolut.7.*

43 *lib.1.num.37.*dicit tantum, cessionarium, per cessionem intrare in vniuersum ius cedentis, quod aud negatur, sed non quærit de annuis introitibus postea decurrendis; imo allegat *Thor.in comp. tom.2.vers. cessionarius iuris luendi*, qui stat pro nostra sententia, respectu tertiarum decurrendarum post retrouenditionem.

*Mastrill. ad Petr. de Greg. de cens. quæst.5.num.*141. solum dicit, quod

44 reseruatio iurium in noua emptione reseruat prima iura,quæ alias nouata essent; sed nihil ait de annuis introitibus postmodum decurrendis.

Giurb.decis. 87. *num.*21.& 34. *in num.*34. nil ait ad materiam, & *in*

45 *num.*21. dicit solum quod creditor tenetur retrouendere tertio, & etiã iura cedere, ad hoc vt redditus in futurum currant ex cessione,sed nihil ait de anterioritate istorum redditutum decurrendorum.

Ro-

Roder.de ann.reddit.lib.1.quæst.16.
46 *num.50.cum seq.* dicit tertium soluentem creditori annuorum introituum, succedere in eius locum pro capitali & tertiis, ad quod allegat *tex.in l.1. Cod. de his qui in prior. cred.* quod nihil facit ad casum nostrum.

Ludouic.Casanat.in cons.10. n.75.
47 aliud non dicit, nisi quod cedendi & renunciandi verba idem important, & vnum pro alio accipitur.

48 *Decis.Reuert.* non loquitur de tertiis decurrendis, imò neque aderat lis inter cessionarium & alios creditores, sed inter cessionarium, & cedentem.

Farinac.in decis.posth. tom.2. decis.
136. loquitur in casu, quo fideiussor
49 census soluit creditori sortem principalem sibi facta cessione, & ait cen-
50 sum non esse extinctum, ea ratione, quia fideiussor non soluit pro venditore census, sed animo sibi acquirendi; & sic non fuit redemptio sed emptio, & cessio; imò paulò post
51 idem *Farin.* subdit hec verba (*non enim Sabatinus præcipuè soluit debitum nec proprium, nec debitoris principalis, quo casu extinxisset, sed solum voluit acquirere censum fructiferum*) & sic hic casus nil comune habet cũ quæstione nostra, in qua supponimus à principio actum fuisse de redimendis annuis introitibus præuia cessione iuris luendi;

Decisio Rot.Rom.293.in nouissimis,
52 loquitur de venditore annuorum introituum, qui nulla facta cessione iuris luendi, restituit creditori capitale de pecunia redacta ex venditione aliorum annuorum introituũ alteri facta, cum pacto quod secundus in locum primi quem dimittit, subintraret; quo casu dubitatũ fuit, an hic secundus emptor in locum primi successerit, si primus ille creditor qui dimittitur, non habuit talis pacti notitiam; & fuit negatiuè conclusum; ex qua decis. nihil ad casum, de quo agimus, inferri potest, nam data in primo creditore talis pacti scientia, secundus creditor nil aliud potuisset prætendere, nisi succedere in anteriorem primi emptoris hypotecam, *ad tex. in l.1. Cod.de his qui in prior.hypot.* non autem quod census ad beneficium primi emptoris, constitutus, in ipsum esset transferendus, de quo verbum nullum *in dicta decis.*

Cencius decis.36. nihil dicit, nam
53 ibi agebatur an per cessionem census ad cuiusdam mulieris beneficiũ factam, quæ mulier erat tutrix eius filij debitoris dicti census, censeretur extinctus contractus censualis, & fuit negatiuè conclusum; & dat
54 rationem his verbis (*quia contractus non fuit conceptus per verba importantia retrouenditionem, sed simplicem cessionem*) quod est euidens signum cessionem factam non fuisse ex necessitate pacti legalis de retrouendendo, sed fuisse voluntariam; igitur à sensu contrario fuit pro verò habitum, quod si facta fuisset retrouẽditio ex vi pacti, contractus esset omninò resolutus.

Idem Cenc. decis.44. ait expressè quod in illius decis. casu, fuit simpli-
55 citer facta cessio census, non autem retrouenditio, quo casu certum est censum non extingui, sed viuum transferri in cessionarium.

Ex quibus credo fuisse probatam nostræ resolutionis veritatem, nem-
56 pè cessionarium iurisluendi, facta per eum reemptione à creditore, nõ gaudere eadem anterioritate primeui contractus pro tertijs decurrendis post retrouenditionem prædictã ex causa nouæ venditionis factæ;
57 prout sic latè defendit, doctissimus vir *D.Didacus Moles* Aduocatus primus inter nostri S.C. primarios, *in quadam solemni allegatione impressa, pro Illust.Marchione Rotundorum, & alijs creditoribus posterioribus Principis Auetranæ cum Monte Triginta*

H huius

huius Ciuitatis, quam causam credo non adhuc fuisse decisione sopitam, quod si sciam quid decidetur, alibi ponam deo dante.

SVMMARIVM.

1 *Possessor rei super qua creditor assistentiam obtinuit pro capitali certo, & tertijs liquidandis tempore exequutionis sententiæ, si intendat uti iure afferendi, & rem retinere, num teneatur ad solutionem capitalis liquidi ante tertiarum liquidationem? resolutio negatiua num. 2. & 36. & sic decisum per S. C. ut infra. & de rationibus, præcipuè n. 16 & 17.*

3 *Ius offerendi, competit creditori pro liberanda re (super qua creditor obtinuit assistentiam) à nexu obligationis, & hypotecæ, qua venit affecta, ut sic possit sententiæ exequutionem effugere.*

4 *Iuris offerendi remedium, competit nedum legitimo, sed etiam iniusto possessori.*

5 *Creditor non potest, oblationem crediti (quæ fit à possessore volente uti iure offerendi) recusare, & rem exequi, nam eam tali casu liberare tenetur; imo tenetur tūc etiam cedere iura dicto possessori, ut nu. 6.*

7 *Liquidatione totius crediti non facta, ac sine integrali solutione, res ab hypoteca non liberatur.*

8 *Hypoteca adhuc remanet super re, pro quantitate illiquida crediti.*

9 *Illiquida pars, quæ non potest offerri, impedit solutionem partis liquidæ, & eo casu utile per inutile vitiatur.*

10 *Sententia non potest exequi pro parte liquida, si remanente aliqua quantitate illiquida, adhuc res sub hypoteca remaneret, in casu iuris offerendi.*

11 *Pars illiquida, totam quantitatē illiquidam reddit, & proindè sententia utramque continens, exequi non potest, ut n. 12. maximè cum agitur contra tertium possessorem, ut nu. 13.*

14 *Hypoteca ius est, indiuiduum, & proindè creditor hypotecarius potest integraliter exigere à quolibet ex pluribus possessoribus, & super qualibet re insolidum.*

15 *Creditor hypotecarius non tenetur admittere oblationem, quæ fit à quolibet possessore pro eius parte.*

18 *Sententia non potest exequi pro quantitate illiquida.*

19 *Capitale contentum in sententia (quæ aliquem condemnauit ad ipsum certum, & tertias liquidandas) pendente tertiarum liquidatione, nec ipsum liquidum dici potest, maximè in contractu annui redditus resciso: & de rationibus, n. 20. & 21.*

22 *Contractu annui redditus rescisso, tertiæ non amplius vocantur tertiæ, sed interesse, unde aliud interesse non debetur; quod fit secundum Rouit. contestata tantū lite super ipsa rescissione, ut nu. 23. sed de veritate huius dicti remissiuè num. 24.*

25 Con-

25 *Contractu reddituali rescisso, capitale sapit rationem partis totius crediti, tertijs aliam partem constituentibus, & proinde summe capitalis, & tertiarum, dicto casu non dicuntur specie distincte, & quid inferatur, num. 26.*

27 *Sententia M. C. V. si est vltra summam ducatorum 150., non potest pro eo quod est infra dictã summam, exequi ex Reg. Prag. 6. de appell. & 3. de offic. S. C. vbi casus exemplificatur, num. 28. & ratio, n. 29.*

30 *Capitalis quantitas, & si sit expressa in sententia rescissionis cõtractus redditualis, eius tamen certitudo pendet adhuc à futura tertiarum liquidatione; vnde neque pro eo, ante dictam liquidationem, erit exequenda sententia, vt nu. 31.*

32 *Sententia & si contineat certam quantitatem, si tamen adhuc totalis dictæ summæ certitudo, à futuro euentu, vel computo dependeat, exequi non potest.*

33 *Exequutio fieri non potest de debito liquido, & certo, donec liquidetur quantitas incerta, quæ de eo detrahenda est, & bonificanda debitori.*

34 *Exequutio pro debito liquido, fieri non potest, quando debet fieri calculus, & computandæ sunt rationes.*

35 *Sententia, quæ condemnat ad certã quantitatem, detractis tamen quibusdam, quæ apparebunt ex calculis faciendis tempore exequutionis dictæ sententiæ, exequi non potest ante factum dictum calculum, nec pro summa illa certa.*

37 *Scripta per quondam Iulium Cæsarem Galluppum in articulo huius capitis, commemorantur.*

38 *Decisio S. R. C. bis facta, in causa in hoc cap. proposita, refertur.*

ARGVMENTVM.

Possessor rei super qua creditor obtinuit sententiam assistentiæ pro capitali certo vna cum tertijs, & interesse liquidandis tempore exequutionis ipsius, si petat fortassè admitti ad ius offerendi creditum, & sic intendat exequutionem impediẽdo, rem retinere, num teneatur soluere capitale prædictum liquidũ, ante quam procedatur ad tertiarum liquidationem? vbi post notabiliter resolutum articulum, & resolutionem quinque solidissimis fundamentis comprobatam, refertur pro coronide Decisio S. R. C., in causa quæ proponitur, interposita.

CAPVT XVII.



Nnis retro elapsis fuit dubitatum in causa vertente inter Franciscum, & Antonium de Laurentijs ex vna, & Illust.
1 Ducem Crosiæ ex alia, num si possessor rei, super qua creditor obtinuit sententiam assistentiæ pro capitali certo vna cum tertijs & interesse liquidandis tempore exequutionis ipsius, petat admitti ad ius offerendi creditum, & sic venditionem impediendo rem retinere intendat, teneatur antè quam procedatur ad tertiarum liquidationem, capitale iam liquidum soluere? articulus est curiosus,& vt credo nouus, recensebo quod est resoluendum de iure, & quid deciderit S.C.
2 Dico igitur notabiliter, hūc possessorem tunc demū ad capitalis liquidi solutionem teneri, cum fuerit cum effectu tertiarum liquidatio facta,& non ante; ad quod proban-
3 dum sic discurro; possessori certum est competere ius offerendi pro liberanda re (super qua creditori est præstita assistentia) à nexu obligationis, & hypotecæ,qua venit affecta, & vt sic possit exequutionem sententiæ effugere, *l.paulus*, §. 1.*ff. quib.mod.pign.vel hypoth.solu.l.si fundus*,§.*in venditione.ff.de pignor.cum*
4 *concord.* est enim remedium quod lex tribuit nedum legitimo possessori,sed etiam iniusto, *l.mulier*, *& ibi gloss.l.sempronius*, *ff. qui pot. in pign. habeant.* & sic iudicatum refert *Af-*
5 *flict. decis.*269. nec poterit creditor victor oblationem eius crediti recusare,& rem exequi, quia eam tene-
6 tur recipere, & rem liberare, imò cedere eius iura, *Gloss.in l.si res obligata vers.suo tempore,ff.de leg.*1.*& ibi omnes DD.* signanter *Paul. de Castr.* aduertunt; at in hoc casu non potest conuentus exercere hoc ius;
7 quia non est liquidatum vniuersum creditum creditoris,& sine integrali solutione, non liberatur res ab hypoteca, *l.qui pignori*, *ff. de pignor.*
8 *cum concord.* nam pro illiquido adhuc remanet hypoteca, *l.pecuniam*, *& ibi Castrens.& aly*, *ff.si cert. petat.*
9 & sic pars illiquida, quæ non potest offerri, impedit solutionem partis liquidæ, & consequenter vtile per
10 inutile vitiatur,& sic dicta sententia exequi non potest pro parte liquida,ita in terminis authoritate *Bart.* concludit *Carau.in ritu* 167. *nu.*29. *vers.aut pars illiquida*; & verificatur communis ac indubitata conclusio supradicta DD.ex dispositione, *tex. in l.seruus*, §.*boue*, *ff.de cōd. furt.* ex
11 quo probatur, vna parte illiquida, totam quantitatem illiquidam red-
12 di,& proinde sententiam,quæ continet vtramq. non posse exequi nec pro quantitate liquida,vt concludūt *Milanens.decis.sic.*1.*num.*28.*vers. ex quo tex.lib.*2.*Tusch.in eius conclus. lit. D.conclus.*474.*num.*7.*Intrigliol.decis.* 10.*num.*11. maximè quando agitur
13 contra tertium possessorem, vt aduertit *Cæphal.cons.*469. qui alios allegat.
14 Secundò est certum in iure ius hypotecæ esse indiuiduum, & propterea creditorem hypotecarium habere facultatem exigendi integraliter contra quemlibet ex pluribus possessoribus,& super qualibet re in solidum, *l. hereditariam*, *ff. de*
15 *euict.*& non tenetur admittere oblationem, quæ fit à quolibet possessore pro eius parte,vt benè aduertit *Peguer.decis.*18. si ergo releuatur in hoc creditor ex priuilegio dicti iuris indiuidui, debet pari ratione releuari reus conuentus hoc iure indiuiduo, vt facta prius liquidatione partis illiquidæ,valeat totale creditum offerre,& pœnitus rem à dicta
16 obligatione liberare, quia alias vltra quod offerens non consequere-

tur

tur intentum, & effectum, offerendo partem, esset satis incommodum nūc capitale, & tunc facta liquidatione tertias soluere, & adderentur lites litibus, & expensæ expensis, *l. minoribus, ff. de minor.* & in terminis hoc aduertit *Mut. in decis. Sicil. 19. sub nu. 13. ibi quia aliter.*

17 Tertio si teneretur possessor offerens, ante tertiarum liquidationem, ad solutionem capitalis, sententia vtique exequi diceretur pro quantitate illiquida: nam sententia exequeretur pro credito, creditum autem conflatur ex capitali & tertijs adhuc non liquidis, & sic sententia exequeretur pro quantitate illa tertiarum illiquida tamquam conflante creditum, pro quo, vt est dictum, illa exequitur; at iuris est explorati,
18 sententiam non posse exequi pro quantitate illiquida, *l. 2. Cod. de sent. quæ sin. cert. quant. cum alijs notatis per Bart. in l. 1. num. 8. Cod. de edend. Imol. in l. 2. num. 2. circ. finem, ff. qui & à quib. Paul. de Castr. cons. 91. vol. 1. Roman. cons. 211. Bald. in l. 2. Cod. de re indic. Gratian. decis. 212. n. 12.*

19 Quarto hæc sententia probatur; quia nec ipsum capitale, & si certum, & expressum, dici potest liquidum (maximè si sumus in contractu annui census rescisso) ante tertia-
20 rum, vel Interesse liquidationem; tum quia vt est dictum vnicum est creditum ex vtroque conflatum, tū
21 etiam quia rescisso contractu annui census, lex non agnoscit differentiā inter capitale, & tertias, sed vtrumq. sapit rationem, & speciem vnius in-
22 tegræ summæ, ex quo dicimus amplius non vocari tertias, sed interesse, propter quod aliud interesse parere non possunt, quod euenire di-
23 cit *Reg. Rouit. in prag. 1. de cens.* eo ipso quod lis super contractus rescis-
24 sione est contestata (quæ opinio an sit vera habebis à me infra in capite particulari) vnde cum vnica dicatur
25 summa specie non distincta, sequitur quod hoc capitale in sententia expressum, sapit rationem partis totius huius quantitatis debitæ, & sic
26 pro eo vti parte, ante liquidatas tertias, quæ reputantur alia pars, nō potest sententia exequi, nec debitor soluere tenetur volens vti iure offe-
27 rendi, vt est in sententia M. C. V. quæ lata infra summam ducatorum 150. paratam habet exequutionem *ex Reg. prag. 6. de appell. & 3. de offic. S.C.* at si sit vltra dictam summam, non potest pro dicta summa tantum
28 exequi, vnde si creditor in M. C. obtinuit sententiam, qua mediante fecerit suum debitorem condemnari ad sibi soluendum e. g. ducatos tercentum, vel quatuorcentum, non posset instare, pendente ad S. C. appellatione, vt illa exequeretur tantū pro ducatis 150. vt disponūt eędem
29 *pragm.* ea ratione quia ius sententiæ est indiuiduum, nec considerari possunt partes summæ in sententia contentæ, sed tota summa consideranda est.

30 Quintò pro huius articuli coronide dico quod quantitas hæc capitalis, & si sit expressa in sententia, (qua mediante contractus forsan annui redditus est rescissus, & est præstita assistentia super aliqua re) tamen adhuc eius certitudo pendet à tertiarum liquidatione, ex qua multoties dignosci poterit non esse tantam capitalis summam; & sic cū
31 certitudo capitalis huius in sententia contenti, non sit totaliter incontrouertibilis, sed adhuc à futura liquidatione, ac futuro euentu depēdeat; idcirco pro hoc capitali minimè est exequenda sententia; nam iuris est indubitati quod sententia,
32 etsi contineat, & exprimat certam quantitatem, si tamen adhuc totalis dictæ quantitatis certitudo a futuro euentu, vel computo dependeat, exequi non potest, nisi prius liquidatione vel computo facto, quo, vel qua mediante verum, & incontro-
uer-

uertibi le debitum certificetur, vt latè probat *Surd. conſ.* 248. *num.* 12. *&* 13. *& conſ.* 168. *num.* 21. & tradit etiā *Bald. conſ.* 99. *volum.* 5. *& Caſtrenſ. conſ.* 31. *num.* 4. *vol.* 3. & quod exe-
33 quutio fieri non poſſit de debito liquido, & certo, donec liquidetur quantitas incerta, quæ de eo detrahenda eſt, & debitori bonificanda, latè defendit *Munnoz tract. de ratiocin. cap.* 21. *num.* 12. *verſ. contrariā tamen ſententiā* idem tradit *de Graſſ. de except. excluſ. a nat. excep.* 36. *nu.* 4. vbi poſt *Menoch. conſ.* 746. *num.* 6.
34 inquit quod exequutio fieri non poteſt, quando debet fieri calculus, & computandæ ſunt rationes, ante computa facta, ea ratione quia debitum non dicitur liquidum, ad quę etiam latè eſt videndus *Cyriac. Niger tom.* 3. *cap.* 424. vbi latè fundat
35 ſententiam, quæ condemnat ad certam quantitatem detractis tamen quibuſdam, quæ apparebunt ex calculis faciendis tempore exequutionis dictæ ſententiæ, non poſſe exequi antæ factos dictos calculos, pro ſumma illa certa; ex quibus om
36 nibus conſtanter teneo, hunc poſſeſſorem rei ſuper qua creditor obtinuit ſententiam aſſiſtentiæ pro capitali, & tertijs liquidandis, ſi per viam iuris offerendi intendat rem ipſam retinere, non teneri ante tertias ipſas liquidatas, ad ipſius capitalis, & ſi certi, & expreſsi in ſententia, ſolutionem; hæc ſunt quæ conſideraui in hoc articulo vltra ea quæ
37 doctè, ſed breuiſsimè, ſcripſit pro Duce Croſiæ poſſeſſore quōdam Iulius Cæſar Galluppus in quadam allegatione manuſcripta, in fine cuius reperſi deciſionem hanc ad poſſeſſoris fauorem iuxta adducta ſuperius.
38 *Illis diſcuſſis in aula tunc Regij Conſiliarij Salinas die* 15. *Decembris anni* 1642. *ad relationem bonæ memoriæ Regij Conſiliarij Don Flaminij de Conſtantio fuit decretum interpoſitum quod procederetur ad ea, quæ incumbebant ſuper liquidatione contentorum in ſententia S.C. ad finem prouidendi, ſuper petitis in comparitione præſentata pro parte Ill. Ducis Croſiæ, quod decretum fuit confirmatum iterum facto verbo; proceſſus eſt in Banca de Carbone: de qua deciſione recordatus eſt, idem Gallupp. in ſua praxi p.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. *fol. mihi* 275.

SVMMARIVM.

1 *Feudo legato, num comprehendantur introitus burgenſatici particulari titulo acquiſiti cum pacto de retrouendendo? pro affirmatiua ſcripſit Camill. de Medic. vt num.* 2. *Sed pro negatiua allegauit in eadē cauſa Fabius Marcheſius num.* 4. *& hæc ſcripta ſolidiora eſſe, putat Author n.* 5. *& hanc opinionem veriorem eſſe, cenſet idem num.* 6. *& num.* 43.

3 *Fabius Marcheſius laudatur.*

7 *Annui introitus burgenſatici particulari titulo acquiſiti, non dicūtur contineri ſub caſtro, ſiue feudo & quare ibidem.*

8 *Legato caſtro cum ibi exiſtentibus non continetur inſtrumenta, ſiue nomina debitorum illic reperta.*

9 *Annui introitus & nomina debitorum loco non circumſcribuntur.*

10 *Annui introitus burgenſatici acquiſiti in feudo, neque tamquam immobilia, gratia Caſtri perpetuo deſtinata, poſſunt conſiderari, & n.* 13.

11 *Legata domo, cenſentur legata etiā om-*

omnia immobilia ibi existentia, licet ei non sint affixa; & idem in contractu venditionis, vt num. 12.

13 *Destinatio annuorum introituum burgensaticorum in feudo, excluditur ex pacto de retrouendendo.*

14 *Tex. in l. ex facto, §. verum, ff. de hæred. instit. ponderatur.*

15 *Annui introitus burgẽsatici in feudo, nec possunt considerari vti necessarij pro illius vsu.*

16 *Arma sunt necessaria pro usu Castri, & proinde eo legato, ipsa comprehenduntur.*

17 *Annui introitus burgensatici in feudo, tamquam accessorij ex necessitate considerari non possunt; imo neque tamquam accessorij voluntarij, vt num. 19. & alias si vt tales considerari possent, venirent in legato Castri, comprehensi, vt nu. 18.*

20 *Annui introitus burgensatici in feudo, considerari nec poterunt, vt adiacens, siue additamentũ, siuè vt vnitum, vel connexum Castro: & idem n. 26.*

21 *Adiectum rei legatæ, & illi destinatum à testatore, in legato ipsius rei, comprahenditur: maximè si vniuersitas legata fuerit, vt nu. 22. & locum habet etiã in contractibus, vt n. 23. intellige de additamento ex fortuna, secus in additamento ex facto hominis, ex Alex. vt n. 24. sed contra eum verius, vt n. 25.*

27 *Vnio in dubio non præsumitur; & alleganti eam incumbit onus probandi, vt num. 28. & de ratione n. 29.*

30 *Vnita ea dici non possunt, quæ diuersitatem ad inuicem retinent.*

31 *Allodialia libera sunt, & à nemine nisi à Deo recognoscuntur.*

32 *Feuda non sunt libera, sed seruitutes appellantur; vnde tamquam diuersa ponuntur feudalia, & allodialia, vt n. 33.*

34 *Feudorum materia habet suas particularitates; & ideo scientia particularis est.*

35 *Vnio, ex qua mutatur natura allodij in feudum, fieri non potest sine assensu principis.*

36 *Additum feudo, quod de per se stare potest, iure feudi non censetur, & proinde non ad successorem feudalium, sed ad successores allodialium spectat.*

37 *Iurisdictio postea empta, ab eo qui Castrum sine ea habebat, iure feudi non censetur, & proinde illo mortuo sine legitimo successore in feudo, non pertinet ad dominum, ad quem reuertitur feudum ipsum, sed ad successores extraneos in burgensaticis; licet alij contra hoc sentiant, vt num. 38.*

39 *Vnio introituum burgensaticorum cum feudo, fundari non potest ex eo, quod confusè fuerint exacti cum introitibus feudalibus, & ita fuerit per Aerarios annotatum; & n. 40.*

41 *Tex. in l. prædijs §. Titio & §. Balneos, ff. de legat. 3. quando procedant, & n. 42. & 45.*

44 *Castrum & Territorium si eodem,*

dem, titulo possideantur, vtrumque intelligitur esse recognitum, secus si diuerso titulo.

46 *Villa aliqua vendita, vel donata cum omnibus iuribus, ea non veniunt, quæ sunt alterius iuris separati ab ipsa re vendita, dicto verbo vniuersali (omnibus) non obstante.*

47 *Tex. in d. l. prædijs, de leg. 3. inducitur.*

48 *Legatum feudi cum iuribus & introitibus, intelligi debet de redditibus ipsius feudi, seu feudalibus.*

ARGVMENTVM.

Feudo legato, num veniant, & comprehendantur introitus burgensatici, particulari titulo in eo acquisiti cum pacto de retrouendendo? & quid stantibus amplissimis clausulis in sequentibus capitulis considerandis? vbi recensetur famosa illa causa olim inter *Serenissimam Reginam* Poloniæ, & *Marchionem Capursij*? & discutitur atque reijcitur *Consil. Camilli de Medic. septimum* ab eo æditum in dicta causa, pro dicto Marchione; atque recensentur scripta, quæ pro dicta Serenissima Regina, ædidit eximius vir *Fabius Marchasius*, quæ manuscripta ad Authoris manus peruenerunt, & ex quibus Author discutit, quomodo dicti introitus burgensatici sistentes in feudo, in ordine ad illud considerentur? & num dici possint ad illud destinati, stante pacto retrouendendi? expenso *Textu in l. ex facto, §. verum, ff. de hæred. instit.* & num dicantur contineri sub Castro? vel necessarij pro illius vsu? vel considerentur vt Adiacens, vnitum, vel connexum feudo? & quid si ipsi introitus burgensatici, confusim cum redditibus feudi, exigi erant soliti, & annotari in annotationibus Aerariorum? vbi notabiliter ex dictis allegationibus.

CAPVT XVIII.



PVlcherrimus fuit articulus latè discussus in causa vertente olim, inter Marchionem Capursij; & Serenissimam Re-
1 ginam Poloniæ, num. s. legato feudo veniant introitus burgensaticj, particulari titulo acquisiti cum pacto de retrouendendo? & quid stantibus clausulis infra considerandis? In qua causa scripsit pro dicto Marchione *Camillus de Medicis*, vt est
2 videre in eius *cons. 7.* dicens, dictos annuos introitus burgensaticos, in dicto legato comprehendi, at pro Serenissima Regina, scripsit vir ille
3 omnibus memorandus sœculis *Fabius*

4 *bius Marthasius*, qui fundauit dictos
annuos introitus burgensaticos mi-
nimè, etiam cũ generalissimis clau-
sulis comprehendi, vt vidi ex
quadam eius allegatione manu-
5 scripta, cuius dicta cum longè ve-
riora,& solidiora dictis per *Camill.*
de Medic. cẽseam, idcircò dico quo-
ad primum dubium, nullo pacto
6 tale legatum dictos annuos introi-
tus burgensaticos includere, & hoc
primo considerando tale legatum
feudi circumscriptis clausulis (de
quibus infra dicemus) si quidem
7 isti annui introitus non possunt dici
contineri sub castro, siue feudo, cum
loco non circumscribantur, & pro-
8 pterea legato castro cum ibi existen-
tibus, non continentur instrumenta,
siue nomina debitorum illic reper-
ta, *ad tex. in l. Caius de leg. 2. & l.*
vxorem, *§. legauerat, & l. si mihi ma-*
nia, ff. de leg. 3. quæ iura allegantur
per *Oltrad. in conf. 163.* qui hoc dicit
expresse, *Afflict. in cap. 1. nu. 29. quid*
sit inuestit. & cumulat *Iason in l. fin.*
num. 5. ff. de constit. princip. nomina
9 enim debitorum, & annui introitus
loco non circumscribuntur, vt latè
Decius in cõs. 137. in princ. Tiraquell.
in suo retr. lignag. §. 1. glos. 6. num. 3.
10 neque tamquam immobilia, gratia
Castri perpetuo destinata isti annui
introitus burgensatici, considerari
possunt (quo casu includerentur, si-
11 cuti legata domo, legata cẽsẽtur, &
immobilia in ea existentia, licet ei
non sint affixa, ad *tex. in l. cætera, §.*
hoc Senatus, ff. de leg. 1. & ibi notãt Ia-
cob. de Aret. Alex. & Iason. in final.
12 *verbis*, sicut etiam in contractu ven-
ditionis, ad *tex. in l. fundi, §. labeo, ff.*
de act. empt.) siquidem non possunt
vti talia immobilia iudicari, postquã
iam supponimus adesse pactum de
13 retrouendendo, quo stante non po-
test considerari destinatio, ad quod
14 facit optimus, *tex. in l. ex facto, §. ve-*
rum. ff. de hæred. instit. ibi (*alioquin si*
aliquo tempore quis trãstulit in alium
locum, non vt perpetuo ibi haberet, sed
vt denuò ad pristinum locum reuoca-
ret, neque augebit quo transtulit, neque
minuet vnde transtulit) neque pos-
15 sunt dici necessarij ad castrum pro
illius vsu, (quo casu includerentur,
16 pro vt dicimus in armis, vt tradunt
Io. Andr. in add. ad speculat. tit. de iu-
risd. omn. iudic. §. pastoralis Oltrad. vbi
supra. & est *tex. in l. patronus, §. codi-*
17 *cillis de leg. 3.*) neque considerari
possunt tamquam accessorij ex ne-
18 cessitate, (quo casu continerentur,
vt tradit *Bald. in cap. 1. num. 11. de*
capit. qui cur. vend. qui ad hoc alle-
gat *Tex. in l. sed ædes, §. si quis mu-*
19 *lierem, ff. locat.*) postquam non sunt
necessarij pro vsu castri, neque illi
accessorij, nec voluntarij, nec neces-
sarij, cum principaliter de per se
consistant.
20 Nec tandem considerari possunt
vt adiacens, siue additamentum, siue
vt vnitum, vel connexum castro (vt
alios modos inclusiuos in legato,
hic non pertinentes pertranseamus
quo casu ex dispositione iuris, id
21 quod adiectum est rei legatæ, illi-
que destinatum est à testatore, in
legato rei comprehenditur, ex re-
gula, *l. si ex toto l. quod in rerum, §. si*
quis post testamentum de leg. 1. l. cum
22 *fundus de leg. 2.* idque procedit sine
difficultate si vniuersitas legata fue-
rit, *l. grege de leg. 1. & l. si peculium de*
23 *leg. 2.* quæ regulæ etiam in contra-
ctibus locum sibi vendicant, *ad tex.*
in l. si id quod, ff. de peric. & comm. rei
24 *vend.* quamuis *Alex.* in additamento
ex fortuna hoc dictum procedere
asserat *in d. l. si ex toto num. 9.* non
autem si ex facto hominis, cuius cõ-
25 trarium existimarunt *Decius in*
cõs. 4. & Ripa in alleg. l. si ex toto n. 4.)
26 nam in primis negatur præsupposi-
tum, quod fuerint additi, siue
27 vniti feudo, quia vnio in dubio non
præsumitur, vt est optima *glos. in l.*
prædia, §. fin. ver. comprehendissent, ff.
28 *de fund. instr.* & eam allegantì in-

cumbit onus probandi, ex regula,
*l. si qui, & l. si vacantia ibi (fide con-
stiterit) Cod. de bon. vacant. lib.* 10. per
quem *textum* ita arguit in vnione
Ripa omnino videndus *in lib. 1. re-
sponsor. de legib. & long. cõsuet. in 1. co-
lum. num.* 2. vbi subdit quod vnio fa-
29 cti est, & propterea non est præsu-
menda, nisi probetur, ex regula, *l. in
bello, §. capti, ff. de capt. & postl. reuers.*
facit *tex. in l. in rem actio, §. item quæ-
cumq. vers. at in hoc, ff. de rei vendic.*
vbi *Iur. cons.* inquit in propria sua
quæst. singulas partes retinere suã
propriam speciem, per quæ verba
30 *ibi Bald.* infert quod non dicuntur
vnita illa, quæ retinent diuersitatem
ad inuicem, & *Bald.* refert, & sequi-
tur *Ripa vbi supra num.* 56. nulli au-
tem dubium est diuersam esse natu-
ram burgensaticorum, & naturam
feudalium, cum burgensatica, siuè
31 allodialia sint libera, & à nemine ;
nisi à deo recognoscantur *c. 1. de al-
lodial. vbi Bald. & cæteri DD.* & latè
Curt. Iunior. in cons. 109. *num.* 1. feu-
32 da autem non sunt libera, sed serui-
tutes appellãtur, *Bald. in l. si certis
annis num.* 17. *Cod. de pact. Isern. in
cap. 1. §. huius autem generis, num.* 13.
ex quib. caus. feud. amitt. & sentit *gloss.
in l si vsufructus legatus in verb. opor-
tere de vsuf.* per quam hoc idem di-
xit *Iason in l. si tibi, §. fin. num. 5. de
leg.* 1. & ideo dixit *Curtius dicto cons.*
109. quod tamquam diuersa ponun-
33 tur allodialia, & feudalia, & materia
feudorum habet suas particularita-
tes, quæ naturæ dicuntur, *Bald. cons.*
34 352. & materia feudorum dicitur
scientia particularis, de per se, *Bald.
cons.* 198. *num.* 2. *lib.* 3.
35 Ex hoc maximè procedit, cum
vnio, ex qua mutatur natura allodij
in feudum, non possit fieri sine as-
sensu principis *Andr. in cap. 1. n.* 11.
de contr. feud. apud part. termin. assen-
36 sus autem facti est; quinimo additũ
feudo, quod de per se stare potest,
non censetur iure feudi, & proinde

ad successores feudalium non spe-
ctat, sed ad hæredes succedentes in
allodio, & si extraneos, *cap. 1. §. e cõ-
trario vbi Isern. & cæteri de inuest. de
re alien. fact. vbi scribentes comm. s.
Bald. num. 1. Aluar. num. 1. Marin. de
Caraman. in vers. extra glos. pone* &
*Prepos. num. 1. & Afflict. num. 1. hinc
Bald. ibi num. 4. vers. numquid*, dixit
37 quod si quis habens castrum sine
iurisdictione, postea illam emit, iure
feudi non censetur, & proinde eo
mortuo sine legitimo successore in
feudo, ad dominum, ad quem feu-
dum reuertitur non pertinet, sed ad
alios extraneos successores in bur-
gensaticis, quia, inquit, separabilia
sunt, quem ibi sequuntur *Aluarat.
num. 4. vers. quæro quid, & Afflict. n.* 1.
38 *vers. idem si vassallus*, licet contra-
rium existimauerint *Marin. & Pre-
pos.* quæ omnia ex abundanti sint
dicta, nam satis superque constat in-
troitus istos, de quibus agimus, al-
lodiales esse, imo nec dici feudo su-
biectos.
39 Nec potest additamentum, siue
vnio introituum cum feudo, fundari
ex confusione redituum istorum, cũ
introitibus feudalibus ex annota-
tionibus ærariorum, ex regula, *l. 1.
ff. de reb. dub. & l. pradijs, §. Titio,
& §. Balneus, & l. patronus, §. sempro-
nio, ff. de leg.* 3. ad quod conferunt ea
quæ dicit *D. Prases S. C. Merlin. in*
40 *tom. 2. cap.* 73. nam ista sola red-
ditũ confusio non sufficit ad vnio-
nem inducendam, & vt aliquid con-
tineatur sub legato alterius, sed plu-
41 ra requisita desiderantur, & pro-
pterea *textus in dicto, §. Titio*,
sub literis, & rationibus ad hoc vt
appellatione Seianorum, Gabiniana
42 quoque contineantur, *cum tex. in di-
cto §. balneos* requirunt etiam, quod
vno pretio comparata, vel instructa,
coniunctaq; fuerint; & propterea isti
introitus nec vniti, nec additi feudo
dici possunt, & propterea sub regula
43 negatiua remanent quod non ve-
niant

niant tamquam diuersorum nominum, & diuersorum effectuum, & diuersæ naturæ, vt ex his, quæ latè arguendo ad partem negatiuam, tradit *Oltrad.consf.121.nu.6.* hinc *Bald. in cap.1.de capitan. qui cur. vend.* referens adamussim quæstionem *Ol-*
44 *tradi* existimauit, quod si eodem titulo possideantur castrum & territorium, vtrumq; intelligitur esse recognitum, secus si diuerso titulo, quem referunt, & sequuntur *Aluarot.ibi nu.4.* pro qua conclusione fa-
45 ciunt *tex.in d.* §.*balneos ibi (& vno pretio comparate) & in dicto* §.*appellatione ibi (si vno pretio cum domo comparata fuisset.)*
46 Quinimo facta donatione siue venditione alicuius villæ cum omnibus iuribus, non venire in ea, illa, quæ sunt alterius iuris separati à re expressæ concessa, nec naturam verbi vniuersalis ea comprehendere, existimauit *Innocent. in cap.ex literis num.1.circa medium ext. de iure pat.* quem referunt, & sequuntur *Bald.in rub. Codic.de contrah.emp.num.9.in quæst.9.Aluar.in cap. in generali n.1. circa medium si de feud.def.milit.fuer. contr.* & sentit *Decius in l.quoties n.2. de reg.iur.* & vt magis articulum restringamus, dico pro hac nostra opi-
47 nione esse *textum notabilem in l. in prædijs de leg.3.* vbi I.C.decidit quod legatis prædijs cum reliquis actorũ, & colonorum, ea reliqua videntur legata, quæ sunt de reditu prædiorũ, illorum occasione contracta, recipiunt enim declarationem ab illis verbis *(prædijs)* vt ibi declarant *glos.*
48 *& Alberic.* sic in nostro proposito, legatum hoc feudi cum iuribus, & introitibus intelligi debet de reditibus ipsius feudi, & sic feudalibus, & facit etiam *tex.in l.cum pater, §.dulcissimis de leg. 2.* quia autem resolutio huius capitis recipit multas notabiles ampliationes, ideo eas ponã in sequentibus capitibus.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio prima, resolutionis in antecedenti capite contentæ, vt illa procedat, & si Testator dixisset (lego feudum, cum pertinentijs, vel spectantibus, & pertinentibus.) & n.20.*

2 *Introitus burgensatici, dici non possunt de pertinentibus, vel spectantibus ad castrum, & proinde, hoc legato cum pertinentibus, & spectantibus, non veniunt.*

3 *Quæ sub verbis non continentur, neque continentur sub dispositione.*

4 *Pertinentiarum nomine, ea continentur, quæ statuto, consuetudine, aut lege, deputata sunt vt veniant.*

5 *Innocent. verba referuntur.*

6 *Iurisdictio, qua vsus fuit concedẽs ratiõne Castri, venit pertinentiarum appellatione.*

7 *Qui dicit aliquid de pertinentijs esse, probare tenetur.*

8 *Pertinentiarum nomine, ea continẽtur, quæ sunt in re, non autem ea, quæ sunt extra rem.*

9 *Castro vendito cum pertinentijs suis, non veniunt res in territorio Castri existentes, particulari titulo acquisite per vendentem; & de ratione, n.10.*

11 *Feudo concesso à Rege cum Iuribus, & pertinentijs, non veniũt burgensatica existentia in Territorio feudi concessi; amplia etiam si dicta burgensatica effecta feudalia ad Regem rediſſent præter*

legem, & naturam feudi, sed alio titulo, & postea fuisset facta dicta concessio cum Iuribus, & pertinentijs, nam neque dicto casu ea venient, vt num. 12. quamuis contra teneat Bald. nu. 13. sed non recedendum est a prima, n. 15.

14 *Castro, vel Ciuitate concessa cum iuribus, & pertinentijs suis, molendina comprehenduntur, quæ in dominio concedentis erant: intellige, vt n. 16.*

17 *Dictio, cum, coniungit accessoriè, non principaliter.*

18 *Legatum fundi cum instrumento, & legatum fundi, & instrumenti differunt, & in quo, ibidem.*

19 *Tex. in l. prædia, §. ita legatum, ff. de fund. instr. ponderatur.*

ARGVMENTVM.

Legato feudo, num veniant introitus Burgensatici particulari titulo acquisiti (vt in Capite antecedenti quæsitū fuit) si Testator in legato dixisset (*lego Castrum cum pertinentijs, vel spectantibus, & pertinentibus*) vbi natura prædictorum verborum radicitus ponderatur, & etiam poderatur natura dictionis, *Cum*, num coniungat principaliter, vel tantum accessoriè? & in quo differat a dictione, *Et*, expenso *tex. in l. prædia, §. item legatum, ff de fund. instr.*

CAPVT XIX.

1 PRima sit ampliatio vt resolutio antecedentis capitis procedat etiam si testator in legato dixisset (*lego castrum cum pertinentijs, vel spectantibus, & pertinentibus*) nam neque hoc casu comprænenduntur dicti introitus burgen-
2 satici; siquidem isti non possunt dici de pertinentibus, siue spectantibus ad castrum prædictum, seu feudum, & per consequens est dicendum in
3 legato non includi; nam quæ non continentur sub verbis, non continentur sub dispositione, ex regula, *l. 1. §. loquitur, ff. de aqua quot. & æstiu.*
4 illa namque pertinentiarum appellatione, siue nomine continentur, quæ statuto, vel consuetudine, vel lege, deputata sunt vt veniant, *Innocent. in cap. ad sedem*, *num. 2. vers. & dici ext. de restit. spoliat.* quem referūt & sequuntur *Bald. cons. 468. num. 3. 3. p. & cons. 420. num. 5. par. 1. & cons. 445. num. 6. 5. p. Abb. in dicto cap. ad sedem num. 11. circ. medium*; ait enim
5 *in loc. cit. Innoc. (licet si de pertinentijs Castri agatur, nihil corporale nouimus deputatum à iure, quod sit de eius pertinentijs, sed tantum ab hominibus, vel eorum statutis)* & propterea dixit
6 *Bald. in cons. 145.* quod illa iurisdictio, qua vsus fuit concedens ratione castri, venit appellatione pertinentiarum, & includitur in concessione cum pertinentijs, ad quod plura iura allegat *3. volum.* qui ergo
7 vult dicere aliquid de pertinentijs, debet illud probare, *Alex. in cons. 55. nu. 19. vers. quæritur an 1. volum. Cur. Iunior. cons. 158. nu. 28.* ad quod facit *tex. in l. legaui, ff. de liber. leg. l. si sic, §. 1. de leg. 1.* vbi notant *Bart. nu. 4.*

Ol-

Oltrad. conf. 164. *viso privilegio*, & cumulat *Capyc. in sua inuest. feu. in verf. cum iuribus, & pertinentijs.*

8 Et insuper sub hoc nomine pertinentiarum continentur ea, quæ sunt in re, non autem ea, quæ sunt extra rem, *Isern. in cap. si vero violata §. hæreditatem, num.* 12. *verf. videmus hodie, de pace ten. post Innocent. in dicto c. cum ad sedem.* hinc DD. *in l.* 3.

9 *ff. de acquir. poss.* existimauerunt vendito Castro cum pertinentijs suis, non venire res in territorio Castri existentes particulari titulo per vẽdentem acquisitas, vt illa oratio vniformiter intelligatur, *arg. tex. in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. subst.*

10 res enim illas possidet vt priuatus, & non tamquam Baro, vendens, ita Imola (licet vtatur verbo fortè) *in d. l.* 3. *in finalibus verbis, Alex. num.* 23. *in verf. circa istam quæstionem, Iason in l. fin. num.* 7. *de constit. princ.* Affl. *in d. cap.* 1. *num.* 10. *de capitan. qui cur. vend. Puteus de reint. feudor. in cap. num si dominus Baronia fol.* 107. *at.*

11 Imò in fortioribus terminis concessionis feudi factæ à Rege cum iuribus, & pertinentijs, non veniunt huiusmodi burgensatica existentia in territorio feudi concessi, vt sentiunt *Isern. & cęteri in cap.* 1. *de controu. feudi apud part. term. num.* 11.

12 *verf. & si in terra*, vbi id ampliat, etiã si huius modi burgensatica, effecta feudalia ad Regem redierunt, non ex lege siue ex natura feudi, sed alio titulo, & postmodum per Regẽ fiat concessio cum iuribus, & pertinentiis, hoc idem sentit *in d. cap.* 1. *nu.* 13. *ex quib. cauf. feud. amitt.* & hoc dictum sequitur *Puteus de reint. feud. in cap. pone quod Rex fol.* 66. vbi exẽplificat, quando ad Regem reperuenit titulo emptionis, *& Afflict. ibi. f. in d. c.* 1. *num.* 50. *verf. hoc præmisso. de controu. feud. apud part. termin. & in prælud. constitut. in* 25. *quæst. num.*

13 quamuis contrarium in hoc putet *Bald. in d. cap.* 1. *num.* 4. *de Capitan. qui cur. vend. verf. ego idem in molendinis,*

14 dicens concesso Castro, siue Ciuitate cum iuribus, & pertinentijs suis, comprehendi molẽdina, quæ erant in dominio concedentis, quem sequitur *Corn. in conf.* 321. *lit. N. vol.* 3.

15 cum non sit recedendum à prima opinione, vel posset intelligi opinio

16 *Baldi*, vt procedat, quando molendina ad concedentem spectarent ratione Castri, secus si iure priuato, ita notabiliter distinguit *Ripa in l. quo minus n.* 130. *verf.* 2. *q̃ritur ff. de flum. & Corn. ibi* in verbis illis *(ad ipsos spectabant ratione dominij vniuersalis dicti Castri.)*

Et ampliatio prædicta quod sub verbis *(cum pertinentijs)* prædicti introitus non comprehendantur,

17 cõprobatur ex regula, quod dictio, cum, coniungit accessoriæ, & non principaliter, *l.* 1. *& 2. de pecul. leg. Bart. in aut. ingressi num.* 14. *&* 15. *Cod. de sacrosf. eccles. & idem Bartol. in l. si cum fundum n.* 1. *de fund. instr.* vbi

18 ponit differentiam inter legatum fundi cum instrumento, & legatum fundi & instrumenti, nam primo casu, inquit legato cedere tantum instrumentum fundi, quod fundo accessoriè accedit, secundo verò casu etiam ea quæ in fundo æquè principaliter essent, cum ergo isti introitus non stẽt accessoriè, sed per se principaliter, non possunt includi.

Et vt tandem hunc articulum circa hanc ampliationem absoluam, in materia nostra vltimæ voluntatis,

19 adduco *tex. in l. prædia, §. ita legatum verf. fundum legauit, ff. de fund. instr.* vbi decidit *Iuris conf.* quod legatis fundis Cassiano, & Numeriano cum suis Salictis, & Syluis, non comprehendũtur Salicta, & Syluę existẽtes in agellis adiectis dictis fundis, licet omnes vno pretio testator cõparauerit, nec sine dictis agellis fundi coli possint, vnde si in eo *tex.* ita præcisè attenditur significatio illorum verborum *(& salictis suis)* vt non compre-

pre-

prehendantur Salicta, quæ erant in agellis adiectis vno pretio comparatis ex gratia dictorum fundorum, à fortiori hic dicendum est, vt sub 20 dictis verbis (*cum pertinentijs, & illis pertinentibus, & spectantibus*) non comprehendantur introitus isti, qui nullo pacto accessorij dicti feudi possunt considerari.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio secunda resolutionis in cap. 18. contentæ, vt ea procedat etiam si testator in legato facto de feudo cum pertinentijs, & pertinentibus, addiderit verba (modo, & forma, prout ipse testator tenuit, & possedit) & num. 4.*

2 *Verba (prout testator tenuit & possedit) operantur, vt per ea, tantum contemplata videantur iura respectu personæ dominantis, non autem respectu rei legatæ, & sic omnia iura, quæ testator habebat legata videntur, & si ad ipsam rem legatam non pertinentia.*

5 *Verba (pro vt tenuit) in legato feudi, includunt omnia, etiam si sint extra naturam ipsius feudi legati.*

6 *Clausula (pro vt tenuit, &c.) non inducit ampliationem legati circa nouam rem, non inclusam in præcedentibus verbis.*

6 *Clausula (prout tenuit) respicit qualitatem corporis legati, & circa idemmet versatur.*

7 *Dictio, ac, est copulatiua, & repetit qualitatem præcedentis legati, in sequenti.*

8 *Forma, & modus præsupponunt rē extare, & versantur circa materiam, & substantiam rei existentem.*

9 *Aduerbium (prout) qualificatiuè ponitur, & limitatiuè; & non respicit substantiam, sed qualitatem: & idem n. 12.*

11 *Legatum de centum v. g. (prout testator declarauerit) eo non declarante, adhuc valebit.*

13 *Legata Villa (vt testator possedit cum suppellectili) tantum specialiter expressa, continentur.*

14 *Textus in l. si mihi mauia, ff. de leg. 3. ponderatur; & tex. in l. prædijs, §. Titio, ff. de leg. 3. inducitur, vt num. 15.*

16 *Verbum (tenuit, & possedit) ne idem significent, verbum, tenuit, refertur ad factum, verbum autem, possedit, ad ius.*

ARGVMENTVM.

Resolutio firmata supra in cap. 18. & ampliata in proximo præcedenti capite, num procedat etiam si Testator in legato, quod fecit de feodo cum pertinentijs, & pertinētibus addiderit verba (*modo & forma, prout ipse Testator tenuit, ac possedit*) vbi recensetur dictorum verborū natura, num si ea apta sint comprehendere non tantū iura

iura respectu personæ dominantis, sed etiam respectu rei legatæ, etsi ad eam non spectātia? & quæ sit vis clausulæ (*prout ac*) & vis illorum verborum (*forma, et modo*) circa quæ in præsenti capite contenta, inducuntur *tex. in l. si mihi Mauia, ff. de leg. 3. & in l. pradijs, §. Titio de leg. 3.*

CAPVT XX.



1 Ecunda fit ampliatio vt neque hi introitus comprehendātur, etiam si testator in legato quod fecit de feudo cum pertinentijs, & pertinentibus, addiderit verba (*modo & forma prout ipse testator tenuit ac possedit*) nam licet per
2 verba ista contemplara videantur iura respectu personæ dominanris non autem respectu rei legatæ, & consequenter omnia iura, quæ testator habebat, & possidebat, videntur legata, & si ad rem ipsam legaram non spectantia, ex his quæ tradunt *Bald. in d. cap. 1. num. 16. & cęteri ibi de capit. qui cur. vend. Roman. in cons. 444. post num. 7. & Corn. d. cons. 321. lit. N. circa finem*; per illa enim ver-
3 ba (*prout tenuit*) ad personam relata, videntur omnia comprehendi, licet extra naturam feudi legari, per *tex. in l. quęsitum, §. pradia, & in l. prędijs, §. 1. & l. qui habebat, §. peto fundum de leg. 3. & in l. pradia, §. ita legatum est & in l. seia, ff. de fund.*
4 *& instr. leg.* tamen his non obstantibus concludo, sub verbis prædictis tales inrroitus non contineri;
5 siquidē in hac clausula (*prout, &c.*) non fuit testatoris intentio ampliādi legatum circa nouam rem non inclusam in verbis præcedentibus,
6 & sic clausula prędicta respicit qualitatem corporis legati, & circa idēmet versatur; & quod hæc fuerit testatoris intentio, paret primo considerando dictionem illam (*ac*) quæ
7 est copolatiua, & repetit qualitatem præcedenris legati in sequenti, *ad tex. notabilem in l. seje §. Caio. ff. de fund. & instr. leg.* & sic in casu nostro comprehendere debet ea, quæ sunt eiusdem qualitatis cum feudo.

Secundo sunt consideranda verba illa (*forma & modus*) cum for-
8 ma & modus præsupponant rem extare, & versentur circa materiam, & sic circa substanriam rei existentem, ex his quæ tradit *Bald. in tract. de iur. prothom. col. 5. vers. at pone.*
9 Tertiò considerando illud aduerbium (*prout*) quod qualificatiuè ponitur, & limitariuè, *ad tex. in l. edita ibi (prout) iuncta glos. ibidem Cod. de edend. Bald. num. 109. & notat Bart. in tract. ad reprimendum in vers. prout,*
10 vbi dicit quod hoc aduerbium respicit qualiratem, & non substantiā,
11 ex quo inferr quod legatum de cētum, prout testator declarauerit, eo non declaranre adhuc valebit, & magis in indiuiduo quod verba prę-
12 dicta (*prout possedit*) demonstrent qualirarem possessionis, & sic non respiciant substantiam rei legatæ, scripsit *Alberic. post Oltrad. in l. cum dilationis, §. quadam, ff. de fund. instr. & instr. leg.* qui *tex.* multum est ad
13 propositum, dum disponit quod legara Villa vti testator possedit cum suppellectili, continentur ranrum specialiter expressa, & sic in casu nostro non censenrur ex dictis verbis legatæ res, extraneæ à corpore expressæ legaro.

Hinc etiam notabiliter decidit I.C. *in l. si mihi mauia de leg. 3.* quem citat *Oltrad. in cons. 163. & cons. 268.*
14 *num. 5.* quod facto legaro fundorū cum clausulis amplissimis, & vt maximi

ximi sunt, eosque in diem mortis testator possedit, non venit tabularium, nec nomina debitorum, sicuti
35 in simili facto legato fundorum Seianorum sicuti comparati sunt, non veniunt Gabiniani ex verbis illis (*sicuti comparata sunt*) & si simul & vno pretio comparati fuerint, nisi &
36 literis, & rationibus appellatione Seianorum, Gabiniani quoque contenti fuerunt, & vtriusq; confusi reditus, titulo Seyanorũ acceptilati essent, inquit I.C. in *l. pradys*, §. *Titio de leg. 3.* & sic verba illa non extenduntur ad alia extranea à corpore legato, & ne verba illa (*tenuit, & possedit*) idem significent, verbum te-
37 nuit refertur ad factum, verbum autem possedit, ad ius, *Bart. in l. si stipulatio ista*, §. 2. *num. 3. ff. de verb. oblig.* ex quibus remanet verissima hæc secunda ampliatio, & deueniamus ad aliam.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio tertia resolutionis firmata in cap. 18., vt ea procedat etiam si in legato facto de feudo prout testator tenuit, ac possedit, adessent verba (quomodocumque, & qualitercumque) & si pluries fuerint geminata: & idẽ n. 4. & 26 & ratio, num. 5. & quis sit sensus talis legati cum dictis aduerbijs facti, n. 9.*

2 *Aduerbiorum (quomodocumque, & qualitercumq;) natura, comprehendere videtur quamcumq; causam possessionis, & actum acquisitionis, si ea fuerint in legato alicuius rei adiecta: intellige, vt n. 24.*

5 *Geminatio auget sensum, & significatum verborum geminatorum.*

6 *Tex. in l. hæres meus, §. vxori, ff. de leg. 3. recensetur, & in l. fin. ff. de reb. dub. num. 7.*

8 *Clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, continuata scriptura prolata.*

10 *Verba in fine posita regulantur à specificatis, & illis similia comprehendunt, & non alia.*

11 *Tex. in l. fin §. cum dulcia, ff. de vin. trit. & oleo leg. tamquam notabilis recensetur.*

12 *Verbum vniuersale (omnia) recipit declarationem ab antecedentibus verbis.*

13 *Tex in l. seia, §. Caio, ff. de fund. instr. affertur.*

14 *Generalitas ad specificatá trahitur; vnde diminutionem, modificationem, & specificationem recipit ex præcedentibus verbis, nec vltra ipsa amplius euagatur: vt n. 15.*

16 *Clausula vniuersalis trahitur ad similia: & non comprehendit alia, quæ non sunt eiusdem generis, & conditionis specificatorũ, vt nu. 17. & non trahitur ad casus habentes diuersam rationem, vt n. 18. & idem in qualibet dispositione affirmatiua, vt num. 19.*

20 *Liberatio administrationis relicta quamuis verbis vniuersalibus, non comprehendit pecuniam, quę vendicari poterat extra causam administrationis.*

21 *Dictiones vniuersales restringuntur*

tur secundum naturam actus, cui attribuuntur.

22 *Verba quantumuis latissima, restrictionem recipiunt in materia legati.*

23 *Aduerbia non inducunt ampliationem ad alia dissimilia, vel maiora expressis.*

25 *Legatum non augetur ex geminatione verborum vniuersalium.*

ARGVMENTVM.

Resolutio in cap. 18. firmata & in præcedentibus Capitibus ampliata, num procedat etiã si in legato de feudo, fuissent apposita verba (*quomodocumque, & qualitercumque*) adeò vt neq; tunc introitus burgensatici veniãt? vbi natura dictorum verborum perpenditur, et qui sit eorum sensus? et expenduntur notabilia Iura *in l. fin. §. cum dulcia. ff. de vin. trit. & oleo leg. et in l. seia, §. caio, ff. de fund. instr. et in l. hæres meus, §. vxori, ff. de leg.* 3. *et in l. fin. ff. de reb. dub.* cum alijs multis, vt intus.

CAPVT XXI.



Ertia fit ampliatio principalis resolutionis firmatæ in
1 capite 18., vt nec isti introitus burgensatici comprehendantur ex verbis illis, in legato de tali feudo, appositis (*quomodocumque & qualitercũque*) etiam si pluries aduerbia prædicta geminata fuerint, nam & si na-
2 tura istorum aduerbiorum vniuersalium, comprehendere videatur quemcumq. acquisitionis actum, & quamcumque causam possessionis, ex his quæ scripsit *glos. in clement. 2. vers. quomodolibet de sent. excomun. & Hypolit. in cons. 80. num.* 38. & licet
3 etiam natura geminationis dictorũ verborum, videatur augere sensum, & significatum ipsorum, ex regula *l. Balista ad Trebell.* alias enim superfluè essent appositæ, contra regulam, *l. si quando de leg. 1.* tamen his
4 non obstantibus vera est conclusio, quod ex vi dictorum verborum, isti introitus nullo pacto possint comprehendi; quod probo primo cò
5 quia hæc aduerbia referri debent ad omnia præcedentia in legato contenta, cum hoc fieri possit salua ratione recti sermonis, & non sequatur absurditas, neq. dispositorum
6 correctio, *ad tex. in l. hæres meus, §. vxori de leg. 3.* vbi verba illa, *omne paratum*, in fine posita, referuntur ad omnia præcedentia in legato con-
7 tenta, & expressa; est etiam *tex. in l. fin. ff de reb. dub.* vbi legatum alimentorum in fine positum, ad omnes seruos non omissos refertur, ex quo *tex. Bart.* regulam sumit summando
8 illum, quod clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia continuata scriptura prolata, & facit etiam, *l. talis scriptura, §. fin. de leg. 1. l. 1. Cod. de lib. præter l. 3. §. filius de*

liber. & posthum. cap. causam quæ de rescript.

10 Secundò probo, eo quia verba in fine posita regulantur à specificatis, & illis similia comprehendunt, &

11 non alia, ad notabilem *tex. in l. fin. §. cum dulcia, ff. de vin. trit. & ol. leg.* vbi decidit I. C. quod si legentur dulcia, mustum, vue ficus, & alia ibi expressa continentur; si verò legatũ fuit vinum amphoranum, & dulcia omnia, nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset legato cõtinebitur, & sic significatio illius verbi vniuer-

12 salis (*omnia*) recipit declarationem ab antecedenti verbo, vino, & ad

13 idem facit *tex. in d. l. scie, §. caio, ff. de fun. instr.* vbi legatum domus superioris in fine appositum recipit qualitatem instructam à legato antecedenti, in quo fundi instructi legati fuerunt, facit, *l. si de certa Cod. de trãs.* & hoc ipsum tradit Bart. *in l. Aurelio, §. caius, n. 10. de liber. leg.* & hanc re-

14 gulam vt generalitas ad specificata trahatur, tradit *Alex.* Brun. *cons. 81. num. 11.* vndè notabiliter voluit *Ol-*

15 *trad. in cons. 8. num. 1.* quod generalitas, & vniuersalitas sermonis postremo loco prolati, diminutionem, modificationem, & specificationem recipit ex præcedenti, nec vltra ipsã amplius euagatur, allegat *tex. iuncta glos. in l. quoties,* Cod. *famil. ercisc. l. legatorum, §. qui plures de leg. 2.* & pulcre etiam voluit Roman. *in cons. 27.*

16 *num. 2.* vt vniuersalis clausula trahatur ad similia, & non ad maiora expressis, seu ad dissimilia, *Innoc. in dicto cap. ex literis, §. 1. de præbend.* vbi

17 Card. dicit quod clausula generalis non comprehendit alia, quæ non sunt eiusdem generis, vel conditio-

18 nis specificatorum, prout nec etiam trahitur ad casus habentes diuersã rationem, vt consuluit etiam *Craueit. cons. 256. num. 6.* qui dixit quod

19 dispositio vniuersalis affirmatiua restringitur ad casus habentes eandẽ rationem, & non extenditur ad ca-

sus habentes diuersam rationem, ad quæ confert quod dicit *glos. notab. in l. Aurelius, §. mauia in verb. pupillæ, ff. de liber. leg.* quam refert, & sequitur *Alex. in cons. 170. num. 6. vers. & ibi*

20 *volum. 2.* quæ ait quod liberatio administrationis relicta quantumuis verbis vniuersalibus, non comprehendit pecuniam, quæ poterat vendicari extra causam administrationis tamquam à quolibet priuato, &

21 denique huiusmodi dictiones restringuntur secundum naturã actus, cui attribuuntur, *Tiraquell.* qui & alia cumulat *in tract. de retr. lignag. glos. 7. num. 26. & seqq. Couar. lib. 3. variar. cap. 17. num. 7. vers. nam hę*

22 *clausulæ*: & quod verba quantumuis latissima, recipiant restrictionem in materia legati, est *tex. in d. l. si mihi mauia de leg. 3.* & latius de hac re habes in meo 4. *respõso* (*inter illa quinque* quæ, in primis meæ pueritiæ annis, Typis mandaui) impresso.

Probo tertiò, quod cum hic non tractemus de dictionibus substanti-

23 uis, sed de aduerbijs, non potest intelligi ampliatio ad alia dissimilia, vel maiora expressis, ita pulcrè, & notabiliter tradit *Felyn.* qui alios quam plures adhoc cumulat *in cap. sedes 8. colum. ext. de rescript.*

24 Vnde in contrarium dicta procedunt, quando dictiones vniuersales absolutè ponuntur, secus si species præcedant, à quibus recipere possint interpretationem, vt ad illas tantum referantur, vel ad similia, seu ad habentia eandem rationem, ex supra dictis.

Nec fundamentum fieri potest circa geminationem istorum verborum vniuersalium in hoc legato, nã

25 ex geminatione non augetur legatum, vt ex *d. l. si mihi mauia,* & ex his remanet, quod nec ex vi prædictorũ verborum vniuersalium, & si geminatorum, tales introitus includi pos-

26 sint, quare est concludendum, in legato de feudo, & si cum omnibus

supra-

supradictis amplissimis clausulis nō comprehendi hos burgensaticos introitus in eo particulari titulo acquisitos: & hæc sunt quæ potui colligere,& hac nostra methodo disponere,ex dictis aureis allegationibus tanti viri *Fabij Marchesij*, quæ non putaui silentio prætermittenda, sed perpetuitati ad posteritatis fauorem commendanda,reprobato *Camill.de Medic.d. consil.7.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus num possit retrouendere census, seu annuos introitus dotales absq. vxoris consensu in beneficium debitoris rementis? negatiuè,n.2. Sed contra quinimò posse,num.8.11.& 12.& quomodo resoluat. Author,n.17.*

3 *Debitor annui redditus dotalis, non liberatur soluta sorte principali marito; sed contra,num.9.quod ampliatur etiam si maritus non sit soluendo, vt n.10.*

4 *Io: Antonius Parisius laudatur.*

5 *Maritus assimilatur vsufructuario;sed contra, n.15.*

6 *Vsusfructuarius censum retrouendere non potest; Et debitor illi capitale soluens, non liberatur, num.14.*

7 *Authoritas D.Pauli Staibani Iunioris maxima est.*

13 *Authoritates Felician.Gratian.& Rot. Romanæ Decisiones in proposito articulo, non obstare ostenditur.*

16 *Maritus potest constituere censum super re dotali, duraturum constante matrimonio,etiam vxore contradicente.*

ARGVMENTVM.

Maritus num possit retrouendere census, siue introitus dotales, absque aliquo vxoris consensu, in beneficium debitoris reementis? vbi referuntur opiniones hinc indè; Vsusfructuarius nū possit annuos introitus retrouēdere,& censum extinguere; & debitorem ipsi capitale soluentem liberare? Debitor soluens capitale marito,num liberetur, supposito quod vxor in tali receptione non interuenerit? vbi breuiter.

CAPVT XXII.



1 VLCRA est discussio quæstionis,num maritus possit retrouendere census siuè introitus dotales, absque aliquo vxoris consensu in beneficium debitoris reementis? in qua Doctissimus meus Auunculus *Staiban.Iunior in quadam allegatione impressa* pro se ipso & mea matre dilectissima,
2 Isabella Staibana, edita, docet non esse hoc licitum marito,adeò vt debitor soluens dicto marito capitale pretium ad obtinendam dictam retrouenditionem, & quietantiam, minimè liberetur, quam opinionem tenuerunt (vt ipse refert ibi) *Felycian.de censib.lib.4.cap.16.num.6.* vbi docet expresse quod debitor annui redditus dotalis, non liberatur so-

luta sorte principali marito ; cum sequitur *Gratian. discept. forens. cap. 985. num. 4. & seq. tom. 5. in fine vbi num. 9.* sic refert *per Rotam Roman. decisum* quos citat ipse *Dom. meus in dicta allegat.* vltra quos pro eadem sententia addo *Io. Baptistā de Thor. in suo compend. p. 2. vers. maritus solus*
4 vbi insertis allegationibus *D. Io. Antony Parisij*, eximij in nostris subsellijs aduocati, sic cōcludit per Sacrum Consilium decisum fuisse; dāt
5 prædicti rationem, quia (dicunt ipsi) maritus assimilatur vsufructuario,
6 qui censum retrouendere non poteest, *iux. tex. in l. vxori mea, ff. de vsufr. leg.* ad quòd sunt vidēdi *Cagnol. in l. 2. quæst. 32. Cod. de pact. int. empt. & vendit. Tiraquell. de retr. conuent. §. 1. glos. 6. num. 29. Foller. de censib. vers. instrumentum gratia num. 35. Gratian. cap. 636. num. 16. & seqq.*
Sed salua pace tantorum virorū,
7 & signanter dicti domini mei *Staib.* (cuius authoritatem omnibus prædictis anteponendam censeo) dico veriorem esse sententiam contra-
8 riam, nimirum rectè posse maritum retrouendere census, siue introitus dotales, vt docent *Gasp. Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæst. 15. num. 88. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. p. 2. cap. vlt.*
9 *§. 17. num. 4.* dicens marito dotale debitum rectè solui (quod etiam docet *Anton. Faber. in eius Codic. tit. de iur. dot. def. 4.* dicens debitorem do-
10 talem posse soluere marito, etiam quod ipse maritus non sit soluen-
11 do) & in puncto in casu de quo loquimur hanc sententiam veriorem dixerunt *Cencius de censib. p. 3. cap. 1. art. 7. num. 42. & 44. Auendan. de censib. cap. 106. Duard. de censib. §. 5. quæst. 24. per totam*, & pro eadem opinione addo *Barbat. de diuis. fruct. p. 2. cap. 3. à num. 82.* qui per plures sequentes numeros articulum ex
12 professo disputat, & cum dictis *DD.* concludit, solum maritum posse retrouendere annuum reditum redimibilem sibi in dotem datum, nec
13 est curandum de authoritate *Felycian.* nam illum expresse reprobant *Roder. vbi supra num. 79. & Barb. num. 83. Cenc. num. 42.* illiusq. opinionem nullam apud Messanensem Senatum authoritatem habuisse, dicit *Giurb. de is. 79. num. 41.* nec *Gratian. dicto cap. 985.* absolutè *Felycian.* opinionem sequitur, cum solum dicat ad tollendas difficultates, tutius esse adhibere vxoris consensum, *vt ibidem, num. 9.* prout neque rectè possunt ad id expendi *decisiones Rota Rom.* ab eodem *Grat.* relate, cum diuersus casus fuerit inibi decisus
14 .s. non posse à fructuario extingui censum, nec debitorem illi capitale soluentem liberari, qui casus est sa-
15 tis à nostra diuersus, nam maritus nō potest dici fructuarius, sed est dominus ex dicendis inferius in sequēti capite ; ideoquè & si ex iuris dispo-
16 sitione non potest census constitui nisi in re propria attamen maritus potest censum constante matrimonio duraturum super re dotali etiam vxore contradicente imponere; prout reiecta nimis scrupulosa *Felyc.* sententia communem dixerunt *Foller. in sua praxi censuali in verbo huiusmodi censualia, num. 22. Rodoan. tract. de reb. ecclés. non alien. quæst. 17. num. 20. Cencius de censib. p. 2. cap. 2. quæst. 1. art. 5. Auendan. de censib. quæst. 79. num. 5. 7. & 9. Mastrill. in add. ad Petr. de Gregor. super Bull. Nicol. V. quæst. 5. num. 109.* quos omnes refert & sequitur *Duard. d. §. 5. q. 15.*
17 *n. 16. & 29.* Hic articulus principaliter in hoc capite à me propositus ab illa alia vulgata, sed difficili, & adhuc intricata iuris quæstione dependet, an .s. maritus sit dominus dotis? si enim maritus dotis dominium non habet, procedit prima negatiua opinio ; si verò est dotis dominus, rectè nos dicimus posse maritum censum dotalem retrouendere, & debitorem liberare ; vnde de

hac

hac quæstione agamus in sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei dotalis etiam inæstimatæ viri est, non autem vxoris, matrimonio constante; ad quod multa notabilia iura expenduntur, vt nu. 2. & est magis communis opinio, vt n. 28.*
3 *Rei vendicatio soli domino competit, & ratio ibidem.*
4 *Meum dici non potest, quod vendicari à me nequit.*
5 *Rei vendicatio, denegatur vxori rem dotalem petenti, & marito conceditur.*
6 *Maritus potest seruos dotales libertate donare; & quando n. 7.*
8 *Manumissio non nisi domino conceditur; adeò vt neque concedatur liberam administrationem habenti, vt n. 9.*
10 *Seruus dotalis hæres institutus, mariti iussu adire, vel repudiare debet hæreditatem, nec vxor id illi potest iubere, nisi ei expressim à marito concedatur.*
11 *Seruus ad hæreditatem adeundam non admittitur, nisi iussu, & contemplatione domini id fiat.*
12 *Seruus fructuarius, hæreditatem adire non potest iussu eius, qui in eo vsumfructum habet.*
13 *Seruus ad adeundam hæreditatem, admitti non potest, neque ab eo, qui bona fide vt proprium, illum possideret.*
14 *Res sua nemini pignorari potest.*
15 *Seruus dotalis, potest vxori loco pignoris dari; etiam ab ipso viro, vt nu. 16.*
17 *Res aliena pignori dari non potest.*
18 *Condictio furtiua competit marito ob res dotales ab vxore amotas.*
19 *Furtum non committit, qui rem alienam non subtrahit.*
20 *Vindicationem rei furto amotæ, non habet, qui dominus non est.*
21 *Dominus fundi dominantis, si efficiatur dominus fundi seruientis, vel è contra, seruitus extinguitur, & confunditur, & quare, n. 22.*
23 *Maritus si fundum dotali prædio seruientem acquisierit, & fundũ cui suus seruiebat, in dotem accipiat, seruitus amittitur, & confunditur.*
24 *Confusio seruitutis ex acquisitione fundi dominantis, & seruientis, ex ratione dominij, tantum prouenit.*
25 *Seruitus non confunditur si vsusfructus tantum, & non plenum dominium in alterutris prædijs acquireretur.*
26 *Maritus vsucapit rem dotalem.*
27 *Titulus habilis ad transferendam vsucapiendi conditionem, est etiam habilis ad transferendum dominium; si à domino procedat.*

ARGVMENTVM.

Dominium rei dotalis inæstimatæ (nam de dominio rei dotalis æstimatæ nulli dubiũ est

est, esse illud pænes virum) cuius nam sit matrimonio cōstante, mariti nè, vel vxoris? vbi ponderantur multa notabilia iura, & recensentur multa, quæ circa dotales res, viro potius, quam vxori permittuntur.

CAPVT XXIII.



1 Ico firmissimè asseuerandum esse cōstante matrimonio, rei dotalis nō tantum æstimatæ (de qua non est dubium) sed etiā inæstimatæ dominium, ad virum, nō autem ad vxorem pertinere; & hæc est de iure verior, & receptior opinio, vtpotè, quæ & desumitur ex iuribus apertissimis, quę frequētissimo
2 DD. calculo confirmatur; nam probatur 1. *ex Vulpiani* responso *in l. dotale* 13. §. *dotale*, *ff. de fund. dot. bis verbis* (*dotale prædium sic accipimus, cum dominium marito quæsitum est*) secundo idem confirmatur ex *tex. in l. quamuis* 78. *ff. de iur. dot.* ibi (*quamuis apud maritum dominium sit.*) Tertio idem deciditur *in l. si prædium* 23. *Cod. de iur. dot.* ibi (*si vxor tua prædium dotale venundedit, nihil interest, cum rei tibi quæsite dominium nolenti auferre minimè potuerit*) & optimè illud expresse probatur ex Iustiniani Constitutione *instit. quib. alien. lic. vel non in princ.* (*accidit aliquando, vt qui dominus rei sit, alienare non possit, nam dotale prædium maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis illius sit*) hinc videmus rei vendicationem (quæ
3 soli domino competit, cum meum illud sit, cuius vindicandi ius habeo *l. solum* 56. §. 1. *ff. de rei vend.* nec
4 meum esse dicatur, quod vendicari non potest, *l. quintus mutius* 29. §. *ar-*
5 *gento, ff. de aur. & arg. leg.*) denegari vxori rem dotalem petenti, & marito concedi, vt est *tex.* apertissimus *in l. doce ancillam* 9. *Cod. de rei vindic.* (*doce ancillam dotalem esse, quo patefacto, dubium non erit ab vxore tua vin-*
6 *dicari non potuisse*) hinc etiam permittitur viro tamquam domino seruos dotales libertate donare, prout sunt clarissimi *tex. in l. dotale* 62. *ff. solut. matr. l. seruus* 21. *ff. de manum. l.* 3. *Cod. de iur. dot. l.* 1. & *fin. Cod. de ser. pign. dat. manum.* in quibus deciditur
7 rectè seruos dotales à marito locuplete manumitti posse, cum tamen
8 exploratum sit manumissionem non nisi domino concedi, *l. si proprietatē* 4. *Cod. de his qui à non domin. manum.* *sunt* ibi (*nemo enim alienum seruum quamuis vt proprium manumittat, ad*
9 *libertatem perducere potest*) adeo vt nec liberam administrationem habenti, libertatis datio concedatur, vt dixit *Pompon. in l. seruus furiosi* 13. *ff.*
10 *de man.* sic quoq. seruus dotalis hæres institutus, mariti iussu adire, vel repudiare debet hæreditatem, nec illi vxor id iubere potest, nisi expressim à marito concedatur, vt est *tex. in l. seruus dotalis* 59. *ff. solut. matrim.* vbi id clarissimis verbis exponitur; ergo rei dotalis, dominus est
11 maritus; non enim seruus ad adeundam hæreditatem admittitur, nisi iussu & contemplatione domini id fiat, *l. qui seruum* 47. *ff. de acquir. hæ-*
12 *red.* adeò vt nec fructuarius quidem seruus, iussu eius qui vsūfructum in eo habet, adire hæreditatem posset, *l. aditio* 41. §. *fin. ff. eod. tit.* etiam si
13 bona fide tamquam proprius possideretur, *l. si quis mihi bona* 25. *eod.*
14 *tit.* hinc etiam, & si res sua nemini pignorari possit, *l. neq. pignus* 46. *ff.*
15 *de reg. iur.* attamen seruus dotalis potest vxori loco pignoris dari *d. l.* 1. *Cod. de ser. pig. dat. manum.* ibi (*si se pignori quoque datum mulieri appa-*

rue-

ruerunt) igitur mulier domina non
16 eſt, præcipue cum ibi à marito do-
talis ſeruus pignoretur vxori, quod
fieri non potuiſſet, niſi maritus do-
17 minus eſſet, cum aliena res pignori
dari non poſſit, *l. quæ prædium 6. l.
fin. cum concord. Cod. ſi alien. res pign.
dat. ſit* nec diſſimile eſt, quod *Vul-
pian.* dixit *in l. ob res amotas* 24. *ff. rer.
18 amot.* ſ. ob res dotales ab vxore
amotas vindicationem, ſeu condi-
ctionem furtiuam viro aduerſus
mulierem competere; non enim fur-
19 tum committit, qui rem alienam nõ
ſubtrahit, §. *furtum inſt. de oblig. quæ
20 ex delict. naſc.* nec rei furto amo-
tæ vindicationem haber, qui domi-
nus non eſt, *l. eum qui emit* 14. *ff. de
furt.*

21 Hinc quemadmodum dominus
fundi dominantis, ſi efficiatur do-
minus fundi ſeruientis, vel è contra,
ſeruitus extinguitur, & confunditur,
vt eſt expreſſus *tex. in l. ſi quis ædes*
29. *ff. de ſeruit. vrban. prędior. l. quid-
22 quid* 11. *ff. com. prędior.* nemini enim
res ſua ſeruire poteſt, *l. in re commu-
ni* 25. *ff. de ſeruit. vrban. præd.* ita pa-
23 riter ſi maritus fundum dotali prœ-
dio ſeruientem acquiſierit, & fun-
dum cui ſeruiebat ſuus in dotem
accipiat, ſeruitus etiam amittlrur, &
confunditur, *tex.* eſt ad literam *in l.
ſi maritus 7. ff. de fund. dot.* ergo ma-
ritus verus dominus eſt fundi dota-
24 lis, cum id ex dicta ratione domi-
nij proueniat, *l. & ſi frui* 5. *ff. ſi vſuſf.
25 pet.* vnde ſi vſusfructus ſolum, &
non plenum dominium in alteru-
tris prædijs acquireretur, non con-
funderetur ſeruitus, *d. l. ſi quis ædes,
§. fin. vbi Caſtrenſ. ff. de ſeruit. vrban.
præd.* prout etiam videmus maritum
26 vſucapere rem dotalem, *l. vnic. Cod.
de vſucap. pro dot.* quod profectò non
eſſet, niſi per dotem traſferretur do-
27 minium; cum titulus habilis ad
transferendam vſucapiendi condi-
tionem, ſit habilis etiam ad transfe-
rendum dominium, ſi procedat à
domino, *l. clauibus* 84. *ff. de contr. empt.*
prout poſt *Bart. in d. l. Vnic.* arguit
*Salyc. in l. in rebus, num. 5. Cod. de iur.
dot.*

Ex quibus omnibus iuribus, alijſ-
que breuitatis ſtudio prætermiſſis,
apertiſſimè probatur rei dotalis do-
minium eſſe pœnes virum, ab eo-
que omnia dominicalia iura exerce-
28 ri; idcirco ita conſtantiſſimè tenuit
*Accurſ. in l. in rebus Cod. de iur. dot.
& d. l. quamuis ff. eod. & in l. in ſuis, ff.
de liber. & poſth. & in d. l. doce ancillã,
Cod. de rei vend. & in d. l. quintus mu-
tius, §. argento. ff. de aur. & arg. leg.* ex
quo *tex.* Martinum arguit dicens
(*audi martine, ergo mulier non eſt do-
mina fundi dotalis*) *gloſ.* ſequuti fuere
Bart. in d. l. in rebus, num. 3. Bald. ibid.
acerrimè *num. 6. &* 15. & hanc opi-
nionem magis receptam, dicit *Cam-
peg. de dot. p. 4. quæſt. 7.* idemq. probat
*Bald. Nouell. de doe. 8. p. priuileg. 6. n. 1.
& ſeqq.* latè Rimin. *in princip. inſti-
tut. quib. alien. lic. vel non à num.* 317.
alijq. relati *per Barboſ. in l. dotale 62.
num. ff ſolut. matr.* qui *nu. 5. & 6.*
magis communem appellat, *Cencius
p. 1. de cenſib. cap. 2. art. 5. num.* 11. alij
plures, quos ſequitur, & refert
*Duard. de cẽſib. p. 1. §. 1. quæſt. 15. n. 1.
et 30. Surd. dec. 278. nu. 6. et* 16. & alij
plures, qui dicunt receptiorem, &
magis communem, quos ſequitur,
*Garc. de benefic. 5. p. cap. 9. num. 149.
et* 150. qui hanc ſententiam veriorẽ,
& magis tenendam vocat; Sed quia
multi inſurgunt dicentes, dominiũ
rei dotalis pœnes vxorem eſſe ſaltẽ
verum, directum, & proprium, idcir-
co eſt eis, eorumq; motiuis ſatisfa-
ciendum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei dotalis, matrimonio
conſtante ad vxorem, non ad*

vi-

virum spectare, tenuit Ias. ex aliquibus iuribus, quæ recensentur, vt n.2.

3 *Tex.in l. quamuis, ff. de iur. dot. ponderatur, & explicatur.*

4 *Tex.in l.3.§.sed vtrum, ff.de minor.declaratur.*

5 *Dos quoad patrem, & filiam, dicitur filiæ patrimonium, & non patris, à cuius bonis discessit.*

6 *Tex.in l. in rebus Cod. de iur. dot. explicatur; num.7. ex glos. & num.8 ex Riminal. & ab Authore, n.9.12.& 13.*

10 *Reliquie tantum, & vestigia veteris dominij in re dotali, remanent penes vxorem, cum verũ, & proprium illius dominium, transiuerit in virum.*

14 *DD. dicentes verum & legitimũ dominium dotis pænes vxorem esse, & tantum fictitium, & imaginarium pænes maritum, reprehenduntur.*

15 *Manumissio seruorum dotalium, seruitutum extinctio, hæreditatũ per seruos dotales aditio, & alia, non sunt effectus imaginarij, & fictitij dominij, sed a vero & reali proueniunt.*

16 *Dominium rei dotalis, quod est pænes virum, ex magis communi DD. sententia, verum, proprium, & reale est.*

17 *Garc. verba referuntur; & sub num.18. verba Barbos.*

19 *Pinell. quid in hac materia senserit?*

20 *DD. tenentes, maritum nullum dominium habere in re dotali, sed eum esse vsufructuarium tantum, reprobantur.*

21 *Dominij duæ species, in re dotali cõstituuntur à Petr. de Gregor. sed malè postea ab eo applicantur.*

22 *Tex.in l. cum in fundo 81. ff. de iur. dot. ponderatur notabiliter, & n.24.25.& 31.*

23 *Vsusfructus, appellatur quandoque dominium.*

26 *Proprietas plena, est cum quis dominus est proprietatis, & vsusfructus.*

27 *Consolidatio vsusfructus proprietati, euenire non potest, nisi ratione dominij.*

28 *Dictio, quasi, quandoquè non est improprietatis nota, sed est veritatis expressiua.*

29 *Vsusfructus, non vtendo amittitur.*

30 *Maritus proprietarius, si vsufructu in dotem dato non vtitur, illum minimè amittit, cum iam fuerit consolidatus.*

32 *Maritus vt potè dominus potest retrouendere annuum censum, seu redditum dotalem redimibilem: imò hoc posset etiam si dominus non esset, secundum opinionem contrariam aliquorum, vt n.33.*

34 *Alienatio, quæ contingit in redemptione redditus, est necessaria ex causa antecedenti, & ex lege contractus.*

35 *Retrouenditio annui redditus, fieri potest etiam à possessore maioratus, ab hærede grauato, & ab vsufructuario siue omnium bonorum, siue particulari: & quid in*

in tutore, num.37.

36 *Oeconomus potest liberare debitorem.*

38 *Administrator quilibet, potest annuos redditus retrouendere, & de ratione ibidem.*

39 *Dom. Donat. Anton. de Marinis laudatur.*

40 *Capit. Regni (conuentus) & Constitutio (eorum fraudibus) locū, non habent in datione in solutū, quæ fieret per debitorem creditori anteriori, de re super qua creditor posterior litem mouit, & de ratione, ibidem.*

ARGVMENTVM.

Fundamenta (quibus aliqui DD. impugnant resolutionem, capituli 22.) eliduntur; & exornantur notabilibus respōsionibus, *texx in l. quãuis, ff. de iur. dot. & in l. 3. §. sed vtrum, ff de minor. & in l. in rebus, Cod. de iur. dot.* & reijciuntur aliquę opiniones DD. concordantiū, in articulo dicti Cap., exornato *textu in l. qui vsumfructum, ff si vsusf. petat.* cum Authoris nouo discursu, retorquendo argumentum, ab illo *tex.* à DD. contrariæ sententiæ desumptum: Maritus (data pro vera opinione, quod non ipsius, sed vxoris, matrimonio constante sit dotis dominium) num possit retrouendere, absque cōsensu vxoris annuum redditum redimibilē? & quid in Tutore, Æconomo, vel alio administratore? vbi plura ad materiam.

CAPVT XXIV.



1 Ex aduerso, ad probandum rei dotalis dominium ad vxorem spectare (quam opinionem latè defēdit *Zasius* post hęc scripta à me visus *singular. intellect. fol. mihi 167. in tom. infort*) adduci-
2 tur (prout in illa allegatione adducebat dictus *Dom. meus Staib. Iunior*) *tex. in l. quamuis, ff. de iur. dot.* ibi (*quamuis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est*) *& in l. 3. §. sed vtrum, ff. de minor.* ibi (*puto restituendam, quoniam ipsius filiæ patrimonium est*) & *in l. in rebus Cod. de iur. dot.* ibi (*cū eedem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio.*)

Sed ad omnia prædicta iura, respōdetur, & primo ad dictū *tex. in l. quā-*
3 *uis*, nam illè, apertissimè probat oppositum; nam & si *Triphoninus ibi in principio* dicat (*mulieris tamē est, &c.*) illud tamen explicat ibi Consultus, esse ratione interesse, quod patitur mulier, si dos euincatur, non autem dominij, dominium enim expressè apud maritum esse ostendit, dum inferius subdit (*quamuis apud maritum dominium sit*) ita explicat illum *tex. glos.* ibi & alij in præcedenti Capite à me adducti, ideoq; illum pro nostra sententia expendunt, vltra alios *Garc. de benef. 5. p. cap. 9. n. 151.*
4 *Tex.* verò *in l. 3. §. sed vtrum*, nihil punitus in proposito probat; loquitur

L enim

enim de dominio rei dotalis respectu patris, & filiæ, quo casu certum
5 est dici patrimonium filiæ, & non patris à cuius bonis discessit, *l. filium 4. ff. de collat. bonor.* ideoq. *glos. in eod. §. sed vtrum* aduertit malè ex eo *tex.* probati mulierem esse dominam rei dotalis, & ita illum *tex.* resoluit *idem Barbos. in d. l. dotale, num. 6. vers. non*
6 *obstant, vbi latè.* superest modo vt satisfaciam, *d. l. in rebus*, cui multipliciter à DD. respondetur, siue enim dicamus *secundum glos.* dici mulierē
7 dominam rei dotalis, habito respectu ad eius naturale, cum vir & vxor omnia communia habere dicantur; quod dominium *Bald.* appellauit fruitionis, quia nempè mulier fruitur rebus dotalibus, licet re vera dominium sit apud virum (quam *glos.* solutionem receptam fuisse dicit *Riminald. vbi supra num.* 310.) siue secundum eumdem *Rim. loco*
8 *cit. num.* 518. quod mulier ibi domina dicatur, quia *tex.* ille loquitur soluto matrimonio, cum tamen maritus constante matrimonio dominus sit, siue dicamus cum eadem *glos.* dici res permanere in dominio vxoris quoad spem, quia natura petit, vt res dotalis reuertatur ad eam, quam amplectitur *Garc. vbi supra num.* 173. semper erit dicendum verum, & proprium dominium esse
9 pœnes virum, præcipuè quia si diceretur ibi verum dominium esse vxoris, cum lex illa loquatur tam de æstimatis, quam inæstimatis, sequeretur absurdum, vt. s. res æstimatæ nō essent in dominio viri; nam satis absurdius est dicere vxorem esse dominam fundi dotalis æstimati (cuius dominium absque dubio in virum translatum fuit (quam virum esse dominum fundi inæstimati (stante articuli difficultate, & rationibus, & iuribus pro nostra sententia acerrimè propugnantibus) ideoq. dixit *Bald.*
10 *in d. l. in rebus* solum vestigia, & reliquias veteris dominij esse pœnes vxorem, verum autem, & proprium dominium esse pœnes virum, vt post *Nouell. de dot. 8. p. priuileg. 8. num. 5.* fusè explicat *Barbos. loco supra adducto num. 8. & 9.*) Imò (dato quod *tex.* ille in aliquo contra nos faceret)
11 dico quod *Iustinianus* aliud in eo disponere noluit, quam vt mulier pro dote repetenda omnibus creditoribus præferretur, ad quod liceat mihi inserere verba dicti *Tex.* ibi
12 (*voluimus itaque eam, in rem actionē in huiusmodi rebus, quasi proprijs habere, & hypotecariam omnibus anteriorem possidere, vt siuè naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligātur, siuè secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse videantur, per vtramq. viam, siue in rem, siue hypotecariam ei plenissimè consulatur*)
13 itaque euidenter apparet Imperatorem non ausum constanter affirmare, dominium dotis esse pœnes vxorem, vtpotè apertis iuribus contrarium, sed dubiè & alternatiuè loquutum, mulieri concedendo, siuè vindicationem, siue hypotecariā, vt vtcumq; esset, omnibus præferretur; quarè cum *tex.* de dote recuperanda soluto matrimonio, agat, ambiguè, & alternatiuè loquatur, nec magis dominium de iure naturali tribuat vxori, quam de iure ciuili illud ad maritum transijsse dicat, firma remanet conclusio, maritum constante matrimonio, rerum dotalium dominum esse, ex iuribus, & DD. superius adductis, & proprerea hunc *tex.* contra aduersarios retorquent quāplurimi apud *Intrigliol. decis.* 15. *nu.* 93. & 95.

Vnde vides quantum aberrauerint aliqui DD. ex aduerso allegati,
14 dicentes verum, & legitimum dominium, pœnes vxorem manere, fictitium tamen, & imaginarium pœnes maritum, & solum consistere quoad ius administrandi, & protegendi res dotales, & percipiendi eius fructus constante matrimonio,

vt

vt ſunt *Menoch. de arbitr. indic. caſu*
39. num. 19. Barboſ. in d. l. dotalem n. 4.
verſ. non obſtat tertium, & num. 8.
verſ. ex his, ff. ſolut. matr. Valaſc. in
praxi Partition. *& collat. c. 36. num. 7.*
Pinell. in l. 1. p. 3. num. 13. Cod. de bon.
mat. Fontan. de pact. clauſ. 7. gloſ. 1. p.
2. num. 13. vſq. ad 18.)nam, poſſe do-
15 tales ſeruos manumittere, ſeruitu-
tes extinguere, hæreditates per ſer-
uos dotales adire,& alia agere, quæ
ſoli domino competunt(quæ omnia
facere poteſt ex ſupradictis mari-
tus)non proueniunt ab imaginario,
& fictitio, ſed à vero & reali domi-
nio,& propterea magis communiter
16 DD. dixerunt dominium, quod ex
ſupra adductis pœnes maritum eſt,
verũ,propriũ,& reale vocari; vt *Bal.*
Saly. & cæteri cõmuniter *in d. l. in re-*
17 *bus*,de qua cõmuni opinione teſta-
tur Garc. *vbi ſupra, n.* 164. his verbis
(dico longè veriorem, & tenendam mi-
hi videri ſententiam communem, quod
vir ſit propriè, & verè dominus rerũ
dotalium) Sard. d. deciſ. 278. *num.* 16.
ibi(maritum verè eſſe dominum dotis)
& præter antiquiores idem com-
probauit *Barb. vbi ſupra num.* 5. *&* 9.
18 ibi (*iuxta quę dicendum attento iure*
ciuili, verum & proprium dominium
eſſe mariti) qui *Barb.* non rectè pro
contraria opinione adducitur, dum
omnia, quæ hinc inde dici poſſent
retulit,& tandem, num. 13. conclu-
dit,mulierem nullo modo conſide-
rari poſſe tamquam dominam, cum
ſęmper dominium viri attendatur;
19 prout *neq. Pinell.* poteſt pro contra-
ria allegari, *d. n.* 13. cum contrarium
dixerit, *num.* 12. cuius ipſe opinio-
nis eſt, dum poſtea *num.* 14. arguit
nouiores, quod contra communem
adduxerint *tex. in d. l. in rebus*,quem
potius contra ipſos facere probat
num. 15.

20 Peius dixerunt alij DD. traden-
tes, nullum dominium pœnes ma-
ritum eſſe, ſed eum ſolum vſufru-
ctuarium,quouſq; matrimonium du-
rauerit,pro eius oneribus ſubſtinẽ-
dis,vt dixit *Ioſeph Ludouic. deciſ. pe-*
ruſ. 87. num. 17. 18. p. 2. Coſt. de port.
rat. quæſt. 52. num. 7. Fontan. vbi ſupra
num. 19.& ad obiectionem,quod ali-
quando dominus vocetur maritus,
reſpondens *Petrus de Gregor. in Syn-*
tag. iur. p. 1. de reb. lib. 1. cap. 12. de do-
min. propriet. & poſſeſſ. num. 7. ponit
21 duas dominij ſpecies, vnum appel-
latum dominium verum,& propriũ,
quod eſt mulieris, cuius eſt pro-
prietas, aliud improprium, quod
quaſi dominium appellatur, eſtque
mariti, qui habet vſumfructum in
dote,ad quod allegat duo iura, pri-
22 mo *Tex. in l. cum in fundo* 81. *ff. de*
iur. dot. vbi idẽ *I.C. Triphoninus*, qui
prius *in l. quamuis eod. tit.* dixerat rei
dotalis dominium pœnes maritum
eſſe, hoc declarando *in d. l. cum in*
fundo dicit hoc eſſe quaſi dominiũ
in vſufructu tantum,& ne videretur
inconueniens dare dominium in
vſufructu adducit ſecundo, *tex. in l.*
qui vsũfructum, ff. ſi vſusfr. petat. vbi
23 vſusfructus appellatur dominium,
& ſequitur *Fontan. vbi ſupra à num.*
23. vſq. ad 27. peius (inquam) dixe-
24 runt,tum ex dictis ſupra,tum etiam
quia *tex. in d. l. cum in fundo* ab eis
ponderatus, potius fortiter pro no-
ſtra ſententia pugnat; in ſpecie enim
25 illius tex. mulier habens vsũfructũ
in fundo, dedit eum in dotem domi-
no proprietario illius fundi, ait ibi
Triphoninus (quamuis ab ea vſusfru-
ctus diſceſſerit, maritus tamen vsũfru-
ctum non habet, ſed ſuo fundo quaſi
dominus vtitur, conſequutus per dotem,
plenam fundi proprietatem non ſepa-
ratam ab vſufructu) ecce quam cla-
riſſimis verbis deciditur, dominium
non eſſe vxoris, cum ab ea vſusfru-
ctus diſceſſerit, ſed ad maritum trã-
ſijſſe,cum per dotem *conſequutus ſit*
plenam fundi proprietatem non ſepa-
26 *ratam ab vſufructu* plena enim pro-

L 2 prie-

prietas est, cum quis dominus est proprietatis, & vsusfructus, *l. si cum concord. ff. quib. mod. vsusf. amitt.* & ideò maritus vsumfructum non habet, quia fuit suæ proprietati con-
27 solidatus; quod non potest nisi ratione dominij euenire, *iux. tex. in l. si tibi fundus 17. ff. quib. mod. vsusf.*
28 *amitt. l. 4. ff. quemadm. caueat.* & dictio illa, *quasi*; non est nota improprietatis, sed veritatis expressiua, vt ibi *glos.* aduertit; ideoque & si vsus-
29 fructus non vtendo amittitur, *l. placet 25. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* tamē
30 maritus dominus proprietatis, si vsufructu in dotem dato non vtitur, illum minimè amittit, cum iam fuerit consolidatus, *d. l. cum in fundo ibi (nec est quod non vtēdo maritus amittat)* & addo ego pulcram replicationem argumento, contra *DD.* afferē-
31 tes *textum* istum contra nostram sētentiam; nam ex eo intendunt probare, & ex ipso colligi dicunt, maritum esse vsufructuarium dotis; ergo ipsimet dicunt, ex eo etiam colligi esse dominum, nam ibi erat vsusfructus datus in dotem; si ergo secundum ipsos, maritus in terminis illius *tex.* est vsusfructuarius (quod tamen repugnat expresse dicti tex. verbis) consequēs est dicere quod sit dominus, nam aliud non est esse dominū vsusfructus, nisi esse vsufructuariū, vt dicit *tex.* ab ipsis met cōtrarijs citatus *in d. l. vsusfructu 3. ff. si vsusfr. petat.* vbi datur dominium in vsufructu.

Itaque ex prædictis omnibus sequitur, verissimam esse conclusionē
32 in *cap. 22.* à me firmatam; s. posse maritum annuum redditum, seu cēsum dotalem redimibilem retrouēdere, & debitorem liberare, ex ratione dicti dominij firmati; quæ sentētia, vt luce meridiana clarior appa-
33 reat, dico quod data illa opinione quod maritus non sit dominus dotis, vel sit impropriè talis, attamen ea etiam verissima redditur ex alia
34 ratione, quia, s. alienatio, quæ contingit in redemptione redditus, est necessaria ex antecedenti causa, & ex lege contractus, & proindè ea marito non prohibetur, *l. 2. vbi glos. & DD. Cod. de fund. dot.* ibi *(quia hæc alienatio non est voluntaria) ff. eod. tit.* vndè *Roder. d. lib. 2. quæst. 15. num. 88.*
35 ait redemptionem, siuè retrouenditionem redditus, posse fieri etiam à possessore maioratus, à prælato, ab hærede quamuis fideicōmisso grauato, item ab vsufructuario tam omnium bonorum, quam particulari, ac ab alijs de quibus apud ipsum *ibidē*
36 *à num. 79. cum seqq.* vnde œconomus liberare potest debitorem, *Mart. dicta decis. 51. per totam*, & fa-
37 cit etiam quod de Tutore retrouendente, scribit *Præses de Franch. d. 206. num. 24. Giurb. d. 79. per totam*, vbi
38 fundat, & refert iudicatum quemlibet administratorem posse annuos redditus retrouendere, eò quia est actus necessarius, & ex lege contractus faciendus; ad quæ conferunt,
39 quæ scribit eximius Aduocatus nostri temporis *Dom. Donatus Anton. de Marinis* (non tantum doctrina, sed etiam morum probitate conspicuus, cuius resolutionibus verè aureis, me a mei doctoratus incunabulis operam dedisse confiteor) *in volum. dictarum resol. cap. 256. à*
40 *num. 8. vsq. ad 19.* in quo l. co firmat *Cap. conuentus, & Cōstit. eorum fraudibus* locum sibi non vendicare, in datione in solutum, quàm fortè faceret debitor de re (super qua esset mota lis à creditore posteriore) creditori anteriori; eo quia (dicit ipse) est alienatio necessaria, trahens originem à debito contracto, & sic prohibita non erit; ad quod multa iura, & Authoritates cumulat, quas apud eum videre poteris; & hæc pro dicti articuli resolutione sufficiant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pactum rescissorium apponi, solitũ in contractu annui census, si ex Notarij incuria fuerit in instrumento ommissum, nũ pro apposito habeatur? affirmat Rouit. vt num. 3. & sic decisum, vt n. 4. sed contra, & verius, n. 5.*

2 *Pactum, quod in casu moræ debitoris in non soluendo censum, vel in casu alienationis corporis sub-missi, possit rescindi contractus, & sors repeti, validum est, & potest apponi in Regno nostro, secundum omnes.*

6 *Sac. Conf. solitum est contractum rescindere, quotiescumque in eo pactum rescissorium est appositum, ex Reg. Tapia.*

7 *Dictio (quotiescumq;) conditionem importat.*

8 *Contractus rescissio, conditionaliter in S. C. practicatur, quotiescumque in contractu, pactum rescissorium legitur.*

9 *Rouit. & Ant. Fab. in quo conueniant, & disconueniant, in hac materia pacti rescissorij; & num. 10. & 11.*

12 *D. Fran. Mar. Prato, quid in articulo præsenti senserit, & num eius opinio sit attendenda?*

ARGVMENTVM.

Pactum rescissorium (quod cõmuniter in Instrumentis vẽditionis annuorum introituum apponi solet) si fuerit ex Notarij incuria in Instrumento ommissum, nũ sit pro apposito habendum? vbi refellitur sententia *Reg. Rouit.* & reijcitur *decisio* adducta à *Thor.* & Author adheret contrariæ sententiæ, iuris terminis, ac tramitibus, magis consonæ, vt intus.

CAPVT XXV.



Contingit quandoq. dubitari in nostris
1 Tribunalibus in multis causis, nũ pactum rescissoriũ, quod cõmuniter in instrumentis constitutionis annui reditus apponitur, si ex Notarij incuria fuerit ommissũ, pro apposito habeatur? in qua quæstione multi, nostri temporis eximij Aduocati, varia & diuersa dixerũt, sed ommissis eis, quæ per eos fuerunt ponderata, dico
2 (p̃ suppositio, quod in Regno nostro omnes concordant, posse apponi hoc pactum vt in casu moræ debitoris in non soluendo, vel ob alienationem corporis submissi, rescindi possit cõtractus, & sors repeti, vt tradunt *Reg. Tapia*, bonæ recordationis *in decis. S. C. 25. num. 35. &* Reg. *Rouit. d. prag. 1. num. 37. de cens.*) quod (*& si* Reg. *Rouit.* vir alioqui eruditissimus *in*
3 *prag. 1. num. 36. de cens.* doceat hoc pactũ in instrumento ommissum pro apposito haberi, secundum quam
4 etiam opinionem decisum refert *Thor. in 2. p. compẽd. in verb. pactũ rescissorium* ab eodem *Rouit.* adductus)
5 verior tamen, & magis iuris terminis consona est sententia, negans tale pactum, & si communiter apponi solitũ, ommissum pro apposito haberi,

quam

quam sententiam tenere videtur *Tapia d.decis.25. num. 35.* qui dum circa hoc,praxim S.C.recenset,caute nimis loquitur, tradens S. C. so-
6 litum esse contractum rescindere, quotiescumq; in eo pactum rescisso-
7 rium est appositum; quæ dictio, (*quotiescumq;*) cōditionem importat vt docet idem *Rouit. in dec.53.nu.5.*
8 & sic conditionaliter in S.C.contractus rescissio practicatur, quotiescūque in contractu pactum rescissorium reperitur,& in terminis ita tradit subtilissimus *Faber.lib.4. tit.36. defin.13. num. 1.* vbi post firmatam eamdem conclusionem, quam *d.Rouit.* sustinet in *d.prag.nu.35.*nimirum
9 pacti huius rescissorij validitatem, in quo ambo conueniunt, dissentiūt
10 postea in casu,de quo agimus,*Rouit. n.36.* ampliat etiam si pactum hoc expressum non esset,*Faber.*verò *n.1.* dictum restrinxit,vt citra prædictam conuentionem,non posset cogi ven-
11 ditor vt redimeret, & sic apertè firmat pactū hoc nō subintelligi, ℘ expresso haberi;& nouissimè vidi *D. Franc.Maria Prato* meū Magistrum *To.1.suarū discept.forens.cap.15.n.41.*
12 vbi refert hanc *Rouiti* sententiam, eāq; amplectitur,nulla tamē ratione assignata: & certè valde miratus sū, ex eo quod viderim in artico sic famigerato & solemni, dictum doctissimum Authorem sicco pede pertransijsse, opinionem non veram (salua eius, vel potius Rouiti pace) tamquam certam affirmasse, & demū ex quo PRATVM hoc,(quod in cœteris est floridissimum) hac vice nullo rationis flore fulcitum, nulloque legalis sensus rore viderim irrigatum; sed mirari desisto, cum sciam lolia,lappas,ac tribulos, quādoq;, nō tātū inter *SILVAS* nostras incultas,sed etiā inter *PRATA* amœna, & florentia nasci; quia verò tribus præcipuè fundamentis aduersa nititur sententia, idcirco ijs, tribus responsionibus respondere est necesse, quæ fundamenta & responsiones, tribus sequentibus disseremus capitulis.

SVMMARIVM.

1 *Tex.in l.si quis maior Cod. de trāsact.dispositio recensetur.*

2 *Tex.in d.l.si quis maior,procedit in contractu Constitutionis annui redditus.*

3 *Debitor, qui cum iuramento promisit certam summam in certis terminis soluere, si in primo termino à solutione deficiat, potest statim cogi ad integram summā soluendam; & n.4. & nu.25. & de ratione,n 5.& 6.sed contra n.18.& 19.*

7 *Tex.in l si quis maior dispositio,vt possit locum habere, plura requiruntur,& primo ut dolus in non obseruante probetur,vt nu. 8.& ratio,n.9.*

10 *Dolus non præsumitur, nisi probetur, nec ex sola inobseruantia probatus dicitur,& n.26.*

11 *Difficile est in praxi obtinere secundum dispositionem d. l. si quis maior,& n.27.*

12 *Tex.in l.si quis maior dispositio,nō seruatur à Curijs parlamentorū; nec à Regio Senatu, nec alibi in Chatalonia,vt n.13.& proindè neque in S. C. seruanda est, & quare,nu.14. & 28. quidquid dicat Francis. Mar.* Prat. *vt n.16.*

15 *Tex.in d.l.si quis maior, dispositio, tamquam nimis rigorosa,& contra*

tra æquitatem, vbi æquitas viget locum non habet.

17 *Pœnā conuentionalem numquam S.C. soluendam decernit, nisi in eo quod interest, siuè pœna obligationi quantitatis, siuè facti fuerit apposita.*

20 *Emphyteuta (& si in contractu fuerit appositum pactum quod non soluendo per triennium, cadat à iure suo) si in primo anno pensionem non soluit, à iure suo non cadit.*

21 P*romissio de soluendo de semestri in semestre more Romano, intelligitur quoad actū solutionis ad effectum comoditatis partium, non verò quoad pœnam caducitatis, in qua procedit triennium in materia emphiteusis.*

22 *Emphiteuta, si promisit canonem soluere in annos singulos domino, & eo cessante per triennium à iure suo cadat, tunc si in primo anno non soluit, non priuatur iure suo; sed quid si promiserit singulis annis soluere canonem non adiecto pacto caducitatis per triennium? num. 23. & quid si promiserit certum quid in annos singulos soluere? n. 24.*

ARGVMENTVM.

Recensetur primum fundamētum DD. tenentium opinionem cōtrariam resolutioni, ab Authore firmatæ in præcedenti Capite, desumptum ex *tex. in l. si quis maior Cod. de transact.* cuius dispositio refertur, & examinatur nū locum habeat in contractu constitutionis annui redditus? & num debitor qui cum iuramēto certam summam in certis terminis soluere promiserat, si in primo termino à solutione defecerit, possit statim cogi ad integrā summam soluendam? vbi plures casus clarè & notabiliter distinguuntur; & quę requirantur vt dispositio *d. l. si quis maior*, locum habeat? & num *d. l.* in praxi, maximè in nostro S. R. C. suum vigorem debeat retinere?

CAPVT XXVI.



1 Rimum fundamentum opinionis aduersæ, est *in tex. in l. si quis maior Cod. de transf.* per quem punitur non adimplēs id quod cum iuramento promisit, vt cadat ab actione, pœnam soluat, & data restituat, & parti ex aduerso, contractum obseruanti applicentur; & sic (dicunt contrarij) est dicendū, quod cum hic debitor censualis cessauerit à solutione annui redditus cum iuramento promissa, in iuribus suis ratione periurij non sit audiendus, & sortem restituere creditori teneatur; cuius *textum*
2 dispositionem procedere in hoc contractu constitutionis annui redditus, dicit *Thor. loc. supra cit.* hinc ex hac dispositione *Cæs. Barz.* *in*

3 *in decis.* 16. tractat quæstionem an debitor, qui cum iuramento certam summam in certis terminis soluere promiserat, si in primo termino à solutione defecerit, possit statim cogi ad integram summam soluendam? & ex doctrina *Caccialup. in tract. de transf. quæst.* 15. *num.* 3. determinat
4 posse cogi ad soluendam integram summam, ad quod per plures adducit, *DD.* & latè *Marc. Ant. de Amat.*
5 *dec.* 70. estq. ratio quia nõ soluẽdo in termino fit periurus, & incidit in pœnam *d. l. si quis maior*, & cum carere debeat omni commodo contractus, non est audiendus in suis exceptionibus, & dilationibus contra ipsius creditorem, qui licet in diẽ
6 sit creditor, potest tamen agere, & intentare actionem, quæ iam nata est, licet eius exercitium fuisset antea suspensum, *ex Affl. dec.* 130. *ubi Vrsill. Osasch. decis.* 130. *nn.* 9. *& seqq. Amat. dicta decis.* 70.

Sed huic fundamento satis imbecilli, respondetur primo quod ad-
7 hoc vt dispositio *d. l. si quis maior* locum possit habere, plura requirũ-
8 tur; quorum primum est, vt dolus in non obseruante probetur, cum sine dolo in pœnam *d. l.* non incurratur, & solum periurium non sufficiat, *Bald. in l. obseruare, §. proficisci col.* 3. *ff. de offi. procons. Decius cons.* 452. *Cagnol. in d. l. si quis maior nu.* 185. *& seqq.* vbi dicit communem, requiri-
9 tur enim periurium, quod vt quidẽ periurium, vt sit punibile numquam sine dolo committitur, *Honded cons.* 58. *num.* 30. *lib.* 1. *Grat. lib.* 1.
10 *cap.* 19. *num.* 13. & dolus non præsumitur, nisi probetur, nec ex sola inobseruantia probatus dicitur, *Rom. cons.* 322. 2. *dub. Roland. cons.* 57. *nu.* 7. *lib.* 1. *Gabriel*, qui alios cumulat *tit. de transf lib.* 3. *conclus.* 1. *n.* 33. *limit.* 1. dicens communem, *Ann. sing.* 286. *Rot. diuers. decis.* 583. *num* 3. *p.* 1. & cũ
11 sit materia rigorosa difficile est, vt in practica obtineri possit propter dolum non aliter probatum *Magon. dec. flor.* 96. *num.* 9. *Roland. dicto cons.* 57. *num.* 46. *&* 47. *Caualc. decis.* 38. *num.* 20. *Neuizz. in sil. nupt.*
12 *lib.* 5. *num.* 62. vbi testatur Curias parlamentorum non obseruate dispositionem, *d. l. si quis maior*, *Surd. cons.* 103. *in fin. Ann. sing.* 286. *Roder. de ann. redit. lib.* 2. *quæst.* 22. *sub n.* 20. *Cancer. var. resolut. cap.* 1. *de minor.*
13 *n.* 270. *p.* 2. vbi nec in Regio Senatu, nec alibi in Cathalonia, secundũ illum *tex.* vidisse, aut audiuisse seruari affirmat idemmet *Cæs. Barz. in decis.* 61. *num.* 15. 35. *& seqq.* contra ea, quæ dixerat *dicta decis.* 16. hanc dicit magis communem, & ab ipsa tamquam veriori, & communiter recepta, & æquiori non esse receden-
14 dum profitetur; idq; tanto fortius procedit in S.C. in quo semper versatur æquitas, atq; dispositio *d. l. si*
15 *quis maior* tamquam nimis rigorosa, & contra æquitatem, vbi æquitas viget, locum non habet, vt tradunt *Roland. dicto cons.* 57. *num.* 46. *volum.* 1. *Becc. cons.* 106. *num.* 24. *Surd. cons.* 102. *num.* 20. *Menoch. cons.* 355. *nu.* 2. *&* 10. à quibus & si recedat *Franc.*
16 *Maria Prato dicto tom.* 1. *cap.* 15. *à num.* 18. attamen generalissimis quibusdam nititur regulis, de quibus contra speciales Authoritates, ratio minimè est habenda; non enim nego hodie quoq; periuria multis modis puniri, sed dictam legem sic rigorosam, in Praxi, & in Tribunalibus vbi æquitas viget, locum habere, prorsus est falsum: & ex hac æquitate S.
17 C. numquam condemnat ad pœnã conuentionalem, nisi in eo quod interest, siue pœna obligationi quantitatis, siue facti fuerit apposita, *Affl. decis.* 135. *ibiq. Pisan. Caran. Vrsill. & alij addentes Guttier. Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 5. *Thesaur. decis.* 79. *num.* 1. *Cost. de port. ratb. præmis.* 2. *n.* 6. *de Amat. dicta decis. March.* 70. *nu.* 56.
18 *ad finem.* quapropter non est vera opinio, quam asserit *Barz. d. decis.* 16.

quod

quod conductor, siue emphiteuta
qui promisit cum iuramento pen-
sionem in certis terminis soluere, si
vno tantum deficiat, statim expelli
possit, & omne ius amittat, non alias
expectato biennio, vel triennio, &
19 hoc ratione periurij, si quidem con-
tra eam expresse docet *Clar. in §.*
emphiteusis quaest. 98. num. 2. si enim
20 est appositum pactum in contractu
emphiteutico, quod non soluendo
per triennium cadat à iure suo, tunc
etiam quod in primo anno pensio-
nem non soluerit, à iure suo non ca-
dit, vt tradit *Mancin. tract. de iuram.*
p. 4. eff. 4. num. 5. & seqq. vbi adducit
decisionẽ *Rota Rom.* & inquit quod
21 promissio solutionis de semestri in
semestre more Romano, intelligitur
quoad actum solutionis ad effectum
commoditatis partium, non quoad
pœnam caducitatis, de qua adest
pactum per triẽnium; hinc *Seraphin.*
de iur. priuil. 84. sub num. 6. & seqq.
ad remouendas difficultates excita-
tas contra conclusionem Barz. (quã
communem esse non negatur ex
Mancin. ibi) tres constituit casus,
quorum primus est quando domi-
22 nus, & emphiteuta expressè conue-
nerũt quod emphiteuta deberet ca-
nonem in annos singulos soluere,
ita vt eo cessante per triennium ca-
dat à iure suo, tunc si non soluit in
primo anno, non efficitur periurus,
vt cadat à iure suo; secundus est
23 quando conuenerunt, quod em-
phiteuta singulis annis canonem
solueret, non adiecto pacto caduci-
tatis per triennium, & tunc habet
locum supradicta cõmunis opinio, vt
non soluendo in primo anno cadat
à iure suo ex rationibus per eum ad-
24 ductis; tertius est quando partes cõ-
uenerunt, quod certum quid in an-
nos singulos, veluti solidus vnus
quolibet anno pro canone soluere-
tur, & isto casu non incidit in periu-
rium non soluendo in primo anno,
vel secundo, sed debet triennium
expectari; hæc autem omnia non
tendunt ad probandum, quod cen-
seatur appositum pactum rescissoriũ,
vbi non fuerit appositum, sed ad
ostendendum, quod promittens sol-
25 uere cum iuramento in pluribus
terminis, non soluendo in primo,
tamquam periurus cadat à commo-
do contractus, ex pœna, *d. l. si quis*
maior, cuius dispositionem cessare
probauimus in casu de quo queri-
26 mus, tum quia non est probatus do-
lus ex sola inobseruantia, tum etiã
27 quia in practica secundam *dictam l.*
obtineri non potest, & sumus in
28 S.C. vbi sola facti veritate inspecta
proceditur, & vbi rigori præfertur
æquitas.

SVMMARIVM.

1 *Pactum rescissorium solet communiter apponi in contractu annui census.*

2 *Notarius censetur rogatus apponere in instrumento clausulas consuetas, adeò vt iste ommisse pro appositis habeantur, & ratio ibidem: vt in clausula constituti, vt num. 3. sed contra, nu. 20.*

4 *Pacti (de non opponendo, seu non contraueniendo) quanta sit vis & efficacia apud siculos, remissiuè.*

5 *Pactum, de non opponendo, apud siculos pro apposito habetur si fuerit ommissum; & nu. 6.*

7 *Casus ommissus, in cõtractibus pro ommisso est habẽdus, nec aliquid in illis est subaudiendum; & num. 8.*

9 *Contractus non recipiunt interpre-*

 tatio-

tationem ampliatiuam, sed arctatiuam.

10 Pacta aut sunt naturalia, aut accidentalia contractus; & quæ sint naturalia, n. 11. & quæ accidentalia, n. 12.

13 Accidentalia contractus tripliciter talia dici possunt, nempè ratione moræ, ratione culpæ, & ratione pacti appositi supra contractus naturam.

14 Pactum, quod apponitur in actu, sine quo ipse actus potest valere, & stare, accidentale dicitur.

15 Contractus annui redditus, sine pacto resciffotio subsistit.

16 Accidens dicitur (secundum Philosophos) quod potest esse, & abesse præter subiecti corruptionem.

17 Pactum resciſsorium tamquam accidentale contractus, annui redditus, minimè potest per Notarium suppleri, cum est ommissum.

18 Notarius potest addere eas clausulas, quæ sunt de substantia, & natura actus, non tamen quæ sunt ipsius actus accidentalia.

19 Clausulæ Hypotecæ bonorum, & Constituti, & precarij, sunt accidentalia, non autem naturalia contractus; & ideò si fuerint ommissæ, nõ hebẽtur pro appositis, vt num. 20. & de ratione, nu. 22.

21 Creditor anterior instrumentarius, qui clausulam hypothecariam in instrumento non habet, non præfertur hypothecario posteriori, qui de hypoteca cauit.

23 Pactum per quod augetur obligatio, licet solitum sit apponi in contractu, si tamen non fuerit appositum, non subintelligitur, nisi probetur.

24 Clausulæ consuete apponi, tunc cẽsentur appositæ, cum semper, & eodem modo solitæ sunt apponi, secus verò si solent, aliquando apponi, & aliquando non, vel diuersimodè: & num. 26.

25 Pactum resciſsorium difformiter est consuetum apponi, nam aliquando si debitor per biennium à solutione defecerit, aliquando si per annum & mensem, quandoquè si per duas tertias continuas, & quandoque si per annum continuum.

27 Consuetudo difformis nullius est momenti.

28 Pactum resciſsorium, pœnam in se continere dicitur.

29 Pœna numquam subintelligitur, nisi sit expressa, sed contra secundum aliquos, in pœna solita apponi, vt num. 30., sed quomodo hæc sententia intelligatur, n. 31. & 32. & 33.

ARGVMENTVM.

Secundum fundamentum recensetur, ex quo *Reg. Rouit. & Thor.* probant sententiã contrariam resolutioni firmatæ in *Cap. 25.* nempè obseruantia, & consuetudo Notariorum in apponendo pa-

pactum rescissorium in instrumentis annui redditus? vbi examinatur, num, & quando clausulæ consuetæ apponi, si fuerint ommissæ, pro appositis sint habēdę? & differitur multiplex pactorum natura, quorum alia sūt substantialia, vel naturalia, alia vero accidentalia contractus; & resoluitur circa clausulam constituti, pactum de non opponendo, apud siculos consuetū, pactū rescissoriū, hypotecā, cœteraque consueta, & ex notariorum incuria, in instrumēto aliquo forsan ommissa.

CAPVT XXVII.



1 Ecundum fundamētum principale *Ron. & Thor.* illud est, quia pactum hoc rescissorium solet cōmuniter apponi, & Notarius censetur rogatus appone-
2 re in contractu clausulas consuetas, adeò vt vbi fuerint ommisse pro appositis habeantur, eò quia error, & incuria Notarij contrahentibus nocere non debet, *vt ex tex. in l. fin.* vbi hoc notat *Bald. & communiter DD. Cod. de fideiuss.* concludunt *Abb. Felyn. & alij in cap. cum M. Ferrarien. sis, num. 5. de constitut. Surd. decis. 213. num. 6. & decis. 223. num. 5. & seq.* & alij innumeri ad nauseam relati *per Tiraquell. de iure constit. lim. vlt. nu. 7. & 8.* quibus ex nostris addo *Afflic. in Constit. baiulos omnes num. 13. 15. & 16. Capyc. decis. 159. & D. Presti Mer-lin. cap. 35. n. 4.* qui loquitur de clau-
3 sula constituti, & multos recentiores adducit, ad cuius conclusionis maiorem corroborationem, affertur authoritas siculorum, nam cum in illo Regno in quolibet instrumento promissionis solutionis, de stylo, & consuetudine Notariorum apponatur pactum, quod dicitur (*de non cōtraueniendo, seu de non opponendo*) de
4 cuius maxima importantia, videndi sunt *Petr. de Gregor. de cens. quæst. 10. num. 10. & Carol. de Grass. de except. in prælud. nu. 256.* cum dubitatum fuis-
5 set, num pro expresso habeatur, si ex Notarij incuria in instrumento descriptum non reperiretur? affirma-
6 tiuè fuit responsum, non ex alia ratione, nisi quia in omnibus instrumentis est solitum apponi, *vt per Francisc. Milan. in decis. 13. num. 33. lib. 2. Intrigliol. sing. lib. 2. sing. 173. & alijs* omissis *de Grass. dicto tract. de except. 10. except. n. 47.*

Pro cuius secundi fundamenti
7 responsione, dico quod regula est generalis in contractibus casū ommissum pro ommisso haberi, nec aliquid in illis subaudiendum esse, vt tradit in puncto *Surd. decis. 180. nu. 11. in fine per tex. expressum in l. quid. quid adstringenda, ff. de verb. oblig.* ex quo etiam *tex.* est certum,
8 in contractu venire solum id quod est actum & expressum, & quidquid est ommissum in verbis, haberi pro
9 ommisso; cōtractus enim non recipiunt interpretationem ampliatiuam, sed arctatiuam, prout in facto consulti responderunt *Bald. cons. 43. volum. 3. Burs. Roland. & Rimin. Iun.* adducti *per Mastrill. decis. 36. nu. 10. & Fontan. tom. 2. de pact. clauf. 5. glos. 8. p. 11. num. 12.*; Sed altiores exquirendo responsiones ad motiuum, est
10 sciendum quod pacta aut sunt naturalia, aut accidentalia contractus,
11 ea autem naturalia cuiuscumque actus dicuntur, quæ virtute quadam ab initio à propria rei specie proce-

 dunt,

12 dunt, accidentalia verò ea, quæ ve-
niunt accidentaliter, quod tribus ra-
13 tionibus contingit, nempè ratione
moræ, ratione culpæ, & ratione pacti
appositi supra contractus naturam,
tex. est in l. pacta conuenta, ff. de cõtrah.
empt. & in l. item veniunt, §. cum prædi-
ximus, vbi glos. ff. de petit. hæredit.
Hect. Felyc. de societ. cap. 29. num. 1.
14 præterea omne pactum, quod appo-
nitur in actu, sine quo potest actus
valere, & stare, accidentale dicitur,
Bald. in l. in vendentis col. fin. Cod. de
contr. empt. & d. l. pacta cõuenta, contra-
15 ctus vero censualis, sine hoc pacto
absque dubio consistit, ideò secun-
16 dum dialecticos, quia potest esse, &
abesse præter subiecti corruptionẽ,
dicitur accidens, vt inquit *Porphir.*
in prædicab. cap. de accid. & affirmat
Surd. cons. 179. num. 7. Felic. de societ.
cap. 2. num. 17. Menoch. cons. 37. n. 98.
lib. 1. ideoq; cum hoc pactũ sit acci-
17 dentale, minimè potest per notariũ
suppleri, quando non est in contra-
ctu appositum; etenim Notarius
18 potest addere eas clausulas,
quæ sunt de substantia, & naturæ
actus, non tamen ea, quæ sunt acci-
dentalia ipsius actus, *Bart. Im. & alij*
in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de
liber. & posth. Felyn. in cap. cum P. Ta-
bellio de fid. instrum. Cephal. cons. 88.
volum. 1. & hinc est quod cum clau-
19 sule, hypotecæ bonorum, constituti,
& præcarij, sint accidentalia, non au-
tem naturalia contractus, vt bene
aduertit *Gait. de cred. cap. 4. quæst. 11.*
20 *num. 2078.* idcircò si ee omisse fue-
rint in instrumento, pro appositis ha-
21 beri non possunt, adeò vt anterior
creditor instrumentarius, qui clau-
sulam hypothecariam in instrumen-
to non habet, cuius forsan appositio
omissa fuerit per Notarium, non
præferatur hypothecario poste-
riori, qui de hypotheca cauit, vt
contra *Barbat. de restit. interd. glos.*
7. num. 34. defendit *Gait. vbi su-*
pra num. 2073. de quo vide etiam
Zas. post hæc scripta à me visum *in*
respons. 12. insert. in 2. infort. quorum
omnium alia esse potest ratio, nam
22 clausule hypothecæ, constituti &
precarij, pacti rescissorij, & similes
ampliant obligationem, cum istis
enim strictius obligatur debitor; at
23 id quod auget obligationem, licet
solitum sit apponi in contractu, ta-
men si non fuerit appositum, nequa-
quam subintelligitur, nisi probetur,
vt benè post glos. docet Bald. in l. si fun-
dus, §. in commissoria, ff. de leg. commiss.
sic restringens *tex. in d. l. fin. Cod. de*
fideiuss. & Bald. sequitur Cardin. Mãt.
lib. 3. de tacit. tit. 9. n. 78.
24 Addo quod tunc clausule solite
apponi, cẽsentur apposite, si semper
sunt solite apponi, & eodem modo,
secus verò si solent aliquandò ap-
poni, & aliquandò non, vel diuersi-
25 mode (vt est in hoc pacto, quòd ali-
quando apponitur si per biennium
à solutione debitor defecerit, ali-
quando si per annum & mensem,
quandoque verò si per duas tertias
continuas, & quandoque si per annũ
26 continuum) tunc enim illa regula
locum non habet, vt per multos re-
latos per *Tiraquell. de iur. const. limit.*
vlt. nu. 15. Anton. Gabr. tit. de consuet.
conclus. 3. num. 32. limit. 2. Trentacinq.
lib. 2. variar. resolut. tit. de præsumpt.
resolut. 3. sub num. 2. & 9. nam diffor-
27 mis consuetudo nullius est mo-
menti, *Natt. cons. 106. num. 10. Thob.*
Nannius cons. 48. num. 14. Menoch.
præsumpt. 31. num. 8. lib. 4. Mar. Anto-
nin. lib. 2. var. resolut. 29. & illud etiã
28 intactum non est relinquendum,
quod pactum hoc continet pœnam,
vt ex mora, quæ delictum parit, te-
neatur venditor census sortem re-
stituere, quæ demortua apud eum
peruenerat, & sic delinquendo sor-
tis restitutioni dicitur consentire,
Mastrill. decis. 95. num. 5. pœna autẽ
29 numquam subintelligitur nisi sit ex-
pressa, *Bald. in l. si duo patroni, §. cre-*
dendum col. 2. ff. de liber. & post. Alex.
cons.

conf. 28. *col.* 2. *vol.* 2. *Decius in l. semper in stipulationibus col. fin. ff. de reg. iur. Gabr. d. tit. de consuet. limit. nu.* 19.
30 qui licet *num.* 20. adducat alios cõtrarium tenentes, quod scilicet etiã pœna apponi solita, õmissa subintel-
31 ligatur, id tamen intelligitur, quando semper vniformiter consueuit apponi, ex *Bald. in l. cum quid. col.* 1. *in fine, ff. si cert. petat. Dec. loco cit.* item si
32 apponatur tempore actus, non autẽ si post, *Angel. in l. apud celsum, §. in hac, ff. de dol. except. Affl. in constitut. Regni Baiulos, num.* 16. & 17. præte-
33 rea si pœnæ appositio est adeo de substantia, vt actus sine ipsa fieri nõ possit, alias secus, vt per *Felyn. in c.* 1. *col.* 8. *vers. restringe* 2. *vt lit. non contest.* & ex his remanet confutata secunda ratio per *Thor.* aduersus nostram sententiam ponderata.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. quero, §. inter locatorem, ff. loc. dispositio recensetur, & ille est notandus ad omnes contractus vltro citroq. obligatorios, vt n.* 2.

3 *Contractus resolutio permittitur, ex non solutione annuæ præstationis promissæ, quamuis nullum pactum de hac resolutione præcedat, imo etiam si adesset pactum vt ipse contractus non possit resolui, cum intelligatur conditio, si paritum fuerit promissis.*

4 *Dispositio iuris vbi est diuersa, tunc ex vna ad aliam non infertur.*

5 *Conductor si per biennium pensionẽ non soluit, potest à re conducta expelli: vt est in emphiteutã Ecclesiæ non soluente infra biennium, vel emphiteuta priuati non soluente infra triennium, qui à iure suo cadunt, vt nu.* 6. *& hoc procedit de natura locationis, aut emphiteusis, vt nu.* 7. *& 8.*

9 *Censuarius (siuè census sit reseruatiuus, siuè consignatiuus) & si steterit per mille annos, & non soluerit, res non cadit in commissum, sed tantum ad census solutionem compelli potest; & n.* 10. *&* 11.

12 *Pactum quod si censuarius per biennium, vel aliud tempus reditum non soluerit, re censita priuetur, non valet: & ratio, num.* 13.

14 *Vendita re, & habita fide de pretio, emptore à pretij promissi solutione deficiente, contractus tamen non per hoc rescindi potest.*

15 *Debitor & si deficiat ab annua solutione promissa, non propterea est locus resolutioni contractus.*

16 *Contractum nominatum non seruans, à iure suo non cadit, nec propter inobseruantiam, locus erit resolutioni ipsius.*

17 *Mora non solet augere principalem obligationem, idest facere, vt plus sit in obligatione post morã, quam ante moram fuerit.*

18 *Resolutio firmata in capite* 25. *est iuribus, rationibus, & DD. Authoritatibus consona.*

19 *Reg. Rouiti Authoritas ab omnibus maximè est veneranda; sed in articulo de pacti rescissorij ommissione, paradoxicè loquutus fuit, quod clarè ostenditur, & num.*

num. 20. & 21.

22 DD. illi sunt in aliqua quæstione attendendi, qui disputando, sententiam aliquam firmant, non ij qui perfunctoriè loquuntur.

23 Supremus Senatus, legibus, non exemplis iudicare solet.

24 Plus non debet valere quod factum est, quam quod fieri debet.

25 Indicatur processus quidam, & Banca, vbi potest forsan reperiri exitus cuiusdam causa, & decisio articuli propositi in capite 25.

ARGVMENTVM.

Recensetur vltimum contrariæ sententiæ fundamentum, desumptum ex *tex. in l. quaro, § inter locatorem, ff locat.* & agitur num ex eius dispositione colligi posit (vt DD. contrarij putant sed malè) esse permissam contractus resolutionem, ob non solutionem annuæ præstationis promissæ, etiam si nullum resolutionis, & restitutionis sortis, pactum præcesserit? vbi Author, *Regentis Rouiti* Authoritati, & *Decisioni* relatę per *Thor.* (vt tamen sui ingenioli vires suppetũt) respondere conatur.

CAPVT XXVIII.

SVperest nunc vt ad tertium, & vltimum fundamentum à cõtrarijs ponderatum aduersus sententiam firmatam supra in *Cap. 25.* respondeamus; dicunt enim contrarij eorum conclusionem probari ex singulari determinatione
1 *tex. in l. quaro, § inter locatorẽ, ff. locat.* vbi fuerat facta locatio per quatriẽnium, seu quinquennium, & distributa pensio in singulos annos soluenda cum pacto, quod durante tẽpore locationis conductor expelli non posset, & determinatur ibi, quod si conductor steterit per biennium ad soluendam pensionem, non obstante pacto, potest conductor ipse expelli, quia in pacto illo subintelligitur conditio si pensionem soluerit, id quod exornat latius *Bart.* ibi
2 dicens optimum *tex.* esse, & ad multa facere, foreq. notandum ad omnes contractus, in quibus vltro citroq. aliquid promittitur; idemque affirmarunt nonnulli alij DD. magni nominis, quos refert, & sequitur *Caroc. tract. de locat. in tit. de necess. vsu quæst. 14. n. 3. & 10.* ecce (dicunt illi)
3 habemus legẽ particularẽ, qua permittitur cõtractus resolutio ob non solutionem annuæ præstationis promissæ etiam si nullum pactum præcedat, imo adhuc si de contrario cõstaret, nimirum, vt resolui non posset, cum in eo tacita subintelligatur cõditio, si promissis fuerit paritum; cur ergo (dicunt ipsi) idem non erit dicendum in casu proposito *in dicto cap. 25.* vt scilicet & si non adsit pactum rescissorium, ex defectu solutionis annui census seu redditus, possit contractus annuorũ redditũ, seu censualis rescindi?

Pro responsione ergo dico, quod *tex.* prædictus rectè procedit, illatio verò non rectè constituitur, vbi enim
4 diuersa est iuris dispositio, tunc ex vna dispositione ad aliam inferri nõ

po-

potest, *l. Papinianus exulis ff. de minor.* hinc video diuersam iuris dispositionem; in conductore lex disponit,
5 quod si ipse per biennium solutionem pensionis non fecerit, poterit à re conducta expelli, *l. adem, §. inter locatorem, Cod. locat. Gomez. var. resolut. cap. 2. num. 6. Cancer. lib. 1. c. 14. num. 6. Mastrill. decis. 193. num. 4.* quemadmodum in emphiteusi lex disponit, quod si emphiteuta per
6 biennium, ecclesiæ canonem non soluerit, vel per triennium personis priuatis, cadat à iure suo, & res in commissum incidat, *l. 2. Cod. de iur. emphit. cap. fin. de loc.* & sic cum hoc
7 procedat de natura contractus locationis, aut emphiteusis, nil mirum si tacita subintelligitur conditio, quæ est de natura contractus, nempè vt si pensionem non soluerit, expelli possit, non quidem ex vi cessationis solutionis, sed ex peculiari natura locationis, ob retentionem dominij rei locatæ, quod penes locatorem remanet, vt in puncto *Card. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 13. num. 25.* qui in spe-
8 cie hanc affert rationem, quia pactū hoc est de natura locationis; in cen-
9 su verò reseruatiuo, siue consignatiuo cōtrarium est dispositum, quod .s. etiam si per mille annos steterit censuarius ad soluendum, non cadit res in commissum, sed tantum ad census solutionem compelli potest,
10 & ita in censu reseruatiuo tradit post alios *Couar. lib. 5. var. cap. 7. sub num. 1. Duard. de censib. quæst. 12. in probam. num. 15.* & quamplures alios citat *Ceuall. comm. contr. com. quæst.*
11 *469. num. 5.* & in censu consignatiuo est idem statutum, vt si annuum reditum per mille annos non soluerit, re censui subiugata non priuabitur, ita *glos. in cap. constitutus de relig. domib. Couar. dicto cap. 7. num. 3. Menoch. præs. 109. num 10. lib. 3. Capyc. decis. 103. num. 6.* & post alios *Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæst. 22. nu. 9.*
12 *& seqq.* adeò vt non valeat pactum, quod si censuarius per biennium, vel aliud tempus redditum non soluerit, re censita priuetur, vt tradit *Duard. dicto tract. de Cens. in prob. q. 25. 3. conclus. num. 9. & seqq.* estq; punctualis dēcisio *Valasch. 35. tom. 1.* ex
13 quo hoc pactum est contra naturā contractus, *Fontanell. de pact. claus. 3. glos. 11. num. 126. & glos. 18. p. 3. n. 20. Ceuall. dicta quæst. 469. num. 6.* idem-
14 que est etiam constitutum in venditione, quando habita fide pretio trāsfertur in emptorem dominium, *per tex. in l. inciuile Cod. de rei vend.* vbi emptore, a promissi pretij solutione, deficiente, contractus tamen rescissio denegatur, ex quibus appa-
15 ret quod licet deficiat debitor ab annua solutione promissa, non propterea est locus resolutioni contractus, nec tacita poterit subintelligi conditio hanc rescissionem importans, cum (vt dictum est) illa non insit in hoc contractu census à natura (vt est in cōtractu locationis) quinimò expressè illius naturæ repugnet;
16 & accedit quod regulariter, non obseruans contractum nominatum, à iure suo non cadit, nec propter inobseruantiam locus est contractus rescissioni, prout ex *tex. in l. sicut C. de act. & oblig. & in d. l. inciuile & alijs iuribus* docet in terminis *Surd. d. decis. 180. num. 4. & seqq.* nec est in consideratione, debitoris huius mora in non soluendo annuum reddi-
17 tum, nam de iure non solet mora augere principalem obligationem, idest facere vt plus sit in obligatione post moram, quam fuerit ante moram, prout ijsdem verbis eleganter tradit *Faber. lib. 4. tit. 2. def. 7. num. 7.*

Ex quibus omnibus latè dictis in præcedentibus Capitibus, apparet
18 quam iuribus, quam rationibus, & quam DD. authoritatibus sit consona nostra ista (quam firmauimus in *c. 25.* in hoc articulo de ommissione pacti rescissorij) resolutio, negans dictum

ctum pactum in instrumento annui redditus ommissũ, pro apposito habẽdũ esse. Nec me terret authoritas
29 *Rouiti* (alioquin toto terrarum orbi veneranda) nam ibi articulum
30 non examinat, sed perfunctoriè, imò paradoxicè loquitur, eò quia id procedere asserit etiam *Bulla Pij V.* attenta, quod dictum proculdubio paradoxicum erit censendum; nam
31 apud omnes est in confesso, seruata forma *Bullæ* prædictæ, pactum hoc etiam expresè apponi non posse, vti nominatim, in *Bulla* ipsa prohibitum, & explieat latissimè *Cenc. p.2.de censib.cap.1. quæst.3. cap.8.* & firmauit *idem Rouit. in allegationibus impressis per Tapia lib.4.iur.Reg.prag. 2.num.90.de cens.* Si ergo *Rouit.* eodem in loco vtrumq. simul scriptũ reliquit, nempè quod etiam si pactũ non sit appositum, cessante debitore à solutione tertiarum in terminis promissis, possit contractus rescindi, idq. etiam secundum dispositionem *Bullæ Pij V.*, si hoc vltimum nemo admittit, quomodo illud primum in eodem contextu traditum, aliquam poterit authoritatem habere? ita vt eiusdem authoris eodem in loco dictum scindatur, & in parte in Tribunalibus sit recipiendum, in alia verò parte necessariò respuatur; non igitur mouere debet sola *Rouiti* autho-
32 ritas, illi namque DD., tantum sunt attendendi, qui disputando, sententiam aliquam firmant, non ij qui perfunctoriè loquuntur, vt docuit idem *Rouit.consi.29. vol.1. & rub. de scholar.doctor. num.31.* nec aduersarijs quiquam roboris addet allegata *decisio* S. C. relata à *Thor.* eo quia
33 Supremus Senatus, legibus, non exemplis iudicare consueuit, iuxt. *vulg. l. nemo Cod. de sent. & interloq.*
34 *omn. iudic.* nec plus valere debet quod factum est, quam quod fieri debet, vt in *d.l.sed licet, ff.de offic.præsid.* & hæc sufficiant pro articuli pro-
35 positi in cap.25. resolutione; interim vide processum quẽdã in Banca Solatij, inter D. Diomedem Carafa, & Principem Casalis Maioris, in quo forsan hunc articulum reperies decisum.

SVMMARIVM.

1 *Interesse plurium annorum, an possit sortis principalis duplum excedere? resolutio negatiua, nu. 3. ad quod multa ponderãtur iura, num. 5.6.7. & 8. & de rationibus infra.*

2 *D. Franciscus de Andrea filius D. Didaci, laudatur.*

4 *Alciat. verba in hoc art. inseruntur.*

9 *Accessionem per progressum, maiorem fieri suo principali, & maiorem summam vsurarum nomine solui, quam ipsa sors esset; absurdum censuerunt legislatores.*

10 *Vsurarum cursus si perpetuus concederetur, debitores multiplicem sortem exoluerent, & fænore obruerentur, quod non est ferendũ: & n.11. & 16.*

12 *Leges vnicuique rei terminum imposuere, ne res in infinitum protraheretur.*

13 *Processum in infinitum dari, inconueniens est.*

14 *Vsura, apud Hebreos morsus vocatur, & pastus, & quare num.15.*

AR:

ARGVMENTVM.

Intereſſe plurium annorum, ex mora debitum, & coacervatum, num poſſit ſortis principalis excedere duplum? (vbi (cum ſit nouus, & curioſus articulus; & quantum prima facie pro vna opinione facilis videatur, tantum per iuris tramites tranſeundo, pro alia contraria ſit reſoluendus) recenſetur quædam cauſa ventilata, (ſed nō adhuc deciſa) in S. C. in qua edite fuerunt quedam allegationes ex quibus præſens, *Capitulū* vſque ad *Cap.* 31. incluſiue, Author, ſua methodo exornat: ad ornatum *tex. in l. nihil*, § *pro operis*, *ff de naut fœn. & in l. ſi non ſortem*, § *ſuper duplum*, *ff. de cond. ind. & in l. vſure, Cod. de vſur. & in l. penult.* §. 1. *Cod. eod. tit.*

CAPVT XXIX.



Dubium nouum fuit agitatum in cauſa adhuc pendente, vertēte inter Principiſſam Caſalis Maioris, & illos de Boluito, an in-
1 tereſſe plurium annorum, poſſit ſortis principalis excedere duplum, in qua cauſa, ea, quæ in preſenti capite & ſequentibus tranſcribam mea methodo, concinna ſua (qua ſolet ſemper) elaborauit D. Franciſcus de Andrea filius D. Didaci in qualibet ſcientia verſatiſſimus, qui edidit ſolemnem allegationem Typis traditam pro dicta Principiſſa, & verè totam hanc materiam (vt videri poterit in *ſequentibus Capitulis*) adeo benè & doctè enucleauit, vt nil amplius poſſit deſiderari; dico er-
3 go attentis veris iuris terminis, tale intereſſe, ſortis duplum non poſſe excedere; quam ſententiam tenent innumeri, quos referre non ingenioſum, ſed potius laborioſum eſſet, quarè eos referam, qui maiori authoritate præfulgent, inter quos ſunt videlicet, *Budæus in annotat. ad l. prima, ff. ad l. iul. maieſt. Gram. deciſ.* 119. *à num.* 30. eruditè *Franciſ. Hottoman. lib.* 1. *de vſur. cap.* 10. *per totum Rodriq. de ann. redit. lib.* 3. *quaſt.* 4. *num.* 32. *latè Duaren. diſput. iur. tom.* 2. *tit. de vſur. cap.* 3 *verſ.* 3. *Surd. conſ.* 389. *num.* 14. *Tom.* 3. *Gald. de empt. & vendit. cap.* 19. *num.* 4. *Herring. de fideiuſ. cap.* 24. *num.* 251. *Thor. p.* 3. *ſui comp. verbo intereſſe Gratian. Tom.* 5. *cap.* 907. *num.* 6. *Raphael de Turri tract. de Camb. diſp.* 1. *quaſt.* 13. *num.* 27. *Facchin. lib.* 16. *controuerſ. cap.* 65. & melius omnium ad literam, pro authorum coronide fas mihi ſit *Alciat.* doctiſſimi viri & de noſtra iuris prudentia benemeriti, in noſtris terminis verba ab eo prolata hic inſerere, dum inquit *lib.* 6. *parerg. cap.* 15.
4 (*Finge ergo; vendidiſti mihi fundum centum aureis habita fide de pretio, ego non ſolui, ſed interim fundum per 30. annos poſſedi, petis id, quod tua intereſt, probaſque ſingulis annis ſex aureos te potuiſſe percipere, ideoque ſortem ipſam centum nummorum petis, & rurſus ducenta decem pro eo, quod intereſt, ſanxit Iuſtinianus*

N me

me liberari, si omninò ducenta solnam; imputetur enim creditori, qui tamdiù cessauerit, vt vsuræ ipse sortem excederent, etenim finis aliquis huiusmodi accessionibus fuit imponendus)hæc ille.
5 Pro qua sententia extant iura *in l.nihil,§ pro operis.ff.de naut.fæn.* vbi
Papinianus expresse moderatus fuit
nauticum fœnus, ne sortis principalis excederet duplum; *& in l.si nō sortem, §.super duplum, ff.de condict. indeb.* vbi clarius *Vulpian.* illud proposuit in qualibet vsura seruādum, dum vltra duplum vsuras nec exigi, nec solutas retineri posse respōdit, idemq; duabus Imperatorum san-
7 ctionibus roboratur, ex D.*Antonini* constitutione *in l.vsuræ, Cod. de vsur.* vbi vsuras non exactas, non posse duplum excedere statuit, &
8 *ex l.penult.§.1.Cod.eod.tit.* vbi etiam captis pignoribus statuit, ne cursus vsurarum vltra sortis duplum procedere concederetur. Cuius sententiæ ea est præcipuè ratio, quia absur-
9 dum censuerunt legislatores, accessionem per perpetuum progressum fieri maiorem suo principali, & maiorem summam vsurarum nomine solui, quam ipsa sors esset, vt dixit *Lup.*(qui etiam fuit huius opinionis) *in comm. de vsur.comm.1. §.3 a nu.51.vsq.ad 56.* & ante eum *Hottom.*
10 *dicto lib.1.cap.10.in princ.* alioquin enim si perpetuus vsurarum cursus concederetur, debitores multiplicē exoluerent sortem, & mergentibus semper sortem vsuris, fœnore obruerentur, quod non est ferendum;
11 tum quia omni conatu, & diligentia à *Iuris Consultis*, obuiam itum est vsurarum incrementum, tum etiam
12 quia semper leges vnicuique rei terminum imposuere, ne res protraheretur in infinitum, quod summoperè abhorrent, maximoq; semper odio habuerunt, iuxta communiter notata per DD.*in l.vnic.Cod.de sent.*
13 *quæ pro eo quod inter.* inconueniens quippè est processum dari vsque in infinitum, vt docuit *Aristot.3.Phisic.* relatus à *Soccin. in d. l. vnic.2. lect.*
14 *num.18.* signanter quia cum vsura apud hebræos dicatur morsus, & pastus, vnde in *Deuteron. 23.* legimus Hebræi (*non morsum inferet fratri suo fænore pecuniæ*) *& Exod.22.(si mutuo dederis pecuniam, non eris ei tamquam exactor, nec inferas ei morsum*)
15 ex eo quia vsura sensim, & per particulas patrimonium hominis exedit, idcircò pernecessarium visum fuit, nedum modum particulis adscribere, ne simul vno haustu omnes hominum substantiæ diuellerētur, verum modum etiam morsuum
16 numero imponi oportuit, vt potè qui quamuis minuti, si perpetuo procederent, longiore quidem tempore, sed tandem ad extremum, totum hominis patrimonium absumerent, prout ijsdem ferè verbis eleganter suo more disserit *Hottom. d. cap.10. in princ.* quia verò hæc sententia suos habet contradictores, aliquibus nixos fundamentis, idcircò ea in sequentibus cum responsionibus ponam.

SVMMARIVM.

1 *Glos. sententia, circa articulum propositum in præcedenti capite, recensetur.*
2 *Vsuræ quæ quotannis soluuntur, nō possunt sortis duplum excedere, non verò ee, quæ per tempora coaceruatæ, soluuntur; ex aliquibus DD. sed contra, vt, etiam vsuræ plurium annorum coaceruatæ, in duplum computetur, num. 5. & 8.*

4 Tex.

4 *Tex. in l. penult. §. cursum, Cod. de vsur. ponderatur.*

5 *Vsura tunc currere dicuntur, cum in posterum quotannis debentur.*

8 *Vsurarum cursus inhiberi dicitur, cum deinceps amplius non exiguntur.*

7 *(Procedere) verbum nil aliud in sua proprietate significat, quam vlterius progredi, & iter inceptum vlterius agere.*

9 *Tex. in l. nihil interest, §. pro operis, ff. de naut. fœn. ponderatur, & ei datur intellectus, & n. 10.*

11 *Vsura centesima, quæ nam sit? & num. 12.*

13 *Vsuræ centesima grauiores, numquam permisse fuerunt, nedum à Romanis legibus, sed neque à Barbaris Tirannis, vt n. 14.*

15 *Tex. in l. vsure, Cod. de vsur. verba recensentur.*

16 *Antiqui non in annos, sed in menses erant soliti fœnerari.*

17 *Glosa in quadam illatione, castigatur à Tiraquello.*

18 *Vsure quare antiquitus menstrue dicebantur?*

19 *Fœneratores à Basilio, menstrui exactores vocabantur, & ratio, num. 20.*

21 *Versus quidam cuiusdam Vatis recensentur, ad vsurarum super fetationem detestandam.*

22 *Liber quo ratio vsurarum habebatur, Kalendarium dicebatur, & mos fuit Kalendis stipulari, n. 23.*

24 *Textui in l. vsure, Cod. de vsur. germanus intellectus accomodatur, & nu. 25.*

26 *Sortis an sit habenda ratio, ad conficiendum duplum in hac materia interesse plurium annorū? affirmatiuè vt nu. 29. quidquid dicat Budæus, vt n. 30.*

27 *Quingentum si fuerint mutuati, & quantum ad mille aureos deest persoluatur, sortis & interesse debitum extinguitur.*

28 *Duplum, triplum, cæteraque nomina multiplicatiua, simplum includunt.*

ARGVMENTVM.

Glos. sententia in articulo *Capit. præcedentis* recensetur, cum eius quadam interpretatione ad Iura in dicto *cap.* allegata, ac tandem ex communiori DD. sententia reijcitur, ex *Tex. in citata l. penult.* §. *cursum* Cod. *de vsur.* qui contra *glos.* notabiliter inducitur; & etiam *Tex. in d. l. nihil interest*, § *pro operis, ff. de naut. fœn.* ad cuius sensum percipiendum plura notabilia differuntur; & demonstratur *Accurs.* & sequaces in intellectu, & interpretatione, quam dare illis *Iuribus* conati fuerunt, prorsus paralogizatos fuisse; & discutitur num ad huiusmodi duplum conficiendum, sit etiam sortis habenda ratio, vt. s. sors, & interesse du-

tationem ampliatiuam, sed arctatiuam.

10 Pacta aut sunt naturalia, aut accidentalia contractus; & quæ sint naturalia, n. 11. & quæ accidentalia, n. 12.

11 Accidentalia contractus tripliciter talia dici possunt, nempè ratione moræ, ratione culpæ, & ratione pacti appositi supra contractus naturam.

14 Pactum, quod apponitur in actu, sine quo ipse actus potest valere, & stare, accidentale dicitur.

15 Contractus annui redditus, sine pacto resciſſorio ſubſiſtit:

16 Accidens dicitur (ſecundum Philoſophos) quod poteſt eſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.

17 Pactum reſciſſorium tamquam accidentale contractus, annui redditus, minimè poteſt per Notarium ſuppleri, cum eſt ommiſſum.

18 Notarius poteſt addere eas clauſulas, quæ ſunt de ſubſtantia, & natura actus, non tamen quæ ſunt ipſius actus accidentalia.

19 Clauſulæ Hypotecæ bonorum, & Conſtituti, & precarij, ſunt accidentalia, non autem naturalia contractus; & ideò ſi fuerint ommiſſe, nō habetur pro appoſitis, vt num. 20. & de ratione, nu. 22.

21 Creditor anterior inſtrumentarius, qui clauſulam hypothecariam in inſtrumento non habet, non præfertur hypothecario poſteriori, qui de hypoteca cauit.

23 Pactum per quod augetur obligatio, licet ſolitum ſit apponi in contractu, ſi tamen non fuerit appoſitum, non ſubintelligitur, niſi probetur.

24 Clauſulæ conſuete apponi, tunc cēſentur appoſitæ, cum ſemper, & eodem modo ſolitæ ſunt apponi, ſecus verò ſi ſolent, aliquando apponi, & aliquando non, vel diuerſimodè: & num. 26.

25 Pactum reſciſſorium difformiter eſt conſuetum apponi, nam aliquando ſi debitor per biennium à ſolutione defecerit, aliquando ſi per annum & menſem, quandoquè ſi per duas tertias continuas, & quandoque ſi per annum continuum.

27 Conſuetudo difformis nullius eſt momenti.

28 Pactum reſciſſorium, pœnam in ſe continere dicitur.

29 Pœna numquam ſubintelligitur, niſi ſit expreſſa, ſed contra ſecundum aliquos, in pœna ſolita apponi, vt num. 30., ſed quomodo hec ſententia intelligatur, n. 31. & 32. & 33.

ARGVMENTVM.

Secundum fundamentum recenſetur, ex quo *Reg. Rouit. & Thor.* probant ſententiā contrariam reſolutioni firmatæ in *Cap. 25.* nempè obſeruantia, & conſuetudo Notariorum in apponendo pa-

pactum rescissorium in instrumentis annui redditus? vbi examinatur, num, & quando clausulæ consuetæ apponi, si fuerint ommissæ, pro appositis sint habẽdę? & differitur multiplex pactorum natura, quorum alia sũt substantialia, vel naturalia, alia vero accidentalia contractus; & resoluitur circa clausulam constituti, pactum de non opponendo, apud siculos consuetũ, pactũ rescissoriũ, hypotecã, cœteraque consueta, & ex notariorum incuria, in instrumẽto aliquo forsan ommissa.

CAPVT XXVII.



1 Ecundum fundamẽtum principale *Rou. & Thor.* illud est, quia pactum hoc rescissorium solet cõmuniter apponi, & Notarius censetur rogatus appone-
2 re in contractu clausulas consuetas, adeò vt vbi fuerint ommisse pro appositis habeantur, eò quia error, & incuria Notarij contrahentibus nocere non debet, *vt ex tex. in l. fin.* vbi hoc notat *Bald. & communiter DD. Cod. de fideiuss.* concludunt *Abb. Felyn. & alij in cap. cum M. Ferrariensis, num. 5. de constitut. Surd. decis. 213. num. 6. & decis. 223. num. 5. & seq.* & aiij innumeri ad nauseam relati *per Tiraquell. de iure constit. lim. vlt. nu. 7. & 8.* quibus ex nostris addo *Afflic. in Constit. baiulos omnes num. 13. 15. & 16. Capyc. decis. 159. & D. Prefes Merlin. cap. 35. n. 4.* qui loquitur de clau-
3 sula constituti, & multos recentiores adducit, ad cuius conclusionis maiorem corroborationem, affertur authoritas siculorum, nam cum in illo Regno in quolibet instrumento promissionis solutionis, de stylo, & consuetudine Notariorum apponatur pactum, quod dicitur (*de non contrauenitendo, seu de non opponendo*) de
4 cuius maxima importantia, videndi sunt *Petr. de Gregor. de censi quæst. 10. num. 10. & Carol. de Graff. de except. in preled. nu. 256.* cum dubitatum fuis-
5 set, num pro expresso habeatur, si ex Notarij incuria in instrumento descriptum non reperiretur? affirma-
6 tiuè fuit responsum, non ex alia ratione, nisi quia in omnibus instrumentis est solitum apponi, *vt per Francisc. Milan. in decis. 13. num. 33. lib. 2. Intrigliol. sing. lib. 2. sing. 173. & alijs* omissis *de Graff. dicto tract. de except. 10. except. n. 47.*

Pro cuius secundi fundamenti responsione, dico quod regula est
7 generalis in contractibus casũ ommissum pro ommisso haberi, nec aliquid in illis subaudiendum esse, vt tradit in puncto *Surd. decis. 180. nu. 11. in fine per tex. expressum in l. quidquid adstringenda, ff. de verb. oblig.* ex quo etiam *tex.* est certum, ,
8 in contractu venire solum id quod est actum & expressum, & quidquid est ommissum in verbis, haberi pro
9 ommisso; cõtractus enim non recipiunt interpretationem ampliatiuam, sed arctatiuam, prout in facto consulti responderunt *Bald. cons. 43. volum. 3. Burs. Roland. & Rimin. Iun.* adducti *per Mastrill. decis. 36. nu. 10. & Fontan. tom. 1. de pact. clauf. 5. glos. 8. p. 11. num. 11.*; Sed altiores exqui-
10 rendo responsiones ad motiuum, est sciendum quod pacta aut sunt naturalia, aut accidentalia contractus,
11 ex autem naturalia cuiuscumque actus dicuntur, quæ virtute quadam ab initio à propria rei specie proce-

12 dunt, accidentalia verò ea, quæ ve-
niunt accidentaliter, quod tribus ra-
13 tionibus contingit, nempè ratione
moræ, ratione culpæ, & ratione pacti
appositi supra contractus naturam,
tex. est in l. pacta conuenta, ff. de cõtrah.
empt. & in l. item veniunt, §. cum prædi-
ximus, vbi glos. ff. de petit. hæredit.
Hect. Felyc. de societ. cap. 29. num. 1.
14 præterea omne pactum, quod appo-
nitur in actu, sine quo potest actus
valere, & stare, accidentale dicitur,
Bald. in l. in vendentis col. fin. Cod. de
contr. empt. & d. l. pacta cõuenta, contra-
15 ctus vero censualis, sine hoc pacto
absque dubio consistit, ideò secun-
16 dum dialecticos, quia potest esse, &
abesse præter subiecti corruptionẽ,
dicitur accidens, vt inquit Porphir.
in prædicab. cap. de accid. & affirmat
Surd. cons. 179. num. 7. Felic. de societ.
cap. 2. num. 17. Menoch. cons. 37. n. 98.
lib. 1. ideoq; cum hoc pactũ sit acci-
17 dentale, minimè potest per notariũ
suppleri, quando non est in contra-
ctu appositum; etenim Notarius
18 potest addere eas clausulas,
quæ sunt de substantia, & natura
actus, non tamen ea, quæ sunt acci-
dentalia ipsius actus, Bart. Im. & alij
in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de
liber. & posth. Felyn. in cap. cum P. Ta-
bellio de fid. instrum. Cephal. cons. 88.
volum. 1. & hinc est quod cum clau-
19 sule, hypotecæ bonorum, constituti,
& præcarij, sint accidentalia, non au-
tem naturalia contractus, vt bene
aduertit Gait. de cred. cap. 4. quæst. 11.
20 num. 2078. idcircò si ee omisse fue-
rint in instrumento, pro appositis ha-
21 beri non possunt, adeò vt anterior
creditor instrumentarius, qui clau-
sulam hypothecariam in instrumen-
to non habet, cuius forsan appositio
omissa fuerit per Notarium, non
præferatur hypothecario poste-
riori, qui de hypotheca cauit, vt
contra Barbat. de restit. interd. glos.
7. num. 34. defendit Gait. vbi su-
pra num. 2073. de quo vide etiam
Zas. post hæc scripta à me visum in
respons. 12. insert. in 2. infort. quorum
omnium alia esse potest ratio, nam
22 clausule hypothecæ, constituti &
precarij, pacti rescissorij, & similes
ampliant obligationem, cum istis
enim strictius obligatur debitor; at
23 id quod auget obligationem, licet
solitum sit apponi in contractu, ta-
men si non fuerit appositum, nequa-
quam subintelligitur, nisi probetur,
vt benè post glos. docet Bald. in l. si fun-
dus, §. in commissoria, ff. de leg. commiss.
sic restringens tex. in d. l. fin. Cod. de
fideiuss. & Bald. sequitur Cardin. Mãt.
lib. 3. de tacit. tit. 9. n. 78.

24 Addo quod tunc clausule solite
apponi, cẽsentur apposite, si semper
sunt solite apponi, & eodem modo,
secus verò si solent aliquandò ap-
poni, & aliquandò non, vel diuersi-
25 mode (vt est in hoc pacto, quòd ali-
quando apponitur si per biennium
à solutione debitor defecerit, ali-
quando si per annum & mensem,
quandoque verò si per duas tertias
continuas, & quandoque si per annũ
26 continuum) tunc enim illa regula
locum non habet, vt per multos re-
latos per Tiraquell. de iur. const. limit.
vlt. nu. 15. Anton. Gabr. tit. de consuet.
conclus. 3. num. 32. limit. 2. Trentacinq.
lib. 2. variar. resolut. tit. de præsumpt.
resolut. 3. sub num. 2. & 9. nam diffor-
27 mis consuetudo nullius est mo-
menti, Natt. cons. 106. num. 10. Thob.
Nonnius cons. 48. num. 14. Menoch.
præsumpt. 31. num. 8. lib. 4. Mar. Anto-
nin. lib. 2. var. resolut. 29. & illud etiã
28 intactum non est relinquendum,
quod pactum hoc continet pœnam,
vt ex mora, quæ delictum parit, te-
neatur venditor census sortem re-
stituere, quæ demortua apud eum
peruenerat, & sic delinquendo sor-
tis restitutioni dicitur consentire,
Mastrill. decis. 95. num. 5. pœna autẽ
29 numquam subintelligitur nisi sit ex-
pressa, Bald. in l. si duo patroni, §. cre-
dendum col. 2. ff. de liber. & post. Alex.
cons.

consf.18.col.2.vol.2.Decius in l. semper in stipulationibus col.fin. ff.de reg.iur. Gabr.d.tit.de consuet. limit. nu.19.
30 qui licet *num.20.*adducat alios cõtrarium tenentes, quod scilicet etiã pœna apponi solita, õmissa subintel-
31 ligatur, id tamen intelligitur, quando semper vniformiter consueuit apponi, ex *Bald.in l.cum quid.col.1.in fine, ff.si cert.petat. Dec.loco cit.* item si
32 apponatur tempore actus, non autẽ si post, *Angel. in l. apud celsum, §.in hac, ff.de dol.except. Affl. in constitut. Regni Baiulos, num.16.& 17.* præte-
33 rea si pœnæ appositio est adeo de substantia, vt actus sine ipsa fieri nõ possit, alias secus, vt per *Felyn.in c.1. col.8. vers.restringe 2. vt lit. non contest.* & ex his remanet confutatã secunda ratio per *Thor.* aduersus nostram sententiam ponderata.

SVMMARIVM.

1 *Tex.in l. quæro, §.inter locatorem, ff. loc. dispositio recensetur, & ille est notandus ad omnes contractus vltro citroq. obligatorios, vt n.2.*

3 *Contractus resolutio permittitur, ex non solutione annuæ præstationis promissæ, quamuis nullum pactum de hac resolutione præcedat, imo etiam si adesset pactum vt ipse contractus non possit resolui, cum intelligatur conditio, si paritum fuerit promissis.*

4 *Dispositio iuris vbi est diuersa, tunc ex vna ad aliam non infertur.*

5 *Conductor si per biennium pensionẽ non soluit, potest à re conducta expelli: vt est in emphiteuta Ecclesiæ non soluente infra biennium, vel emphiteuta priuati non soluente infra triennium qui à iure suo cadunt, vt nu.6. & hoc procedit de natura locationis, aut emphiteusis, vt nu.7. & 8.*

9 *Censuarius (siuè census sit reseruatiuus, siuè consignatiuus) & si steterit per mille annos, & non soluerit, res non cadit in commissum, sed tantum ad census solutionem compelli potest, & n.10. & 11.*

12 *Pactum quod si censuarius per biennium, vel aliud tempus reditum non soluerit, re censita priuetur, non valet: & ratio, num.13.*

14 *Vendita re, & habita fide de pretio, emptore à pretij promissi solutione, deficiente, contractus tamen non per hoc rescindi potest.*

15 *Debitor & si deficiat ab annua solutione promissa, non propterea est locus resolutioni contractus.*

16 *Contractum nominatum non seruans, à iure suo non cadit, nec propter inobseruantiam, locus erit resolutioni ipsius.*

17 *Mora non solet augere principalem obligationem, idest facere, vt plus sit in obligatione post morã, quam ante moram fuerit.*

18 *Resolutio firmata in capite 25. est iuribus, rationibus, & DD. Authoritatibus consona.*

19 *Reg. Rouiti Authoritas ab omnibus maximè est veneranda; sed in articulo de pacti rescissorij ommissione, paradoxicè loquutus fuit, quod clarè ostenditur, & num.*

num. 20. *&* 21.

22 *DD. illi sunt in aliqua quæstione attendendi, qui disputando, sententiam aliquam firmant, non ij qui perfunctoriè loquuntur.*

23 *Supremus Senatus, legibus, non exemplis iudicare solet.*

24 *Plus non debet valere quod factum est, quam quod fieri debet.*

25 *Indicatur processus quidam, & Banca, vbi potest forsan reperiri exitus cuiusdam causæ, & decisio articuli propositi in capite 25.*

ARGVMENTVM.

Recensetur vltimum contrariæ sententiæ fundamentum, desumptum ex *tex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* & agitur num ex eius dispositione colligi possit (vt DD. contrarij putant sed malè), esse permissam contractus resolutionem, ob non solutionem annuæ præstationis promissæ, etiam si nullum resolutionis, & restitutionis sortis, pactum præcesserit? vbi Author, *Regentis Rouiti* Authoritati, & *Decisioni* relatę per *Thor.* (vt tamen sui ingenioli vires suppetũt) respondere conatur.

CAPVT XXVIII.

SVpere[illegible] nunc vt ad tertium, & vltimum fundamentum à cõtrarijs ponderatum aduersus sententiam firmatam supra in *Cap.* 25. respondeamus; dicunt enim contrarij eorum conclusionem probari ex singulari determinatione
1 *tex. in l. quæro, §. inter locatorẽ, ff. locat.* vbi fuerat facta locatio per quatriẽnium, seu quinquennium, & distributa pensio in singulos annos soluenda. cum pacto, quod durante tẽpore locationis conductor expelli non posset, & determinatur ibi, quod si conductor steterit per biennium ad soluendam pensionem, non obstante pacto, potest conductor ipse expelli, quia in pacto illo subintelligitur conditio si pensionem soluerit, id quod exornat latius *Bart.* ibi
2 dicens optimum *tex.* esse, & ad multa facere, foreq. notandum ad omnes contractus, in quibus vltro citroq. aliquid promittitur; idemque affirmarunt nonnulli alij DD. magni nominis, quos refert, & sequitur *Caroc. tract. de locat. in tit. de neces. vsu*
3 *quæst.* 14. *n.* 3. *&* 10. ecce (dicunt illi) habemus legẽ particularẽ, qua permittitur cõtractus resolutio ob non solutionem annuæ præstationis promissæ etiam si nullum pactum præcedat, imo adhuc si de contrario cõstaret, nimirum, vt resolui non possit, cum in eo tacita subintelligatur cõditio, si promissis fuerit paritum; cur ergo (dicunt ipsi) idem non erit dicendum in casu proposito *in dicto cap.* 25. vt scilicet & si non adsit pactum rescissorium, ex defectu solutionis annui census seu redditus, possit contractus annuorũ redditũ, seu censualis rescindi?

Pro responsione ergo dico, quod *tex.* prædictus rectè procedit, illatio verò non rectè constituitur, vbi enim
4 diuersa est iuris dispositio, tunc ex vna dispositione ad aliam inferri nõ po-

potest, *l. Papinianus exulis ff. de minor.*
hinc video diuersam iuris dispositionem;
5 tionem; in conductore lex disponit,
quod si ipse per biennium solutionem
nem pensionis non fecerit, poterit à
re conducta expelli, *l. adem, §. inter
locatorem, Cod. locat. Gomez. var. resolut.
solut. cap. 2. num. 6. Cancer. lib. 1. c. 14.
num. 6. Madrill. decis. 193. num. 4.*
quemadmodum in emphiteusi lex
disponit, quod si emphiteuta per
6 biennium, ecclesiæ canonem non
soluerit, vel per triennium personis
priuatis, cadat à iure suo, & res in
commissum incidat, *l. 2. Cod. de iur.
emphit. cap. fin. de loc.* & sic cum hoc
7 procedat de natura contractus locationis,
tionis, aut emphiteusis, nil mirum si
tacita subintelligitur conditio, quæ
est de natura contractus, nempè vt si
pensionem non soluerit, expelli possit,
sit, non quidem ex vi cessationis solutionis,
lutionis, sed ex peculiari natura locationis,
cationis, ob retentionem dominij rei
locatæ, quod penes locatorem remanet,
manet, vt in puncto *Card. Mant. de
tacit. lib. 1. tit. 13. num. 25.* qui in spe-
8 cie hanc affert rationem, quia pactū
hoc est de natura locationis; in cen-
9 su verò reseruatiuo, siue consignatiuo
tiuo cōtrarium est dispositum, quod
.f. etiam si per mille annos steterit
censuatius ad soluendum, non cadit
res in commissum, sed tantum ad
census solutionem compelli potest,
10 & ita in censu reseruatiuo tradit
post alios *Couar. lib. 5. var. cap. 7. sub
num. 1. Duard. de censib. quæst. 12. in
prohæm. num. 15.* & quamplures alios
citat *Ceuall. comm. contr. com. quæst.*
11 *469. num. 5.* & in censu consignatiuo
est idem statutum, vt si annuum redditum
ditum per mille annos non soluerit,
rit, re censui subiugata non priuabitur,
tur, ita *glos. in cap. constitutus de relig.
domib. Couar. dicto cap. 7. num. 3. Menoch.
noch. præs. 109. num 10. lib. 3. Capyc.
decis. 103. num. 6.* & post alios *Roderic.
ric. de ann. redit. lib. 2. quæst. 22. nu. 9.*
12 *& seqq.* adeò vt non valeat pactum,
quod si censuarius per biennium,
vel aliud tempus redditum non soluerit,
luerit, re censita priuetur, vt tradit
*Duard. dicto tract. de Cens. in prob. q.
25. 3. conclus. num. 9. & seqq.* estq; punctualis
ctualis decisio *Valasch. 35. tom. 1.* ex
13 quo hoc pactum est contra naturā
contractus, *Fontanell. de pact. claus. 3.
glos. 11. num. 126. & glos. 18. p. 3. n. 20.
Ceuall. dicta quæst. 469. num. 6.* idem-
14 que est etiam constitutum in venditione,
ditione, quando habita fide pretio
trāsfertur in emptorem dominium,
per tex. in l. inciuile Cod. de rei vend.
vbi emptore, à promissi pretij solutione,
tione, deficiente, contractus tamen
rescissio denegatur, ex quibus appa-
15 ret quod licet deficiat debitor ab
annua solutione promissa, non propterea
pterea est locus resolutioni contractus,
ctus, nec tacita poterit subintelligi
conditio hanc rescissionem importans,
tans, cum (vt dictum est) illa non insit
sit in hoc contractu census à natura
(vt est in cōtractu locationis) quinimò
mò expresè illius naturæ repugnet;
16 & accedit quod regulariter, non
obseruans contractum nominatum,
à iure suo non cadit, nec propter
inobseruantiam locus est contractus
rescissioni, prout ex *tex. in l. sicut
C. de act. & oblig. & in d. l. inciuile &
alijs iuribus* docet in terminis *Surd.
d. decis. 180. num. 4. & seqq.* nec est in
consideratione, debitoris huius mora
in non soluendo annuum reddi-
17 tum, nam de iure non solet mora
augere principalem obligationem,
idest facere vt plus sit in obligatione
ne post moram, quam fuerit ante
moram, prout ijsdem verbis eleganter
ter tradit *Faber. lib. 4. tit. 2. def. 7.
num. 7.*

Ex quibus omnibus latè dictis in
præcedentibus Capitibus, apparet
18 quam iuribus, quam rationibus, &
quam DD. authoritatibus sit consona
sona nostra ista (quam firmauimus in
c. 25. in hoc articulo de ommissione
pacti rescissorij) resolutio, negans di-
ctum

ctum pactum in instrumento annui redditus ommissũ, pro apposito habẽdũ esse. Nec me terret authoritas
29 *Rouiti* (alioquin toto terrarum orbi veneranda) nam ibi articulum
30 non examinat, sed perfunctoriè, imò paradoxicè loquitur, eò quia id procedere asserit etiam *Bulla Pij V.* attenta, quod dictum proculdubio paradoxicum erit censendum; nam
31 apud omnes est in confesso, seruata forma *Bulla* prædictæ, pactum hoc etiam expressè apponi non posse, vti nominatim, in *Bulla* ipsa prohibitum, & explicat latissimè *Cenc. p.2.de censib.cap.1. quæst.3.cap.8.* & firmauit *idem Rouit. in allegationibus impressis per Tapia lib.4.iur.Reg.prag. 2.num.90.de cens.* Si ergo *Rouit.* eodem in loco vtrumq. simul scriptũ reliquit, nempè quod etiam si pactũ non sit appositum, cessante debitore à solutione tertiarum in terminis promissis, possit contractus rescindi, idq. etiam secundum dispositionem *Bulla Pij V.*, si hoc vltimum nemo admittit, quomodo illud primum in eodem contextu traditum, aliquam poterit authoritatem habere? ita vt eiusdem authoris eodem in loco dictum scindatur, & in parte in Tribunalibus sit recipiendum, in alia verò parte necessariò respuatur; non igitur mouere debet sola *Rouiti* autho-
32 ritas, illi namque DD., tantum sunt attendendi, qui disputando, sententiam aliquam firmant, non ij qui perfunctoriè loquuntur, vt docuit idem *Rouit.cons.29. vol.1. & rub. de scholar.doctor. num.31.* nec aduersarijs quiquam roboris addet allegata *decisio* S. C. relata à *Thor.* eo quia
33 Supremus Senatus, legibus, non exemplis iudicare consueuit, iuxt. *vulg. l. nemo Cod. de sent. & interloq.*
34 *omn. iudic.* nec plus valere debet quod factum est, quam quod fieri debet, vt in *d.l.sed licet, ff.de offic.præsid.* & hæc sufficiant pro articuli pro-
35 positi in cap.25. resolutione; interim vide processum quedã in Banca Solatij, inter D. Diomedem Carafa, & Principem Casalis Maioris, in quo forsan hunc articulum reperies decisum.

SVMMARIVM.

1 *Interesse plurium annorum, an possit sortis principalis duplum excedere? resolutio negatiua, nu. 3. ad quod multa ponderãtur iura, num. 5. 6. 7. & 8. & de rationibus infra.*

2 *D. Franciscus de Andrea filius D. Didaci, laudatur.*

4 *Alciat. verba in hoc art. inseruntur.*

9 *Accessionem per progressum, maiorem fieri suo principali, & maiorem summam vsurarum nomine solui, quam ipsa sors esset; absurdum censuerunt legislatores.*

10 *Vsurarum cursus si perpetuus concederetur, debitores multiplicem sortem exoluerent, & fœnore obruerentur, quod non est ferendũ: & n. 11. & 16.*

12 *Leges vnicuique rei terminum imposuere, ne res in infinitum protraheretur.*

13 *Processum in infinitum dari, inconueniens est.*

14 *Vsura, apud Hebreos morsus vocatur, & pastus, & quare num. 15.*

AR

ARGVMENTVM.

Intereſſe plurium annorum, ex mora debitum, & coacervatum, num poſſit ſortis principalis excedere duplum? (vbi (cum ſit nouus, & curioſus articulus, & quantum prima facie pro vna opinione facilis videatur, tantum per iuris tramites tranſeundo, pro alia contraria ſit reſoluendus) recenſetur quædam cauſa ventilata, (ſed nõ adhuc deciſa) in S.C., in qua edite fuerunt quedam allegationes ex quibus præſens, Capitulũ vſque ad Cap. 31. incluſiue, Author, ſua methodo exornat: ad ornatum *tex. in l. nihil, §. pro operis, ff. de naut. foen. & in l. ſi non ſortem, § ſuper duplum, ff. de cond. ind. & in l. vſure, Cod. de vſur. & in l. penult. §. 1. Cod. eod. tit.*

CAPVT XXIX.



Vbium nouum fuit agitatum in cauſa adhuc pend. nte, vertẽte inter Principiſſam Caialis Militeris, & illos de Boluiro, an in-
1 tereſſe plurium annorum, poſſit ſortis principalis excedere duplum, in qua cauſa, ea, quæ in preſenti capite & ſequentibus tranſcribam mea methodo, concinna ſua (qua ſolet ſemper) elaborauit D. Franciſcus de Andrea filius D. Didaci in qualibet ſcientia verſatiſſimus, qui edidit ſolemnem allegationem Typis traditam pro dicta Principiſſa, & verè totam hanc materiam (vt videri poterit in *ſequentibus Capitulis*) adeo benè & doctè enucleauit, vt nil amplius poſſit deſiderari; dico er-
3 go attentis veris iuris terminis, tale intereſſe, ſortis duplum non poſſe excedere; quam ſententiam tenent innumeri, quos referre non ingenioſum, ſed potius laborioſum eſſet, quarè eos referam, qui maiori authoritate præfulgent, inter quos ſunt videlicet, *Budæus in annotat. ad l. prima, ff. ad l. iul. maieſt. Gram. deciſ. 119. à num. 30.* eruditè *Franciſ. Hottoman. lib. 1. de vſur. cap. 10. per totum Rodriq. de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num. 32. latè Duaren. diſput. iur. tom. 2. tit. de vſur. cap. 3 verſ. 3. Sard. conſ. 389. num. 14. Tom. 3. Cald. de empt. & vendit. cap. 19. num. 4. Herring. de fideiuſ. cap. 24. num. 251. Thor. p. 3. ſui comp. verbo intereſſe Gratian. Tom. 5. cap. 907. num. 6. Raphael de Turri tract. de Camb. diſp. 1. quæſt. 13. num. 27. Facchin. lib. 10. controuerſ. cap. 65.* & melius omnium ad literam, pro authorum coronide fas mihi ſit *Alciat.* doctiſſimi viri & de noſtra iuris prudentia benemeriti, in noſtris terminis verba ab eo prolata hic inſerere, dum inquit *lib. 6. parerg. cap. 15.*
4 (*Finge ergo; vendidiſſi mihi fundum centum aureis habita fide de pretio, ego non ſolui, ſed interim fundum per 30. annos poſſedi, petis id, quod tua intereſt, probaſque ſingulis annis ſex aureos te potuiſſe percipere, ideoque ſortem ipſam centum nummorum petis, & rurſus ducenta decem pro eo, quod intereſt, ſanxit Iuſtinianus*

4 *Tex.in l.penult. §. cursum, Cod.de vsur.ponderatur.*

5 *Vsura tunc currere dicuntur, cum in posterum quotannis debentur.*

8 *Vsurarum cursus inhiberi dicitur, cum deinceps amplius non exiguntur.*

7 *(Procedere) verbum nil aliud in sua proprietate significat, quam vlterius progredi, & iter inceptum vlterius agere.*

9 *Tex.in l.nihil interest, §.pro operis, ff.de naut. fœn ponderatur, & ei datur intellectus, & n. 10.*

11 *Vsura centesima, quæ nam sit? & num.12.*

13 *Vsuræ centesima grauiores, numquam permisse fuerunt, nedum à Romanis legibus, sed neque à Barbaris Tirannis, vt n.14.*

15 *Tex. in l. vsure, Cod. de vsur. verba recensentur.*

16 *Antiqui non in annos, sed in menses erant soliti fœnerari.*

17 *Glosa in quadam illatione, castigatur à Tiraquello.*

18 *Vsure quare antiquitus menstrue dicebantur?*

19 *Fœneratores à Basilio, menstrui exactores vocabantur; & ratio, num. 20.*

21 *Versus quidam cuiusdam Vatis recensentur, ad vsurarum superfœtationem detestandam.*

22 *Liber quo ratio vsurarum habebatur, Kalendarium dicebatur, & mos fuit Kalendis stipulari, n.23.*

24 *Textui in l. vsure, Cod. de vsur. germanus intellectus accomodatur, & nu.25.*

26 *Sortis an sit habenda ratio, ad conficiendum duplum in hac materia interesse plurium annorũ? affirmatiuè vt nu.29. quidquid dicat Budæus, vt n.30.*

27 *Quingentum si fuerint mutuati, & quantum ad mille aureos deest persoluatur, sortis & intereße debitum extinguitur.*

28 *Duplum, triplum, cæteraque nomina multiplicatiua, simplum includunt.*

ARGVMENTVM.

Glos. sententia in articulo *Capit. præcedentis* recensetur, cum eius quadam interpratatione ad Iura in dicto *cap.* allegata, ac tandem ex communiori DD. sententia reijcitur, ex *Tex. in citata l.penult.§.cursum* Cod. *de vsur.* qui contra *glos.* notabiliter inducitur; & etiam *Tex. in d.l.nihil interest, § pro operis, ff.de naut. fœn.* ad cuius sensum percipiendum plura notabilia differuntur; & demonstratur *Accurs.* & sequaces in intellectu, & interpratatione, quam dare illis *Iuribus* conati fuerunt, prorsus paralogizatos fuisse; & discutitur num ad huiusmodi duplum conficiendum, sit etiam sortis habenda ratio, vt.s.sors, & interesse du-

plum constituant? vbi omnia notabiliter habentur.

CAPVT XXX.



Ontrarius est sententiæ in præcedenti capite firmatæ, *Accurs. in d.l. vsure C. de vsur.* dicēs quod
1 id quod dicitur vsuras vltra duplum exigi non posse, minime sibi locum vendicat, cum plurium annorum spatio, sors ab vsuris æquatur, sed solum cum vsure singulis annis supra sortem soluerentur, quem sequuti fuere idem *Bart. Bald. Castrens. Salyc. & Ias. in d. l. si non sortem, §. super duplum* dicentes *Antoninum* ibi veteres leges de-
2 clarasse, vt non procedant in vsuris per tempora solutis, siue soluendis he enim non computantur in duplum, sed solum ee, quæ tempore solutionis, s. in fine cuiuscumque anni, sortis duplum excedunt, & sic respondit omnibus legibus in contrarium adductis, cum non loquantur (iuxta eorum sententiam) de duplo post plures annos, sed solum de vsuris, quæ singulis annis sortem duplarent, quod est improbatum; sed nescio quomodo hæc *glos.* & sequacium opinio sustineri possit,
3 cum contraria sententia (nempè vt etiam plurium annorum vsure insimul congeste, & coaceruate in duplum computentur) manifestè probetur ex *d.l. penult. §. cursum Cod. de vsur.* qui *tex.* si benè ponderetur nullum dubitandi locum relinquet; ait
4 enim ibi *Iustin. (cursū insuper vsurarum vltra duplum minimè procedere concedimus)* ergo de vsuris loquitur, quæ singulis temporibus successiuè præstantur, & quæ semper multiplicantur, constituta die adueniente; verba enim illa *(cursum insuper vsurarum)* manifestè indicant tractum
5 successiuum; tunc enim currere dicuntur vsure cum in posterum quotannis debentur, vt in *l. lite contestata, ff. de vsur. & l. fin. vers. si enim Cod. de vsur. rei indic.* vndè illarum cur-
6 sus inhiberi dicitur, cum deinceps amplius non exiguntur *d.l. fin. §. fin. & l. acceptam, Cod. de vsur.* & verbum
7 *(procedere)* nihil aliud in sua proprietate significat, quam vlterius progredi, incœptumque iter vlterius agere, vnde *Cęs. 1. Bell. ciuil. (tali dum pugnatur modo, lentè ac paulatim proceditur) & Cicer. pro Sex. (huic ad vrbem venienti, tota obuiam Ciuitas cum lacrimis, gemituq; processerat* (vn-
8 dè non est ferenda citatorum interpretatio, qui volunt vt *tex.* ille ad vsuras vnius anni referatur, cum ex ea manifesta inferatur violentia literæ illius contextus, cū apertissimè legis verba refragentur vt est dictū.

Secundò id ipsum probatur *in d. l. nihil interest, §. pro operis, ff. de naut. fen.* (quem *tex.* in puncto casum nostrum decidere, dixit *Gam. d. decis. 110. num. 32. vers. 2. principaliter*) ad cuius *tex.* percipiendum sen-
9 sum, est supponendum in nautica pecunia morem in vsu fuisse, vt creditor seruum mitteret, qui eam pecuniam peteret eo die, quo debitor se soluturum spoponderat, & quia interea eius serui operas creditor amittebat, pœnam in singulos dies stipulabatur, itemq. sumptus eius serui, qui pecuniam persequebatur, vt eam ad creditorem reportaret, vt ostendit *Paul. in l. traiectitiæ, ff. de oblig. & act. & in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig.* ibi *(præstaret sumptus om-*
10 *nes persequentibus eam pecuniam)* cauerat igitur creditor in specie *d. §. pro operis*, vt pro serui operis pecuniam persequentis, vsure singulis diebus deberentur, quæ ad finem complerent centesimam, ait ibi *Papinianus (pro operis serui traiectitiæ pecuniæ gratia sequuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finē*

cen-

centesima, non vltra duplum deberetur) vt .s. centesima hæc vsura non
possit duplum excedere, ergo apertè
decidit plures diuisas vsuras in duplum computari, alioquin duplum
illud ad vnumquemq. diem referri
deberet, quo nihil posset absurdius
excogitari.

Et vt pateat quam in illo intelle-
11 ctu *Accurs.* & sequaces sint decepti, dico quod si verum esset eam
esse centesimam vsuram, qua vnum
singulis mensibus, siue, quod idem
est, duodecim singulis annis pro singulis centenis pensitantur, *vt in §.
plus autem inst. de action. Caluin. in
verbo vsure centesime Cald. de empt.
& vend. cap. 29. num. 5. Roder. de ann.
reddit. lib. 1. quæst. 2. num. 9.* ex nostris
de Franch. decis. 21. in fine Ann. cons.
48. *Theodor. alleg. 40. num. 6.* sequæ-
12 retur, vt absurdum esset dicere eximios Iuris Consultos *Papinianum*,
& Vulpianum, & Summos Imperatores *Iustinianum*, & *Antoninum* tot
legibus, & rescriptis prohibuisse, ne
pro singulis centenis altero tanto
amplius, quolibet anno vsurarum
nomine accipere liceret, dum certissimi iuris erat sex, siue octo, vel ad
summum duodecim solum capi
13 potuisse, cum nulle vnquam vsure
centesima grauiores permissæ fuerint, vt ex pluribus docēt *Hottoman.
vbi supra vers. fin.* & de iure Codicis sit indubitatum *ex d. l. eos* vnde
pernecesse est fateri, plurium annorum cumulum, & aceruum in dictis
14 legibus vetitum fuisse, ne alioquin
tam grauis vsura concederetur, quæ
singulis annis ipsam sortem æquaret, quod nedum Romanis legibus
vetitum expresse, sed neque à Barbaris Tyrannis vmquam permissū
fuisse, monumentis traditur.

Difficultatis igitur cardo pro *glos.*
& sequacium intellectu est in *tex. in
15 d. l. vsure* in illis verbis *(tunc enim
vltra sortis summam vsure non exiguntur, quoties tempore solutionis summa vsurarum excedit eam computationem)* qua propter *Accurs.* dixit *(tēpore solutionis)* .s. tēpore quo solui debebant vsure, & ex inde infert *(singulis annis)* sed non rectè proces-
16 sit hæc *glos.* illatio, nam veteres non
in annos, sed in menses soliti erant
fœnerari, *l. publia, §. Lucius, ff. depos.*
ibi *(conueni me fęneris nomine daturū
in vnumquemq. mensem)* ex quo *tex.*
17 illud *glos.* discere debuisse, dixit
Tiraquell. de retr. §. 1. glos. 6. num. 18.
& ex *Plutar. Senec. Cicer. Plin. Ouid.* &
alijs, probant *Budæus lib. 1. de asse Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 1.* & alij supra
18 adducti, ideoq. vsure menstrue dicebantur, eo quod singulis mensibus pensitabantur, *l. lecta, ff. si cert.
pet. l. cum stipulati sumus, ff. de verb.
19 oblig.* & fœneratores à *Basilio* menstrui exactores vocabantur, *Borchol.
dicto cap. 4. de vsur. num. 7.* etenim
20 moris erat Kalendis fœnerari, vnde
*Plutarch. in lib. quod fęnerari non
liceat*, Kalendas alioquin sacras, infaustas factas esse scribit propter fęneratores; quo loci respexisse vide-
21 tur fœstiuissimus quidam Vates ad
vsurarum superfetationem detestandam, adductus à *Raphael de Turri tract. de camb. dicta disput. 1. q. 13.
num. 25.* lepidissimè his verbis ludēs

*Est sterilis, quamuis fęcunda more, Colūba
Cogitur in menses non vnos edere fętus
Et nimio sāctas damno infamare Kalēdas*

22 ideoq. liber, quo vsurarum ratio
habebatur, *Kalendarium*, apud I.C.
dictum fuit, *l. qui filium, l. qui nomen,
23 ff. de leg. 3.* vnde ortum habuit Kalendis stipulari, *l. 1. l. qui ante, l. centesimis, ff. de verb. obligat.* quare si ter-
24 minus vsurarum solutioni præfixus, mensis erat, sequitur, vt *Antoninus* cum vetauit ne tempore solutionis sors superaretur ab vsuris, secundum *glos.* intellectum, vnius mēsis finem, non vnius anni prospexerit; & sic quolibet anno duodecuplū
25 pro vsuris solueretur, quo nil absurdius; dicendum est ergo tempus
illud

illud solutionis, secundum omnes interpretes pro nostra sententia adductos, esse tempus quo solutio petitur, quotiescumq; id eueniat, postquam fuit à solutione cessatum, sicque plurium annorum vsuras in duplum computari.

26 Qua propter ad huiusmodi duplum conficiendum est etiam sortis habenda ratio, vt. s. sors & vsura duplum constituant, vt probatur *in l.* 1. *Cod. Theodos.* ibi (*si vsure summam capitis impleuerint*) & ostendit *Antoninus in d. l. vsure* ibi (*tunc enim vltra sortis summam vsure non exiguntur*)

27 & clarius *Iustinianus in nouell.* 121. vbi pro quingentum aureis mutuo datis, si quantum adhuc ad mille aureos deest persoluatur, & sortis & vsurarum debitum extingui mãdauit, & quidem iuris ratione, quia

28 regulariter duplum, triplum, cœteraq. multiplicatiua nomina, simplũ includunt, §. *tripli inst. de action.* §. *quatrupli instit. de vi bon. raptor.* & ita duplum hoc, tradiderunt accipiendum *Alciat. in l. vnic. Cod. de sent. qua pro eo quod inter. cap.* 5. *vers. cum igitur, & d. lib.* 3. *dispunct. cap.* 1. *Cuiac. dicta nouell.* 121. Quod neq; latuit *Accurs. Bart. Bald. Salyc & alios in d. l.*

29 *vsure*, qui in duplo illo, simplum etiam voluerunt inesse, nec vllus vmquam ab hac rectissima senten-

30 tia deuiauit, præter vnum *Budaum*, quem ob id parum in iure exercitatum vocarũt *Parisiens. tract. de vsur. num.* 46. *& Roderic. lib.* 3. *de ann. redit. q.* 94. *num.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Iura probantia, plurium annorum vsuras vltra sortis duplum nõ concedi, num procedant in interesse plurium annorum? & an loquantur de vsuris lucratorijs, vel punitorijs? num.* 2. *vbi de veritate.*

3 *Tex. in l. eos Cod. de vsur. ponderatur.*

4 *Vsura hodiè est interesse præsumptum, & circumscriptum; & ad Regulas Christianæ Charitatis ab Imperatoribus præfinitum, vt n.* 5.

6 *Interesse difficiliter probari potest.*

7 *Interesse, cum coarctari intenditur, illudque certis finibus restringi, rectè ad ll. de vsuris loquentes, recursus haberi potest.*

8 *Rodriq. verba inseruntur.*

9 *Argumentum à veteribus Vsuris, & legibus Iuris Ciuilis de eis loquentibus, ad nostros redditus, validum est, cum de redditu restringendo agitur, ex Rodriq. ibi.*

10 *Redditus siue in pactum deducti, siue non, in quibus sors non est perpetuò alienata, & in quibus interusurij ratio habetur, non possunt currere vltra sortis duplum, siue vltra sortis summã: ex Rodriq. & ratio, nu.* 12.

11 *Interesse aliud interesse non parit, quamuis illud fuerit conuentũ; & ratio ibidem.*

13 *Interesse ex mora debitum, accessio est, ac multis ex causis est odiosum, & restringendum.*

14 *Respondetur obiectioni, quod resolutio firmata in cap.* 27. *sit contra praxim in Nostris Tribunalibus receptam: & n.* 16.

15 *Quond. D. Consil. Saliturus laudatur, & quid ipse supradictæ obiectioni Responderit, recẽsetur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Recenſetur aliud Motiuum DD. tenentium opinionem, aduersãtem Reſolutioni firmatæ per Authorem in *Cap.* 29. & agitur num Iura in eo *Cap.* allegata, (dum plurium annorum Vſuras, vltra ſortis duplum prætendi vetant) in intereſſe plurium annorum procedant? & quid interſit inter Vſuras lucratorias, & punitorias, ſeu damni reſtauratiuas? & num, & quando, cum quæritur de Intereſſe, ad ll. de Vſuris loquentes, recurri poſſit? item traditur Reſponſio, quæ fieri poſſet alicui, ſi diceret ſententiam firmatam in d. *Cap.* 29. rem ſatis nouam introducere, ſi vera eſſet, ac eſſe contra praxim in Tribunalibus receptam; quæ, inquã, reſponſio, fuit quondam integerrimi Miniſtri, qui in eo articulo votare debebat, cuſus laudes recenſentur.

CAPVT XXXI.

SVpereſt modo pro lata tuitione ſententiæ (quam ſupra *cap.* 29. firmauimus) reſpõdere vno motiuo aduerſariorum, affe-
1 rentium iura ſupra citata pro illa cõprobanda (quando plurium annorum vſuras, vltra ſortis duplum
prætendi vetarent) minimè tamen in intereſſe plurium annorum procedere; cui obiectioni reſpondetur
2 primo, dicta iura loquentia de duplo haud quidem loqui de vſuris lucratorijs, quæ ſunt omni iure prohibitæ, ſed de vſuris punitorijs, ſiue damni reſtaurariuis, quæ à lege permittuntur ratione eius, quod veriſimiliter præſumit lex creditoris intereſſe potuiſſe, vnde *in d. l. eos* C. *de*
3 *vſur.* vſuræ ſecundum qualitatem perſonarum taxantur, vt ab ijs, qui magis veriſimiliter lucrari ſolent, maiores quoque exigantur vſuræ, quam ſententiam ex pluribus probarunt, *Hottoman. de vſur. lib.* 1. *cap.* 5. 6. *&* 7. *Couarru. lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 3. *verſ.* 6. *ad finem*, *Lupus de vſu. com.* 1. §. 3. *nu.* 60. *Colerus de proc. exequut. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 47. *&* 48. *Sotus de iuſtit. & iur. lib.* 6. *art.* 1. *reſponſ. ad tertium argum.* & aliis omiſſis eãdem ſententiam amplexarur *Duard. de cenſib. tom.* 1. *in prohem. q.* 8. *à num.* 11. *& q.* 26. *nu.* 44. *& com.* 2. §. 5. *quæſt.* 16.
4 *num.* 22. eò quod vſura aliud non ſit, niſi intereſſe præſumptum, & circumſcriptum, *Hottom. vbi ſupr.* &
5 ad Regulas Charitatis Chriſtianæ ab Imperatoribus pręfinitum, *Coler.*
6 *vbi ſupr. num.* 48. quia id quod intereſt difficiliter probari poteſt *l. fin. ff. de prætor. ſtip.*

Secundo Reſpondetur, quia cum
7 de coarctando intereſſe, eoque certis finibus reſtringendo agitur, rectè ad leges de vſuris loquentes recurſus habetur, vt eſſe receptiſsimam ſententiam omnium pontificij cœſareiq; iuris interpretum, teſtatur
8 *Reg. Rouit. in deciſ.* 9. *num.* 15. quod his verbis declarauit *Rodriq. lib.* 3. *de annuis redit. quæſt.* 3. *nu.* 1. *&* 2. (*à veteribus vſuris, & legibus iuris ciuilis*
9 *valet argumẽtum ad noſtros redditus, quatenus eſt eadem ratio, & de redditu reſtringendo agitur; vnde quemadmodum legales vſure non poſſunt currere vltra duplum, ſiue vltra ſortis ſummã,*

ita

10 *ita nec redditus incidentes, siue in pa-ctum deducti, siue non, in quibus sors non est perpetuò alienata, & in quibus*
11 *interusurij ratio habetur*). nã queád-modum interesse aliud interesse nõ parit, quamuis illud fuerit conuen-tum, quia accessionem accessionis dari, iura non permittunt, *l. si non sortem vers. super modum, ff. de condict. indeb. l. 1. & l. fin. Cod. de vsur.* vt sem-per in S.C. iudicatum fuisse testatur *Præses de Franc. decis. 254. num. 14. &*
12 *Reg. Ronit. decis. 9.* eadem ratione non poterit excedere duplum, quia accessio non potest esse maior suo principali, vt supra latè est dictum, & hanc esse veritatẽ dicit *Gam. dicta decis. 110. num. 33.*
13 Et ex his cum interesse, quod ex mora debetur accessio sit, multisq; nominibus sit odiosum & restringẽ-dum, ideo merito iure ad dupli me-tam asse coarctandum (iuxta quæ dixi in *Cap. 29.* & seqq.) affirmamus; nec dicatur hanc opinionem esse
14 contra praxim in Tribunalibus re-ceptam, cum videamus condemna-tos morosos debitores non tantum ad sortem, quę quandoq; exigua est, sed ad interesse etiam ex mora de-bitum, sortis quantitatem satis vltra excedens; & propterea si vera esset, rem satis nouam, & inauditam in-troducere, nam hanc difficultatem ab alijs DD. Iudicantibus forsan
15 faciendam prę sentiẽs eruditissimus, ac illibatæ conscientiæ vir quõdam *Consiliarius Saliturus* qui in causa mentionata d. *Cap. 29.* votare debe-
16 bat, dixit dũ informabatur, non per hoc esse recedendum ab opinione prædicta, tot iuribus, rationibus, & DD. authoritatibus roborata, cum non reperiatur in contrarium, nec *Pragm.* nec *Constitutio*, nec aliqua municipalis sanctio; quæ nota nam non habes de eis Regnicolam tra-ctantem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vel locus pius agens contra suum censuarium, vt solutionẽ census continuet, an debeat obti-nere, si non alijs probationibus solutiones ostendat, quam ex li-bris suis, quos penes se conser-uat? affirmatiuè num. 2. vbi plenam fidem his libris adhiben-dam esse ostenditur. & num. 8. & 9.*
3 *Tex. in cap. ad audientiam ext. de præscrip. ponderatur.*
4 *Solutio melius probatur per publica monumenta, quę penes personã publicam conseruantur, quam per testes: & quid fauore eccle-siæ, n. 5.*
6 *Libri Ecclesiæ, vel Monasterij ple-nè probant, rem ipsius Ecclesiæ censualem esse, maximè quando sunt benè tenti, regulati, nec in aliquo suspecti, quo casu probãt etiam attenta contraria senten-tia, vt num. 7.*

ARGVMENTVM.

Ecclesia, vel locus pius agere intendens, contra suum cen-suarium, vt continuet solue-re annuum censum, an de-beat obtinere, si non alijs probationibus solutiones o-stendat, quam ex suis. s. ip-sius loci Pij, vel Ecclesiæ li-bris, quos penes se cõseruat? vbi exornatur *tex. in cap. ad*

audientiam 13. *de præscript.* *& in l.census,ff.de probat.* & habetur quid censuerit Author in quadam facti occurrentia.

CAPVT XXXII.

1 
Ecclesia, siue locus pius agere intẽdẽs, vt continuet suus censuarius sibi soluere annuum censum, an obtinere debeat si nõ alijs probationibus solutiones ostendat, quam ex suis libris
2 quos penes se conseruat? dico affirmatiuè respondendum esse, cum plena fides libris istis sit adhibenda, vt tenuit ante alios *Roman. in cons.* 127.*ex Textu Canonico*, secundum me ad literam *in cap. ad audientiam* 13. *extr. de præscript.* in illis verbis
3 ibi (*considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus*) vbi *text.* condamnat debitorem Ecclesiæ, conuictum de solutione cuiusdam census ex eiusdem Ecclesiæ libris;& *tex.* dicit illos libros pro nõ suspectis esse habendos; & facit *tex. in l.census,ff.de probat.* vbi census so-
4 lutio melius probatur per monumenta publica, quæ .s. sunt penes aliquam publicam personam, quam
5 per testes;& hanc opinionem fauore ecclesiæ sequitur etiam *Bursat.cons.* 253. *num.* 44. vbi post alios tradit
6 quod libri ecclesiæ, vel monasterij plenè probant, rem ipsius Ecclesiæ censualem esse; imò ij qui negatiuã opinionem sequuntur, limitãt illam,
7 quando hi libri sunt benè tenti, atque regulati, nec in aliquo suspecti, quo casu secundum omnes plenè probant; vt latissimè de his omnibus *Genua de script.priu.lib.*5. *cap.*1. *per totum*; & pro Coronide adduco punctualissimum *Consilium Cephali* 500.*num.*23. in quo consuluit RR. Fratres de Monte Carmelo rectè
8 conuincere potuisse suos liuellarios, & perpetuos affictuarios, per librum Monasterij, in quo constat eos tamqnam liuellarios per spatium aliquot annorum soluisse; eumq; sequitur *Genua dicto lib.* 5.*cap.*2.*num.*4. &
9 ita ego latè probaui in quadam allegatione, quam edidi mensibus elapsis, pro Extaurita S. Mariæ ad Cosmodim (quam regebam, vt Sindicus seu Extauritarius ad id electus per meam plateam Portæ Nouę) aduersus Monasterium S.Agnelli huius Ciuitatis, pro continuatione solutionis cuiusdam census annuorum ducatorum 19. quos elapsis annis soluisse dictæ extauritæ constabat ex eius libris, & ex libris Patrum S.Mariæ Porte Nouæ.

SVMMARIVM.

1 *Allegatio quædam recensetur, in quadam facti contingentia ædita.*

2 *Instrumentum, in quo debitor aliquid soluere promisit, si infra certum tempus aliquid non fuerit factum, tempore illo elapso num liquidari possit ad instantiam creditoris, quasi ad hunc non spectet probare, illud factum non esse, vel potius nõ ad debitorem, sed ad ipsum creditorem pertineat probare, illud infra dictum tempus factum non esse? quod nõ possit liquidari, nu.*8. *sed contra num.*9.

3 *Dictio vulgariter concepta (caso che nõ) idem importat, ac conditio latino idiomate concepta (si non)*

O 4 Con-

4 *Conditionata promissio suspendit liquidam actionem contra debitorem, donec de eius purificatione, & adimplemento doceatur.*

5 *Iudici liquere debet de conditione purificata, citato eo, cuius interest, vt possit exerceri actio ex promissione conditionata.*

6 *Conditionis purificatio præsumptiuè probari non potest, sed liquidè, & manifeste probationes requiruntur.*

7 *Excipienti de conditione non purificata, sufficit tantum negare, vt teneatur asserens, & se fundans super ea, illam probare, & sic hoc casu fallit regula, quod excipiens teneatur fundare exceptionem.*

10 *Promissione facta sub conditione affirmatiua, onus probãdi adimplementum illius, spectat ad creditorem ad finem agendi: secus si promissio sit facta sub conditione negatiua, nam tunc onus probãdi spectat ad debitorem ad finem effugiendi solutionem, vt n. 11. & de ratione disparitatis, n. 12. & 13.*

ARGVMENTVM.

Debitor si publico mediante instrumento promittit creditori aliquam soluere quãtitatem (*si aliquid infra certum tempus factum nõ fuerit*) puta si promittit soluere centum (*si infra annum ex Asia nõ venerit*) vel (*si infra annum talis res non fuerit vendita*), &c. num dicto termino elapso, Instrumentum possit liquidari ad instãtiam creditoris, quasi ad ipsum non pertineat probare, vel (*nauem ex Asia non venisse*) vel (*talem rem venditam non esse, etc.*) & sic agitur num dicto casu dicto termino elapso, onus probandi spectet ad debitorem, vel potius ad creditorem; num debitor qui soluere recusat, probare debeat, infra terminum (*Nauem ex Asia non venisse*) vel (*rem venditam non esse, etc.*) vel potius sit onus creditoris, (vt possit agere) probare intra dictum terminum (*nauem ex Asia non venisse, rem venditam non esse, &c.*) vbi relata facti cõtingentia, & opinione, quæ in quadam allegatione manuscripta eius occasione sustinetur, Author, distinctione adhibita inter negatiuas, & affirmatiuas conditiones, in cõtrariam descendit sententiam.

CAPVT XXXIII.

1 INter meas (quas Doctissimorũ Iurisconsultorum habeo) iuris Allegationes manuscriptas, pulcherrimã inueni absq; nomine Authoris pro Io. Benedicto S. Maria contra Ill. Marchionem Pescutij, in

in qua supponitur ex facto, quod
2 dictus Io.Benedictus promiserit di-
cto Marchioni soluere ducatos sex-
mille, casu quo infra certum tempus
non fuerit reperta venditio facta
cuiusdam salis; cumq; dictum tem-
pus iam esset elapsum pretendebat
liquidare creditor. Instrumentum
contra dictum debitorem, dicens ad
illum pertinere onus probandi, di-
ctum sal venditum fuisse, ad finem
ne posset ipse creditor agere, repli-
cabat debitor, sal vēditum non fuis-
se, esse onus dicti creditoris proba-
re, propter quod instabat terminum
dari in causa; fundatur, vt dicebam
in dicta allegatione omnino esse dā-
dum terminum, & nullam compete-
re dicto creditori actionem vigore
supradicti instrumenti, stante quod
probatum non erat sal predictum
non fuisse venditum, eo quia fuit
promissio conditionalis respiciens
futurum euentum, inducta illis ver-
bis (*caso che non se ritrouasstra uen-*
3 *duti detti sali*) quæ idem important
ac (*si non*) vt explicat *Bald. cons.* 241.
num. 1. *lib.* 1. *Corneus cons.* 187. *col.* 2.
lib. 2. *Guidonp. quæst.* 15. *col.* 1. *Surdus*
cons. 548. *num.* 10. *Crauet. cons.* 268. &
4 (vt ibi dicitur) promissio conditio-
nata suspendit liquidam actionem
contra principalē debitorem, quo-
usq. non doceatur de eius purifica-
tione, & adimplemento, s. de non se-
quuta prædicta salis venditione, vt
latè explicat, *Innocent. in cap. quia de*
re iudic. Bald. in l. per diuersus 10. *q.*
Cod. mand. cum alijs adductis *per*
5 *Crauet. cons.* 212. *num.* 10. imò Iudici
liquere debet de purificata condi-
tione, citato eo, cuius interest. *secun-*
dum Couar. variar. resolut. cap. 2. *nu.* 2.
lib. 2. qui allegat *tex. in l. hoc iure, ff.*
de verbor. obligat. & in l. fulcinius, ff. ex
quib. caus. in posses. eat. & alios hu-
ius opinionis sectatores allegat
Giurb. decis. 60. *Gratian. discept. fo-*
rens. cap. 325. *num.* 7. *Parlador. lib.* 2.
rerum quotidian. p. 1. *cap. fin.* §. 2. *n.* 39.
6 & quod est plus dictæ conditionis
purificatio, probari non potest præ-
sumptiuè, sed liquide requiruntur
probationes, & manifeste, vt de cō-
muni *Cephal. cons.* 441. *num.* 88. *vo-*
lum. 3. *Caualcan. decis.* 49. *nu.* 23 *lib.* 1.
& circa huiusmodi probationem
7 fallit regula, quod excipiens tenea-
tur fundare exceptionem, cum in ea
sit actor, nam excipienti de condi-
tione non purificata, sufficit negare,
vt teneatur asserens, & se fundans
super ea, illam probare; *Cephal. cons.*
667. *num.* 43. *lib.* 1. *Turr. cons.* 44.
num. 11. *lib.* 1. *Honded. cons.* 34. *num.* 6.
lib. 1. *Nacta cons.* 616. *num.* 7. *lib.* 4.
Galgan. de condit. & demonstr. p. 2.
cap. 1. *quæst.* 92. *num.* 1. cum alijs
allegatis per *de Graff. de except. excep.*
33. *num* 19. & 20. & *seqq.* ex quibus
8 fundatur in dicta allegatione, per
dictum pactum, & conditionem, re-
strictum fuisse modum soluendi sub
dicta conditione, & proinde agi nō
potuisse contra debitorem, nisi do-
cto de non ad implemento conditio-
nis negatiuè concepte, seu de salis
venditione non sequuta infra tem-
pus in instrumento præfixum,
9 Sed ego in casu prædicto dicerem
cōtrarium, s. dictum onus probandi
pertinere ad debitorem volentem
effugere solutionem promissam, sub
prætextu salis venditi; nam aliud
10 est si quid promittitur sub condi-
tione affirmatiua, puta (*si nauis ex*
asia non venerit) & tunc onus pro-
bandi adimplementum dictæ condi-
tionis ad finem agendi, pertinet ad
creditorem, & procedunt omnia præ-
11 dicta; aut verò quid promittitur sub
cōditione negatiua, puta (*si nauis ex*
asia non venerit) vel vt est in casu
supra adducto (*si sal non fuerit ven-*
ditum) & tunc onus probandi est
debitoris, qui eatenus potest solu-
tionem effugere, quatenus probat
nauem venisse, vel sal venditum
fuisse; estq. euidens ratio disparita-
tis, nam cum conditio est affirmati-

12 us, tamquam quid facti probari debet ab eam allegante, ad finem agē-
13 di; cum verò est negatiua, debitor dicens eam negatiue, adimpletam non esse, in consequentiam dicit aliquid factum esse, quod regulariter est probandum; vt dicens non esse adimpletam conditionem (*si Nauis ex asia non venerit*) vel istam (*si sal venditum non fuerit*) dicit per consequens & Nauem venisse, & sal fuisse venditum; quæ cum requirant probationem extrinsecam, meritò onus est debitoris, & creditor aget & obtinebit, donec aliter fuerit per debitorē probatum; cogita nam casus potest sæpe accidere.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum si fuerit factum ad instantiam vnius creditoris in re debitoris, et postea tollatur, uel de consensu dicti creditoris, vel eo audito & contradicente, si postea compareat alius creditor, num ad huius instantiam sit restituēdum, ex quo tolli non debuerit eo inaudito? affirmatiuè, n. 2. & 7.*

3 *Sequestrum factum ad instantiam vnius tantum creditoris, remanet firmum respectu omnium cæterorum creditorum interesse habentium: & idem generaliter procedit vbi sunt plures in iudicio in eadem causa, vt n. 4.*

5 *Sequestrum factum inter duos, tolli non potest, si in iudicio adsit tertius in eo interesse habens, & sic decisum: ibidem.*

6 Tribunal *Rota Rom. summa authoritatis est in omnibus, sed præcipuè in materia possessorij.*

8 *Franciscus de Alexio, studiosus Iuuenis commemoratur.*

ARGVMENTVM.

Sequestrum si factum sit ad instantiam vnius creditoris in aliqua re debitoris, & postea sit ablatum, vel consentiente dicto creditore, ad cuius instantiam fuit factum, vel eo audito, & si contradicente, si compareat alter creditor dicti debitoris, dicens omninò restituendum esse sequestrum prædictum, eo quia tolli non debebat eo inaudito, an per Iudicem restitui debeat? & sic discutitur, num sequestrum iam factum pro vno creditore instante, firmum postea remaneat respectu omnium in eo interesse habentium? vbi exornato, *tex in l. fin.* C. *de bon. aut. Iud possid et in l. cum vnus* 12. *ff. eod. tit.* Resolutio Authoris habetur.

CAPVT XXXIV.

1 Vltoties fit sequestrū ad instātiam vnius creditoris alicuius rei debitoris; postea tollitur, vel consentiente hoc creditore, ad cuius instantiam fuit factum, vel eo audito,

&

& si contradicente; compareret Postea alter creditor dicti debitoris, dicens omninò esse restituendum sequestrũ prædictũ, eo quia non debebat tolli eo inaudito; quæritur quid iuris? dicas quod est dictum sequestrum
3 omninò restituendum; ea ratione; quia sequestrum iam factum; licet solumodo pro vno factum fuisset, firmum postea remanet respectu omnium in eo habentium interesse; prout est *tex. notabilis in l. fin. Cod. de bon. author. Iudic. possid. & in l. cum vnus 12. ff. de bon. aut. iud. poss.* vbi *glos. & DD.* præsertim *Salyc. 2. & 3. oppos.* & hoc est generale, vbi sunt
4 plures in Iudicio in eadem causa, vt in *l. 1. & 2. Cod. si vnus ex plurib. ap-*
5 *pell.* & in specie, vt sequestrum factũ inter duos, non possit tolli si in Iudicio adest tertius in hoc habens interesse, etiam quod hic tertius superuenisset post factum sequestrum, fuit decisum in Tribunali illo, quod
6 est summæ authoritatis in omnibus, sed præcipuè in materia possessorij, dico *in Rota Rom.* apud *Verall. 3. p. decis. 101. 2. ratione vers. & ex eo & 3. parte decis. 160.* & idem fuit decisum in *dec. Nouissima 136. num. 2. & 3.* impressa apud *Farinac. 1. tom. 2. part.* tradit quoq. *Gonzalez in 8. reg. Cancell. in prohem. §. 87. num. 101. & 102. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 232. nu. 11. & Rebuff.* inquiens sic fuisse decisum in eo Senatu Parisiensi *ad Constit. Regni tom. 3. tit. de sequestr. artic. 1. glos. 2. num. 22.* & ita latè fun-
7 datur in quadam *allegatione* edita, (nescio per quem) pro Fabritio Pignatello, circa articulum sequestri; quæ in manus meas, inter alias, peruenit, eamq. habui, & recepi à ma-
8 nibus Ingeniosi & simul studiosissimi Iuuenis Francisci de Alexio, qui certe est accuratissimus tam in litiũ negotijs pertractandis, quam in Iuris articulis considerandis: & à me ob morum ac iucundissimæ consuetudinis dulcedinem, summè amatur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta heredi absque causa, non est seruanda, & nullius est momenti; sed fallit si ipsius prohibitionis causa, ex tacita testatoris mente colligi posset, vt n. 2.*

3 *Tex. in l. filius fam. § Diui, ff. de leg. 1. solemniter limitatur, si fuit motus testator ad prohibitionem faciendam, ex fragilitate, & lucubritate heredis, etiam si esset extraneus, nam tunc prohibitio quamuis sine causa est valida, & n. 18. & ratio, num. 4. & eo magis procedit in patre testatore, filijs minus industriosis, alienationem prohibente absq; causa, vt n. 5.*

6 *Pater, qui filium habet pro prodigo, potest ei in testamento alienationem prohibere, & Iudex voluntati illius stare debet, & si ei non videretur, filio esse administrationem interdicendam.*

7 *Patris testatoris, (prohibentis filio quem pro prodigo habet, alienationem) iudicium est sequendum, & si vere filius prodigus non esset;*

8 *Iudex debet circa filium alicuius Testatoris, potius sequi paternum iudicium, quam propriam opinionem, & quid ex hoc inferatur, ibid.*

9 *Pater potest filio in testamento, ius administrationis denegare, ratione prodigalitatis.*

10 *Prohibitio facta filio, ex motiuo iuueni-*

uenilis ætatis oriens, etiam quoad legitimam valet; & licet respectu legitimæ, difficulent DD. nũ alienatio possit perpetuò prohiberi, vt num. 12. tamen ex causa prodigalitatis potest perpetuò prohiberi, vt n. 13.

11 *Patri licet interdicere filijs alienationem, vel hypotecationem, ne bona ære alieno consumentur.*

14 *Alienatio quando censeatur filio prohibita per patrem, ex causa caloris iuuenilis? & n. 15.*

16 *Testator si præceperit alienationes faciendas per hæredem, esse faciendas cum consilio tantum alterius, & si eas aliter expresse non prohibuerit, tale consilium omninò est sequendum.*

17 *D. Bartolomeus Francus laudatur.*

19 *Alienare prohibitus per Testatorem, potest etiam ipsemet reuocare alienationem.*

ARGVMENTVM.

Testatoris præceptum prohibens hæredi, bonorum alienationem (quod alias, quando est sine causa, seruandum non est, & nullius est momenti) num sit seruandum, quando causa prohibitionis alienationis per testatorem apponenda, ex tacita ipsius mente colligi posset? vbi exornatur decisio *tex. in l. filius fam. §. Diui il 2. ff. de leg.* 1. & discutitur, num illius dispositio procedat, si motus fuit Testator ad talẽ prohibitionem faciendam, ex facilitate, iuuenili calore, & lucubritate hæredis? & quid si hic sit extraneus? vbi inducitur notabilis *tex. in l. pen. ff. de curat. furios.* & multa habentur de patre prohibente simpliciter alienationem filijs, quos dissipatores videt; & ex quibus præsumatur pater (si non dicit expresse) filijs, bonorũ alienationem prohibere ex dicta causa iuuenilis ętatis? vbi recensetur quædam facti contingentia, & allegatio impressa cuiusdam nostri temporis eximij Aduocati.

CAPVT XXXV.

1 PRæceptum testatoris prohibens hæredi bonorum alienationem, absque causa, non esse seruandũ, & nullius momenti existere, est apertus, & vulgatus *tex. in l. filius fam. §. Diui il 2. ff. de leg.* 1.
2 Cuius *textus* dispositionem cessare asserunt DD. vt non procedat, si causa prohibitionis alienationis per Testatorem apponenda de iure, ex tacita ipsius mente colligi poterit, prout post alios declarat *Petra de fideicom. quæst. 1. num. 35.* sequitur *Oddus post alios tract. de fideic. per prohib. alien. inducend. quæst. 3. num. 105.*
3 ex quo nota in praxi solemnem li-

mi-

mitationem ad dictum *tex.in §.diui*,
vt non procedat, si fuit motus testa-
tor ad prohibitionem faciendam ex
fragilitate, & lucubritate hæredis ;
etiam si esset extraneus; nam talis
prohibitio & si nuda, & sine causa
est valida, ideoq; omninò seruanda;
4 nam ex causa satis rationabili facta
censetur; ita post *glos.* declarat *Ca-*
strens.in l. Titio centum, num.2. ff.de
cond. & demonstr. & ibidem Imol. in
fine, & Cuman. in dicto, §.diui, Imol.
*num.12. vers.forte Alex.num.*4.& cā-
dem opinionem, alijs relatis sequi-
tur *Sfort.Odd.dicto tract.de fideicom.*
5 *quæst.*4. *num.*33. quod tanto for-
tius procedit in patre, qui aliena-
tionem prohibet filijs, quos minus
industriosos, & faciles ad dissipan-
dum patrimonium iudicauerit; nam
dicta prohibitio & si non sit in ea
expressa causa, valet, vt est *tex.*nota-
bilis, & ad propositum optimus *in*
l.penult.ff.de cur. furios. vbi statuitur
6 quod quando pater habuit filium
pro prodigo, potest ei in testamento
alienationem prohibere : & omni-
modo debet eius voluntati, per Iu-
dicem stari, quamuis alias ipsi Iudi-
ci non videretur interdicendam esse
illi administrationem , ideoq. ex
textu illo notant DD.quod satis te-
7 statoris iudicium est sequendum,
etiam si verè filius non esset prodi-
gus, & ita illum declarant omnes,
pro vt *glos. ibi in verbo omnimodò*
Dyn.Alberic. & ibid. Bald. summat,
8 quod Prætor debet sequi circa filiū,
potius paternum iudicium, quam
propriam opinionem, & illud quod
pater in filij fauorem disponit, per
prætorem non oportet retractari; &
postea idem *Bald.* ex eo *tex.* notat
9 quod pater ratione prodigalitatis,
filio ius administrationis denegare
potest, quem refert, & sequitur *Boer.*
*decis.*23.*num.*81.& in hoc casu vale-
10 re prohibitionem, ex dicto motiuo
iuuenilis ætatis oriētem, etiam quo-
ad legitimam, tenuit *Paul.de Mon-*
tepico in repet.l. in quartam num. 46.
ff.ad l. falc. quem refert & sequitur
*Ferdin.Loazes in repet.d.§.diui n.*45.
& alij quamplurimi, quos refert &
sequitur Gabriel *lib. 6. commun. con-*
*clus.tit.de legit.conclus.*1.*n.*20.*&* 21.
11 & melius quod liceat patri interdi-
cere filijs alienationem, siue hypote-
cationē, ne bona ære alieno consu-
mentur, plenè probat *Hering. de fi-*
12 *deiuss.cap.*1.*num.*96.& licet respectu
legitimę sit difficultas inter DD. an
alienatio possit perpetuo prohiberi,
13 tamen ratione prodigalitatis, po-
test perpetuo prohiberi per *tex. in*
dicta l.penul.ff.de curat. furios. quem
ita declarat *Gulielm. de Benedict. in*
*cap.Raynutius in verbo reliquit nu.*43.
vers.& valebit, quam limitationem
certe nota in praxi, multoties enim
patres prohibent simpliciter filijs
(quos bonorū dissipatores vident)
alienationem bonorum absq; causa.
14 At posset dubitari, quando cen-
seatur pater alienationem prohi-
buisse motus ex dicta causa caloris
iuuenilis? dico ex multis colligi pos-
se, & signāter si prohibuerit eā abs-
15 que consensu alicuius, tunc enim
motus videtur, ne filij propter iuue-
niles calores bona faciliter dissipēt,
vt per *Bald.in cons.*326. 4. *volum.* &
16 quod eo casu etiam si testator ordi-
nasset tantum fieri alienationes cum
consilio alterius (& si eas expresè
non prohibuerit) tale consilium om-
nino esset sequendum, probat *Bart.*
*in l.*1.*§.si plures, n.*6.*&* 7.*ff.de exercit.*
& ex his & alijs late reperio com-
17 probasse hanc sententiam, eximium
Aduocatum *Bartolomeum Francum*
in quadam allegatione impressa pro
hæredibus Ioan. Baptistæ Ferrarij
contra Eleonoram Ferrariam, in
qua latè sustinet ex limitatione hic
18 tradita per nos *ad tex. in d. §. di-*
ui, validam fuisse prohibitionem
alienationis bonorum, factam per
Phirrum Antonium Ferrariū suis
filiis, & si sine causa, & nudam, eò
quia

quia motus fuit (vt colligebatur ex coniectura supradicta consensus tertii) ne filii iuuenes bona dissiparent;& in fine dictæ allegationis ait,
19 quod alienare prohibitus per testatorem, potest etiam ipsemet reuocare,prout post alios probat *Tiraquell. de retract.lignag.§.26.glos.1.nu.6.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio bonorum immobilium præsentium,& futurorum,iura,& actiones non comprehendit; sed limita si aliter ex voluntate disponentis colligi posset: vt n.2.*

3 *Donatio omnium bonorum, mobilium, & immobilium, præsentium,& futurorum, cum reseruatione fructuum vita durante, vel aliqua quantitate annua, num ex ista reseruatione comprehendat etiam iura, & actiones? affirmatiuè,num.4.& 11.Sed negatiuè, num. 13. & quid sentiat Author, n.16.*

5 *Filia herede instituta in mille v.g. filio autem herede instituto in omnibus bonis mobilibus,& immobilibus,præsentibus, & futuris,quis eorum pro herede sit habendus? ex fulgos. & quid hic sentiat, num.6. & quid circa nomina debitorum,n.9.cum ratione,num.10.*

7 *Doctor qui loquitur per verbum (forsitan) tamen affirmare dicitur.*

8 *Iurisperiti solent respondere sub dubio.*

12 *Quondam D.Io.* Laurentius *Rogerius laudatur.*

14 *Exceptio non ampliat, sed firmat dispositionem, vel regulam, nec operatur, vt ea comprahendatur, quæ alias non comprahenduntur.*

15 *Fulgos. quomodo loquatur in hac materia.& n.17.*

ARGVMENTVM.

Donatio bonorum immobiliũ, præsentium, & futurorum (quæ regulariter minimè
1 comprehendit iura,& actiones)num saltem compræhẽdat in casu, quo donentur omnia bona mobilia, & immobilia præsentia,& futura, reseruatis ab ipso donante, sibi fructibus ipsorum bonorum sua vita durante, vel aliqua alia quantitate? vbi relatis hincindè DD. opinionibus, & in facti contingentia, vtriusque partis Aduocatorum scriptis, suam Author profert sententiam.

CAPVT XXXVI.

1 DOnationem bonorum immobilium præsentium,& futurorum, minimè cõprehendere iura, & actiones vulgatum est in iure *ex l.quam Tuberonis,§.in peculio,ff.de pecul.*

*pecul.l.Caius,ff.de leg.*2. cum concordantibus *apud Thesau.decis.*201. *n.*6. *Mant.lib.*13. *de Tacit. tit.*29. *num.*5. *& Fontan. de pact. clauf.*4. *gl.*21.*p.*2.
2 *num.*45. tamen hanc conclusionem limitari, si aliter ex voluntate disponentis colligi posset, vt per *Caual. de vsuf.mul.rel.num.*83. *& alios*; est
3 tamen articulus, num si quis donauerit alteri omnia bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, & sibi reseruauerit fructus ipsorum bonorum vita durante, vel etiam aliquam quantitatem annuam, censeatur quoq; ex reseruatione ista, iura & actiones comprehendere? ex vna
4 parte videtur dicendum dicto casu iura & actiones comprehendi; vt in simili casu resoluit *Pinell. in rub. de bon.mater.num.*29.*&* 30. authoritate *Fulg.in l.*1.*num.*3.*Cod.si aduers. transact.* qui de hac facti specie, Papiæ respondisse testatur (*Pater qui filium*
5 *& filiam habebat, filiam instituit in mille libris, vel ducatis; filium in omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, quæ habebat, habiturusue esset; controuertebatur quis eorum heres censendus esset, an filius, filia verò pro legataria tamquam in re certa instituta; an verò neuter, sed ambo ex certis bonis, non in omnibus instituti; cum nõ fuerint in nominibus debitorum scripti hæredes; ideoq; in ipsis, in quibus hæreditas maximè consistebat, æqualiter futuri essent hæredes?*) arguit *Ful-*
6 *gos* pro filia, deinde in *vers. forsitan* concludit filium fuisse hæredem;
7 quamuis autem loquatur per verbũ (*forsitan*) tamen affirmat, *l.si duo, ff. de arbitr. vbi glos.in vers.* (*fortasse*)
8 notat, peritos sæpe respondere sub dubio; existimat itaq; *Fulg.* filium
9 institutum in bonis mobilibus, & immobilibus, consequi nomina debitorum; & rationem assignat idem
10 *Pinell. vbi supra num.*30. quia assignando Testator certam pecuniæ quantitatem filiæ, mobilia, & immobilia filio, ex verosimili mente, debomnibus bonis etiam iuribus sensisse videtur, quasi omnia filio dare videatur exceptis mille legatis filiæ; & hanc eamdem theoricam assignat *Caualc.de vsuf.mulier. relic. num.*93. *Ricciar.in rubr.instit. de vsuf. nu.*83.
11 ex qua decisione *Fulgos.* colligi videtur, hanc reseruationem fructuũ, vel annuæ quantitatis factam a donante, inducere coniecturam, vt in donatione ipsa mobilium, & immobilium, etiam iura & actiones veniant, & ita latè fundabat ille
12 Doctissimus olim primarius Aduocatus, *D. Laurentius Roggerius* in quadã impressa *allegatione* pro Claudia de Roggerio contra Zenobiam
13 de Vicarijs; Contrarij autem Aduocati dicebant dicta reseruatione etiam stãte in donatione mobilium & immobilium, non tamen per eam comprehendi iura, & actiones; nam
14 exceptio non ampliat, sed firmat dispositionem vel regulam, nec operatur vt ea comprehendantur, quæ alias non comprehenduntur, vt in specie tradit *Soccin. Iunior.cons.*103. *vol.*1. & tradit quoq; *Thesaur. decis.* 109.*num.*8.*vers.ampliatur*, & melius *Cephalus cons.*288.*num.*43.*vol.*2. nec obstare (dicebant) authoritatem
15 *Fulg.in d.l.*1. nam ibi nomina debitorum erant de necessitate applicãda, vel filiæ, vel filio hæredibus institutis; vnde quia dicto casu erat filia limitatè instituta, ratione illius limitationis respondit pro filio *Fulgos.* vt nomina debitorum conse-
16 quatur; ego in hoc conflictu, hanc secundam sententiam veriorem existimo (salua pace *D.Roggerij*) ex responsione prædicta ad doctrinam
17 *Fulgos.* s. illam filij admissionem ad consequenda nomina debitorum, potius prouenisse ex incapacitate filiæ (quæ erat limitatè instituta) quam ex comprehensione, de qua hic sumus loquuti.

SVMMARIVM.

1 *Glos. notabilis recensetur in l. 2. in verbo conueneris Cod. de repud. hæred. & est singularis, vt n. 2. & perpetuò menti tenenda, tamquam aurea, & mirabilis, vt num. 6.*

3 *Hæres emens aliquam rem à creditore hereditario, cui forte fuit illa adiudicata, videtur potius luere, quam emere.*

4 *Creditor secundus non potest molestare, neque per viam iuris offerendi, eum qui emit à primo creditore iure creditoris vendente: sed limitatur si primus creditor venderet dictam rem hæredi debitoris, ex verbis Neguſ n. 5. & ratio ibid.*

7 *Quond. Præses Reg. Cam. Parthenius Pitagna, laudatur, eiusq. mors recensetur.*

8 *Glos. traditio in d. l. 2. non sic absolutè admittitur: sed procedit in hærede absq; beneficio leg. & Inu. vt n. 10.*

9 *Quond. Io. Thomas Roggerius olim Aduocatus, laudatur.*

11 *Hæres cum beneficio L. & I. duas representat personas, propriam, v 3. & hæredis, cum hæreditas iacens fingatur, ac si nunquam fuisset adita, & hæres prorsus censeatur extraneus.*

12 *Herede emente pignus hæreditariũ ab hæreditario creditore, ipsum pignus in primæuam obligationẽ reincidit, & ille hæreditarijs creditoribus tenetur, sed hoc fallit in hærede cum beneficio l. & Inu. vt num. 13. & 15. & ratio num 14.*

16 *Hæres cum beneficio l. & I. emens nomine proprio, ac de propria pecunia pignus, vel rem hæreditariam a creditore hæreditario, tutus est, & molestari non potest.*

ARGVMENTVM.

Hæres si (ob peculiarẽ affectionem, quam habet ad aliquã rem hęreditariam, creditoribus obnoxiam) illam emit ab hæreditario creditore, cui fuerit illa adiudicata, num possit cõueniri hypotecaria actione à cæteris creditoribus super ea re? vbi perpenditur singularis *glos. in l. 2 in verbo conueneris, Cod. de repud hæred.* & referuntur verba eximij Doctoris *Negusantij*, & quid in hærede, qui hæreditatem adiuit, cum Beneficio legis, & Inuentarij? vbi recensentur etiam sententiæ quorumdam Doctissimorum Aduocatorum, qui commemorantur, in quadam causa, quæ recensetur.

CAPVT XXXVII.

HÆres multoties affectum peculiarem habens in aliqua re hęreditaria creditoribus obnoxia, illam emere procurat ab hæ-

hæreditario creditore cui fortè fuerit illa adiudicata; in quo est aduer-
1 têda singularis *gl. in l. 2. in verbo cõueneris, Cod. de repud. hæred.* vbi affirmat posse hæredem conueniri hypotecaria actione, licet ipse emerit aliquam rem à creditore hæreditario, quia emptio illa non valuit tãquam rei suæ; quam vti singularem
2 sequitur *Paul. de Castro* dicens, quia
3 ex quo est hæres, videtur potius luere, quam emere, sic *ipse in d. l. 2. sub num. 2. & optime Iason in l. 1. in fine versf. mihi videtur quod glos. Cod. de repud. hæred.* quos pro indubitato *sequitur Neguf. de pignor. 5. p. 3. memb. sub nu. 5. versf. 5. restringitur.* qui post stabilitam regulam *sub num.* 4. quod
4 secundus creditor nequit molestare nec per viam iuris offerendi, nec alio modo eum, qui emit à primo creditore iure creditoris vendente, *per tex. in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* id loco citato limitat, si emerit hæres, his verbis (*quinto re-*
5 *stringitur dicta limitatio, quando primus creditor venderet rem hæredi debitoris; tunc enim non dicitur proprie emptio, sed reluitio: & dictus hæres poterit conueniri super dicta re, hypotecaria ab alijs creditoribus, ista est glos. notab. in l. 2. versf. conueneris Cod. de repud. hæred. quam Paul. de Castr. dicit*
6 *esse perpetuo tenendam menti, eo quod de facili quilibet diceret oppositum*) hæc Neguf. & eamdem *glos.* pro aurea, & in facto suo, vt mirabilem extollit insignis vir quondam *Par-*
7 *thenius Pitagna*, (olim insignis Aduocatus, postea integerrimus Præses Regiæ Cameræ, qui si non fuisset immatura morte preuentus, maiora assequuturus erat) in quadã *allegatione* manuscripta, pro Ducæ Zagarolæ, contra Ducem Populi; eã
8 tamen *glos.* traditionem, non sic absolutè admittendam esse dicebat
9 Doctus, & integer Aduocatus *Ioan. Thomas Roggerius* (qui tunc in ea causa, partes Ducis Populi sustine-
10 bat) sed procedere tantum in hærede, qui hæreditatem absq; beneficio legis, & inuentarii adiuit; Cui declarationi, & ego libenter assentior; hæ-
11 res enim cum beneficio legis, & inuentarii, duas representat personas, propriam v3., & hæredis; & hæreditas iacens fingitur, ac si numquã adita fuisset, & hæres prorsus extraneus censetur, *Bald. in l. debitori, n. 2. Cod. de pact. & in l. scimus, §. in computatione, Cod. de iur. delib. Berous. q. 63. per totam, Montic. de inuent. in præfat. num.* 56. & propterea in puncto idem *Bald. in d. l. 2. num. 5. Cod. de repud. hæred. ibiq. Salic. num. 2. in fin.* dixerunt,
12 quod quamuis hærede emente pignus hæreditarium à creditore hæreditario, pignus reincidat in primeuam obligationem, & ille tenea-
13 tur creditoribus hæreditariis, tamẽ illud (ipsi dicunt) non procedit in hærede, cum beneficio l. & inuenta-
14 rii, qui tamquam quilibet extraneus potest emere pignus, & bona hære-
15 ditaria; sic quoq. tenuerunt *Alex. ibi num. 2. versf. si autem hæres. Iacob. num. 4. versf. quod verum est Roland. de confect. inuent. p. 4. versf. an hæres confecto inuentario. Berous dicta quæst. 63.*
16 qui punctualiter decidit quod hæres cum beneficio legis emens nomine proprio, & de propria pecunia pignus, vel rem hæreditariam à creditore hæreditario, est tutus, & molestari non potest à creditoribus hæreditariis; quem refert, & sequitur *Phanut. de inuent. her. p. 5. num. 159. & 160.* quam conclusionem, & limitationem adnota in praxi pro defensione alicuius hæredis, qui sic emit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres si vendiderit rem hæreditariam plus, quam verè valet,*

 illud

illud plus num cedat ipsius hæredis lucro, vel potius de toto pretio redacto, teneatur creditoribus hæreditarijs? pro creditoribus, num. 2. sed contra scilicet pro hærede, num. 4. & 5. ubi de ratione.

3 *Tex. in l. 3. ff. ad l. falcid. est correctus quoad hæredem cum beneficio, l. & Inu. Sed contra, nu. 6. 9. 13. & 22.*

7 *Hæres cum beneficio inuentarij, nō debet esse, nec in damno, nec in lucro.*

8 *Acquisita per hæredem, eius industria ex re hæreditaria, cedunt ipsi hæreditati, & sic creditoribus; intellige, ut num. 17. & infra.*

10 *Correctio legum, ut inducatur, requiritur ut expressè dicatur: nec ex identitate rationis inducitur, ut num. 11. & de ratione, n. 12.*

14 *Decisio de Franch. 61. num. 22. reijcitur, & n. 33.*

15 *Doctor est intelligendus secundum Doctores, quos allegat.*

16 *Guid. Pap. quomodo loquatur, & an dicat id, ad quod eum allegat Præs. de Franch.*

18 *Tex. in l. 3. ff. ad l. falc. loquitur de eo, quod hæredi prouenit ex sua fortuna, quod certe hæreditarium non dicitur; ut neque tale dicitur, quod hæres acquirit ex fatuitate emptoris, & ratio, nu. 19. & 20.*

21 *Augmenta, quæ adhærent non hæreditati, sed hæredis personæ, non acquiruntur ei, cui hæreditas est obligata.*

23 *Hæres tenetur ad valorem rei, in hæreditate dimissæ habita ratione temporis, quo testator decessit, non autem pro augmento post mortem obuento.*

24 *Ripæ verba recensentur.*

25 *Augmentum obuentum hæredi post mortem, cedit lucro creditorum hæreditariorum, non autem legatariorum: ex Peregr. sed de veritate, n. 26.*

27 *Hæres acquirens ius aliquod, vel actionem, ut si cum creditore hæreditario transigat, prædium hæreditarium, vel suppellectilē pretiosam retinendo, modico dato creditori, an suum faciat lucrū, & de eo minimè creditoribus teneatur? & quid decisum num. 32.*

28 *Lucrum cessum à creditore hæredi, non dicitur hæreditarium; & ratio, n. 29.*

30 *Obuentum hæredi immediatè ex re hæreditaria, hæreditarium esse dicatur; non autem acquisitum ab hærede ex alia causa, ut num. 31.*

34 *Hæres obtinens aliquod lucrum à Creditore hæreditario, acquirit illud ipse, cū dicto creditori soluit aliquam summam de suo; secus si ex causa transactionis daret creditori pecuniam hæreditariā, vel aliam rem de hæreditate, ut num. 35. & ratio, n. 36.*

AR-

ARGVMENTVM.

Hæres si vendiderit aliquam rem hæreditariam, plus, quã verè valet, illud plus num cędat lucro ipsius, hæredis, vel potius de toto illo pretio ex ea venditione redacto, teneatur creditoribus hæreditarijs? & quid si sit hæres cũ beneficio legis, & Inuentarij? vbi habes an sit correctus *Tex. in l.3. ff. ad l. falcid.* per *Tex.in l.fin.* §.*licentia Cod.de iur. deliber.* circa quod reiicitur *Decisio Præsid.de Franch.*61. *num.* 22. & *doctrina Molfes.* Augmẽtum, quod hæredi etiam cũ beneficio, *l. & Inuent.* ex fortuna, vel sua industria prouenit, num illi acquiratur, nõ obnoxium Creditoribus? & quid si hæres pro debito hæreditario, se cum hæreditario creditore concordauerit, ei modica summa data, num, & quando suũ faciat lucrum, vel potius de eo cœteris hæreditarijs Creditoribus teneatur? vbi omnibus relatis opinionibus, suam Author profert sentẽtiam, vt intus.

CAPVT XXXVIII.



1 Vlcherrimum propono articulum; si hæres vendiderit aliquam rem hæreditariam plus quam verè valet, num illud plus cedat lucro ipsius hæredis, vel potius de toto illo pretio redacto teneatur Creditoribus hæreditarijs? accidit hoc dubitari in eadem causa de qua memini in capite præ-
2 cedenti; in qua *D. Pitagna* dicebat de eo toto, hæredem creditoribus hæreditarijs teneri; cum hæres non debeat esse nec in damno, nec in lucro, & hoc debeat sufficere ei cum Beneficio, *l.& Inuentarij*; & in tali hærede esse correctam dispositionẽ
3 *textus in l.3.ff.ad l.falc.post Guid.Papa*, & alios testatur *Preses de Franch. decis.*61. *num.* 22. quod latè exornat *Molfes.ad consuet.tom.*1.*p.*2.*tit.de bonis quasi.* 21. *à num.*7. *vsque ad* 11.
4 Contrarium autem substinebant Aduocati aduersi dicẽtes, illud plus esse hæredis, & hunc non teneri creditoribus nisi pro vero, & iusto valore rei venditæ; cui sententiæ, &
5 ego me subscribo; ea ratione quia illud plus non habet ex hæreditate, sed ex fatuitate emptoris, vt per *Paul.Castrens.in l.*2.*Cod.de legat.* authoritate *tex.in d.l.*3.*ff.ad l.falc.* nec
6 dicatur *tex.in d.l.*3. esse correctum in hærede cum beneficio, *l.& Inuentarij* (quatenus dicit augmentum cedere lucro hæredis) authoritate *de Franch.dicta decis.*61.*num.*22. quem sequutus est *Molfes.loco cit.* qui mouentur supra dicta ratione, cum hæ-
7 res non debeat esse, nec in damno nec in lucro *ex l.fin.*§.*licentia*, *Cod.*
8 *de iur.deliber.* ex qua etiam pretendi potest, acquisita per hæredem eius industria ex re hæreditaria, cedere ipsi hæreditati, & sic creditoribus;
9 nam Respondetur *tex.* prædictum non

non aliter correctum fuisse;ad cuius
probationem satis esset adducere,
tex. illum expresse correctum non
10 reperiri; quod est necesse ad corre-
ctionem inducendam, vt est tex in l.
præcipimus Cod.de app.Bart. qui con-
cordantes recenset in l. Marcellus,
num.9.ff.ad Trebell.imo nec ex iden-
11 titate rationis inducitur legum cor
rectio,vt dixit Bart. dicto loco quibus
concomitatur alia illa vulgata regu-
12 la,legum correctionem, quantum
fieri potest,esse euitandā l.vnic.Cod.
de inoff.dot. Glos. in cap. cupientes, §.
quid si per viginti de elect.in 6. Iason,
qui alia adducit in l. filium quem nu.
28.Cod.fam.hercisc. ideoq; sufficere
debet decisio tex. in d.l.3. eò magis
quia ab alijs DD. fuit intellectus
13 etiam cum dicto beneficio, l.& In-
uentarij,vt per Phanut. de inuent. hæ-
red.p.5.num.71.Gulielm. de Benedict.
in cap. Rainutius in verbo mortuo te-
statore il 2.nu.397. Gratian.cap.164.
14 num.14.p.1. nec est curandum de
authoritate de Franch. vbi supra se-
quuta per Molfes.tum quia non gu-
stauit articulum, & per transennam
fuit de eo loquutus,tum etiam quia
lege non probatur; & tantò magis
cum eius dictum fundet super au-
thoritate Guid.Pap.tract.de form. in-
15 uent.secundum quam est intelligen-
dum,vt per Bart.in l.non solum, ff.de
16 liber leg. qui Guid. Pap. numquam
fuit de dicta l.3.loquutus, sed de l.
in ratione la 2.ff. ad l.falcid.cuius ter
mini sunt valdè diuersi ab illis d.l.3.
in quibus cadere non potest ratio
fundamentalis per dictum Præsid. &
Molfes.de lucro,& damno,adducta
in personam hæredis; quoniam illa
17 radices suas habet ab omni eo,
quod ex hæreditate prouenit, vt est
videre in dicto §.licentia,tex.autē in
18 d.l.3.loquitur de eo, quod prouenit
hæredi ex sua fortuna;quod hæredi-
tarium non dicitur, nec prouenire
ex hæreditate,minimeq. id,quod ex
fatuitate emptoris; quia hæc non
19 dicuntur possideri per hæredem vt
hæredem,glos.in l.2.Cod.de repud.hæ-
20 redit.& augmenta prædicta non rei,
seu ipsi hæreditati, sed personæ ac-
cedere videntur;Alber.Brun.tract.de
augmento in 19.conclus.limit.3.in fine
21 quæ non acquiruntur ei,cui res,vel
hæreditas est obligata, sed ipsi per-
sonæ, vt per dictum Brun. in d.3.li-
22 mit.quare merito opus est, affirma-
re tex.illum correctum non esse;qui-
23 bus omnibus adde regulam, quod
hæres tenetur ad valorem rei in hæ-
reditate dimisse,habita ratione tē-
poris,quo testator decessit, non autē
pro augmento, quod obuenit post
mortem,prout est tex. in l.fin.§. & si
præfatam, Cod.de iure deliber. ibi (vt
in tantum creditoribus hæreditarijs
teneatur, in quantum res ad eos deuo-
lute valeāt)& ita quoq. voluit nota-
biliter, Ripa in l. 1.§. is qui quatra-
ginta,num.9.vers.suadetur, ff.ad Tre-
24 bell.his verbis (quia si post aditā hæ-
reditatem augeatur hæreditas, hæres
qui confecit inuentarium sentit como-
dum augmenti;& pro eo non tenetur)
sequitur Roland. à Valle de inuent. p.
4.vtilit.6.in fin.Surd.cons.128. n.27.
& licet Peregr.de fideic.art.49. n.74.
25 vers.ego autem, distinguendo con-
cludat,non esse parem in hoc condi-
tionem legatariorum, & creditorū,
seu lucri,& damni,s.quoad credito-
res augmentum cedere eorū lucro,
non autem quoad legatarios, quem
sequitur Surd. dicto cons.128. nu.27.
& Montic. de inuent. hæred. cap.6. à
26 num.10. tamen dicas simpliciter sic
vt supra, dictum augmentum esse
hæredis, nec deberi legatarijs, nec
creditoribus; & ex his etiam aduer-
27 te, quod hæres acquirens ius ali-
quod, seu actionem etiam respectu
hæreditatis, vt puta si cum creditore
hæreditario transegit, prædium hæ-
reditarium,vel supellectilem pretio-
sam retinendo,modico creditori da-
to,suum facit lucrum, & de eo mi-
nimè alijs creditoribus tenetur, vt
per

per *Montic.vbi supra num.*63.& post hæc scripta vidi *Horat. Montan. in controuers.*60.*num.*2. vbi latè defen-
28 dit, lucrum cessum à creditore hæredi, non dici hæreditarium, *ex d.l.*3.
29 cum actio illa cessa à creditore non fuerit in hæreditate, sed immo contra hæreditatem pœnes creditorem, & sic procedit, *tex.in l.si creditores*, §.*sed si post,ff.de separat.* vbi obuentū
30 ex hæreditate, seu immediatè ex re hæreditaria, hæreditarium esse, & in creditorum hypotecam incidere de-
31 ciditur, non autem acquisitum ab hærede ex alia causa; & iuxta hanc
32 sententiam refert decisum de anno 1617. *vt in fine d.num.*2. & *in vers.*
33 *nec fuit*, reijcit *dictā decis. de Franch.* 61.*num.*22. sed postea *vers. & ideo*,
34 prædicta intelligit, cum hæres obtinet aliquod lucrum à creditore hæreditario, cui tamen aliquam summā soluit de suo; si enim (dicit ipse) hæ-
35 res ex causa transactionis, daret creditori pecuniam hæreditariam, vel aliam rem hæreditariam, & obtinuerit cessionem sui crediti maioris sūmæ, hæc cessio proficiet non sibi,
36 sed hæreditati; ex quo tunc hæres dicitur lucrari ex re hæreditaria, & proinde tunc cessio non haberet vim cessionis translatiuæ, sed extinctiuæ, de quo latius per eum loc.cit.

SVMMARIVM.

1 *Si duo, ad aliquid faciendum, obligent se in solidum, sed circa solutionem talis clausula non adsit, num possint ad solutionem in solidum conueniri? Affirmatiuè, vt n.*6.

2 *Matrimonium contrahi facere inter certas personas, si duo se obligant in solidum, si postea dotem pro dicto matrimonio promittant simpliciter, num possint dicti promittentes tali casu, pro dote prædicta in solidum conueniri?*

3 *Dotis fauore potest quilibet ex promittentibus eam, in solidum conueniri; & de ratione, n.*4.

5 *Socij duo, si sibi inuicem dedissent facultatem administrandi in solidum; & promiserint reddere rationes, cum reliquorum restitutione, num vnusquisq; possit cogi ad rationes reddendas in solidum? & n.*8. *&* 9.

7 *Clausula (in solidum) refertur ad omnia subsequentia, continuata scriptura, prolata; & censetur repetita in sequentibus, quæ continuatiuè veniunt, n.*10.

11 *Vendita aliqua re per plures in solidum, omnia quæ sequuntur, censentur etiam in solidum promissa, & quomodo sit intelligendum, n.*12. *&* 13.

ARGVMENTVM.

Si duo se obligant ad aliquid faciendum (*in solidum*) & postea solutionem promittant inferius, absque tali clausula, num possint in solidum cōueniri etiam ad solutionem ipsam faciendam? Dotis fauore num quilibet ex eam promittentibus possit insolidum conueniri? Si duo sunt socij, & sibi inuicem facultatem dederint administrandi (*in solidum*) & promiserint red-

reddere rationes cum reliquorum restitutione, absque tamen clausula (*insolidum*) num vnusquisque in solidum ad rationes reddendas cogi possit? vbi refertur Decisio Rotæ Genuæ impressa, & plura adducuntur ad materiam.

CAPVT XXXIX.

1 SI duo se obligauerint in solidum ad aliquid faciendum, sed circa solutionem nõ adsit talis clausula, vtrum possint in solidum conueniri? casus multoties
2 accidit, vt v.g. si duo promittant in
solidum, facere contrahi aliquod
matrimonium inter certas personas,
& postea dotes contemplatione dicti matrimonij simpliciter promiserint, num tunc taliter promittentes, possint, pro dictis dotibus in solidum conueniri (dato quod vera non esset *decisio Præsid. de Franch.* 581.
3 vbi dotis fauore potest vnusquisq;
ex promittentibus eam, insolidum conueniri, ex *tex. in l. cum ab vno, ff. de*
4 *leg.* 2. quod illius fauore est speciale, ne mulier habeat necesse agere cum pluribus personis *Afflict. decis.* 332. *nu.* 1. *vbi Vrsill. num.* 6. *& Præs. vbi supra*) aliud est exemplum si duo
5 sunt socij, & sibi inuicem facultatem
dedisent administrandi in solidum, & promiserint reddere rationes cũ reliquorum restitutione, num vnusquisq; possit cogi ad rationes red-
6 dendas in solidum? dicas affirma-
tiuè in vtroq; casu, & alijs huiusmo-
7 di; nam clausula illa (in solidum), re-
fertur ad omnia subsequentia, continuata scriptura, prolata *l. fin. ibi (coniuncta scriptura) ff. de reb. dub.* & ita in indiuiduo refert fuisse decisũ
8 *Rota Genua decis.* 167. vbi cum per
quãdam apodixam tres fuissent socii constituti, & conuenissent, quod isti tres socij tenerentur ad reddendam rationem vna cum reliquorũ restitutione, non adiuncto quod tenerentur reddere rationem insolidum, cum vnus tantum fuisset conuentus super redditione rationis in solidum, replicabat quod vnusquisque tenebatur, pro sua portione, *vt ibi num.* 6. *vers.* 4. *asserebatur*; tamen
9 refert contrarium fuisse decisum,
dicens, quod cum per apodixam vnicuiq; ex socijs sit data facultas administrandi in solidum, non erat dubitandum, quod verba apodixæ, quæ simpliciter obligant socios ad reddendum rationem, deberẽt intelligi, quod obligarent in solidum; vt legitur *in d. decis. num.* 19. *vers.* 4. *dicebatur*, & ita etiam consuluerunt *Calder. cons.* 6. *sub rub. de elect. Crau.*
10 *cons.* 208. *num.* 6. *vol.* 2. vbi quod
clausula illa (*& cuilibet in solidum*) censetur repetita in sequentibus, quæ veniunt continuatiuè; & ommissis cœteris, quæ in materia ista, & in alijs similibus adduci possent, adduco in proprijs terminis *Corn. cons.* 112. *volum.* 4. vbi dicit
11 quod quando plures vendunt ali-
quam rem, & quilibet in solidum, omnia, quæ sequuntur, censentur etiam in solidum promissa, & con-
12 uenta, non solum si sint ad essentiã,
& corroborationem dictæ venditionis, quæ fiebat in solidum, sed & omnia alia, quæ sunt de appenditiis venditionis, & saltẽ venditionem ipsam respiciunt, ita vt quilibet cen-
13 seatur in solidum promisisse, defen-
sionem in totum, vel in parte, & obseruare omnia, & singula in instrumento contenta; quæ nota.

SVMMARIVM.

1 *Duo si se obligēt in instrumēto absq. clausula insolidum, sed cū clausula (tales, & quilibet eorum) num vnusquisq; insolidum teneatur?*

2 *Dictio (quilibet) est distributiua, & vnicuique solidum tribuit.*

3 *Dictio (quilibet) æquipollet dictioni (in sol:dum) & n.5.*

4 *Compromissarij si sint plures dati ad eligendum cum clausula (vnus, & ipsorum quilibet), num vnicuique ipsorum, insolidum videatur data eligendi potestas.*

6 *D. Io: Antonius Parisius, iterum laudatur.*

ARGVMENTVM.

Duo si se in Instrumento obligauerint absq; clausula (*in solidum*) sed cum clausula (*tales, & quilibet eorum*) nū vnusquisque in solidum teneatur? vndè discutitur num clausula prædicta (*& quilibet eorum*) sapiat eandem naturam, ac clausula (*in solidum*) vbi habes quid sentiat Author, cum quodam Docto nostri Temporis Aduocato, qui in isto articulo in facti contingentia scripsit.

CAPVT XL.



1 Irca eandem materiam aduerte quod, si duo se in instrumento obligauerint absq. clausula (*insolidum*) sed cū clausula (*tales, & quilibet eorum*) in solidum vnusquisq; tenebitur; cum di-
2 cta dictio, (*quilibet*) sit distributiua, & vnicuiq; solidum tribuat, *l. hoc articulo, & ibi Bart. ff. de hared. instit. l. si pluribus, ff. de leg. 1. Bald. in l. fin. §. ipsum autem filium, num. 2. Cod. de bon. quæ lib. Iacob. Anell. de Bott. & Menoch. in add. ad Bart. in d. l. hoc articulo, Crau. conf. 310. nu. 2. Socc. conf. 50. Corn. conf. 115. vol. 4. Rota Gen. d. decis. 176. Mart. de clausf. clauf. 110. p. 1. num. 2. Cald. dicto conf. 6. sub tit. de*
3 *elect.* vbi dicit quod ex quo dictio illa (*quilibet*) equipollet dictioni (*insolidum*) non refert quid ex æquipollentibus fiat, *cap. nihil de verb. signif. & in vers. & sequitur* dicit, quod si
4 dati sunt quatuor compromissarij ad eligendum, & posita sint hæc verba (*quod si de persona conuenerint, vel discordes fuerint, unus, & ipsorum quilibet, &c.*) quod ex his verbis vnicuiq; ipsorum videtur data potestas insolidum eligendi; & hanc opinionem quod dictio (*quilibet*) im-
5 portet obligationem in solidum, latè comprobauit Doctus, & pro-
6 bus Aduocatus *Io. Anton. Parisius in quadam allegatione impressa pro Duce, & Ducissa Balnearia contra Marchionissam Nicodia. Actuario tūc de Izzo.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, in quo quis promisit soluere alicui tamquam Tutori, vel Curatori pupilli, vel mino-*

 ris,

ris, tutela, vel cura finita num possit via Ritus presentari, & liquidari, & à quo? resolutio, nu. 2.3.4. & 11. intellige, ut n. 12. & 13.

5 *Tutor qui pro pupillo stipulatur, acquirit directas actiones sibi, & utiles pupillo: sed tutela finita, dictis actionibus nullo modo uti potest, ut num. 6.*

7 *Tutela finita, Tutor pro extranea persona reputatur.*

8 *Extraneo non stipulatur.*

9 *Actum alieno nomine gerens, nudum præstat ministerium.*

10 *Instrumentum initum cum Tutore, vel curatore, liquidari non potest tutela, vel cura finita, etiam si debitor promisisset ei soluere, etiam priuato & principali nomine, cum potestate liquidandi, &c.*

14 *Minor seu pubes iurare potest, & iuramento adstringitur, & è contra potest iuramentum recipere.*

15 *Liquidandi ius oritur ex obligatione de facie ad faciem, & iuramento prestito.*

ARGVMENTVM.

Instrumẽtum, in quo quis promisit soluere aliquam quantitatem alicui tamquam Tutori, vel Curatori alicuius Pupilli, vel Minoris, num tutela, vel cura finita possit via Ritus presentari, & liquidari, & à quo? & quid si in dicto instrumento interuenerit Curator, & Minor, num saltem eo casu Instrumentum ipsum possit via Ritus præsentari cura finita ab ipso minore, seu pubere tantum, etiam absque Curatore.

CAPVT XLI.

1 SI quis Titio promiserit soluere aliquam quantitatem tamquam Tutori, vel curatori alicuius pupilli, vel minoris, mediãte publico, & liquido instrumento, quæri solet num tutela, vel cura finita dictum instrumentum possit via
2 *Ritus* præsentari, & à quo? in quo articulo dicas, quod nisi procurauerit Tutor tutelæ tempore illud liqui-
dare, ea finita redditum est illiqui-
3 dabile via *Ritus*; non enim potest presentari à pupillis factis maioribus, quibus de facie ad faciem non
4 est iuratum; neq. à Tutore cuius officium est finitum; quamuis enim
5 Tutor, qui pro pupillo stipulatur acquirat directas actiones, & vtiles pupillo, iuxt. *tex. in l. quoties 10. ff. de admin. tutor. & in l. si pecuniam, ff. si*
6 *cert. petat.* finita tamen tutela, nullo modo vti potest dictis actionibus, nec suo nec pupilli nomine, vt benè ponderat, *glos. in d. l. quoties, uers. hoc*
7 *ordine.* quam sequitur *Bari.* estque ratio quia finita tutela, tutor, pro ex-
8 tranea persona reputatur, & extraneo non stipulatur, *l. stipulatio ista, §.*
9 *alteri de verb. oblig.* qui enim actum alieno nomine gerit, nudum prestat ministerium, *l. & licet, ff. de const. pe-*
10 *cun.* nec refert an dictus debitor promiserit solutionem dicto tutori, etiam priuato, & principali nomine, cum potestate liquidandi, &c. nam dicta

dicta verba minimè principalis contractus naturam alterant, vt dicam *Cap. sequenti*; & ita in specie quod
11 finita tutela dictum instrumentum nequeat præsentari via *Ritus*, sed agi debeat ordinario iudicio, latè probatur in quadam manuscripta allegatione, nescio per quem edita, quam habeo inter alias; illud tamē
12 in hoc aduertendum censeo, hæc procedere, cum instrumentum est celebratum inter hunc debitorem promittentem, & Tutorem etiam interueniente pupillo; vel inter debitorem, & curatorem, non interue-
13 niente tamen minore; quia si quis mediante publico, liquidoq. instrumento, se obligauerit Curatori alicuius minoris, minore ipso interueniente, & stipulante, poterit instrumentum via *Ritus* præsentari, non ab ipso Curatore cura finita, sed ab
14 ipso minore; eò quia minor cum possit iurare, & iurans iuramento astringi *ex auth. Sacramenta puberū Cod. si aduers. uendit.* ita potest quoq; iuramentum recipere; & sic cum ius
15 liquidandi oriatur ex obligatione de facie ad faciem, & iuramento prestito, nil mirum si ipse minor, factus iam maior possit instrumentum via Ritus presentare.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in quo quis alteri solutionem promisit, si hic actu publico mediante declarat se in dicto contractu aliud, præter nudū nomen non habere, & quod pecunia, & vtilitas ad alterum spectat, num possit via Ritus presentari per ipsummet, qui obligationem recepit, dicta declaratione non obstante? resolutio, nu. 3. & 8. & ratio, n. 11. sed intellige, vt n. 12. & 13. & quid de eo, ad quem declaratum fuit vtilitatem spectare, n. 2.*

4 *Stipulatus nomine suo, sed tamen re vera ad vtilitatem alterius, agens repelli potest exceptione, quod sua non interest.*

5 *Instrumentum celebratum cum procuratore, potest per eum via Ritus presentari? & ratio, nu. 10. imò etiam per principalem, vt nu. 6. quidquid dicat Frecc. vt nu. 7.*

9 *Stipulatus nomine suo, sed verè ad vtilitatem alterius, non potest dici istius procurator, nec pro tali est habendus, etiam quod declaret vt supra.*

14 *Hæres creditoris potest liquidare instrumentum contra debitorem.*

15 *Legatarius nominis debitoris (qui est obligatus mediāte publico, & solemni instrumento) num possit contra istum intusare dictum instrumentum via Ritus? quod non, num. 16. Sed quid sentiat Author, num. 17.*

ARGVMENTVM.

Instrumētum in quo quis promisit Titio, v. g. aliquam quantitatem soluere, si hic Titius declarat mediante aliquo actu publico, nil aliud se in dicto contractu, quam nudum nomen habere, & quod pecunia, & vtili-

tas spectat ad alium puta Caium, num dicto casu possit via Ritus presentari contra dictum debitorem per ipsum Titium, qui obligationem recepit? vbi discutitur illatiuè, num Instrumentum possit per procuratorem, cum quo fuit celebratum, via Ritus presentari? vbi omnibus discussis habetur in articulo principali Authoris noua, & vera distinctio ad praxim valdè vtilis, & necessaria, & breuiter etiā agitur, num sicut hæres vniuersalis creditoris potest Instrumentum incusare contra debitorem, ita & legatarius cui à testatore legatum est nomen debitoris virtute liquidi instrumenti, possit contra dictum debitorem Instrumentum via Ritus presentare?

CAPVT XLII.



Ffinē prosequar quæ-
stionem non in praxi
1 spernendam; si quis
se obligauerit Titio
aliquam quātitatem
soluere, mediante
publico instrumento; & hic Titius
mediante alio actu publico declarat
nil aliud se in dicto contractu,
quam nudum nomē habere, & quod
pecunia, & vtilitas spectet ad Caiū
e.g., num poterit hoc instrumētum,
via Ritus præsentari contra dictum
debitorem per ipsum Titium qui
obligationē recepit? (nam de Caio
2 non est dubium, cum non posse tā-
quam illum, cui non est promissum
de facie ad faciem, nec iuratum, vt
per *Frecc. de Præs. p. 11.*) dicas (vt re-
perio fundatum in allegatione de
3 qua in *Cap.* precedenti memini) ne-
quaquam posse liquidari dictum
instrumentum, sed esse via ordina-
ria ad instantiam ipsius Cai proce-
dendum; vt in puncto docet *Galter.*
in sua praxi liquid. instrum. p. 1. 2.
part. num. 32. rub. aduertat creditor.
vbi allegat *tex. in l. si pupilli, §. uideamus, ff. de neg. gest.* ex quo dicit pro-
4 bari, quod taliter stipulatus nomi-
ne suo, tamen re vera ad vtilitatem
alterius, agens repelli potest excep-
tione, quod sua non interest. Huic
5 resolutioni posset obiici communis
illa nostrorum practicorum conclu-
sio dicentium, posse per procurato-
rem cum quo fuit instrumentum ce-
lebratum, illud via Ritus presentari,
vt per *Frecc. dicta p. 11. quæst. 4. &*
Vrsill. ad Afflict. dec. 64. in fine, & per
D. de Marin. post classicos resolut. 187.
6 *n.* 2. imo instrumentum celebratum
cum procuratore, posse per princi-
palem incusari, & si cum hoc non sit
de facie ad faciem iuratum, docet
7 *Affl. in constit. eos qui scienter, quæst. 9.*
num. 15. quidquid dicat *Frecc. p. 11.*
citata, quæst. 2. de quo vide *de Marin.*
loco cit. num. 6. & dicam in alio capite
peculiari; ex quibus non videtur
dubitandum, quod possit hoc in-
strumētum incusari, vel per Caium,
ad quem fuit declaratum pecuniam
promissam spectare, vel saltem per
Titium qui promissionem recipien-
do, & ex post facto sic declarando,
videtur procuratoris officium in
8 hoc exercuisse; sed ne recedas a cō-
clusione supra firmata terrore huius
9 obiectionis; siquidem nullo pacto
Titius fuit procurator, nec taliter
fuit aliquo modo vocatus, & pro tali
haberi minimè debet, non obstante
de-

declaratione prædicta, vltra quod
10 vt notant DD. ideo procurator etiã solus potest instrumentum incusare, quia .f. ei est promissum etiam priuato & principali nomine, quo casu videntur duo correi credendi cum domino, & vnius petitione, vel acceptilatione tollitur obligatio *ex tex. in l. 2. ff. de duob. reis.* at in casu
11 presenti de quo agimus, & si facta fuerit promissio Titio proprio nomine, & cum liquidandi potestate, non tamen potest considerari ista correitatis ratio, nam post quam declarauit ad se nudum nomen spectare, & vtilitatem, & pecuniam esse Cai, correus Cai reputari minimè potest: Sed aduertas quæso vnam, quã sentio uerissimam limitationem ad presentis casus resolutionem, vt .f.
12 aliud iudicari debeat si talis declaratio, non fuerit tantum facta ex post facto, sed originem trahat ex lectura principalis instrumenti; vt si Titius non fuerit pro se simpliciter stipulatus, & postea illam declarationem fecerit, sed stipulationem illam dixerit in eodem instrumento recipere pro persona nominanda, & postea personam nominauerit, vt si hoc modo emerit annuos introitus; tunc
13 enim, & si nequeat hoc instrumentũ liquidari per illam personam nominatam, poterit tamen per dictum Titium, qui contraxit pro persona nominanda; cum eo casu reputetur procurator, cum expresse dixerit in instrumento, pro alio contrahere, quod nõ est si à principio pro se dixerit stipulari, & postea declarauerit ad alium vtilitatem spectare.

Sed volo hic agere breuiter de quadam pulcra quæstione ad propositum incusationis, & liquidationis instrumenti; iam scimus hæredẽ
14 creditoris posse liquidare instrumentum contra debitorẽ, quod absolutum apud nos esse, dicunt omnes ex *Ritu M. C. V.* sed quid erit in legatario, cui à testatore creditore
15 legatum est nomen debitoris virtute publici solemnisq; instrumenti obligati, num poterit contra dictum debitorem per ipsum legatarium via Ritus presentari? dicas negatiuè
16 respondere *Carau. ritu* 178. *in fine*, ex quo (dicit ipse) tum dictus *Ritus*, tum alius *n.* 181. *&* 186. hanc liquidandi facultatem tantum creditoris
17 hæredibus concesserunt; sed ego cogitandum relinquo, nam non cõceditur hæc facultas hæredibus creditoris ad exclusionem aliorum, & si particularium successorum, maximè in legatario, qui in re legata pro herede est reputandus, *l. quoties de hered. instit. Cancer. tom. 3. cap.* 20. *num.* 222. quæ nota in Praxi,

---

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior num possit cognoscere de subreptione, vel obreptione rescripti per principem concessi? quod non, n.* 3. *&* 4. *sed affirmatiuè, n.* 7. 10. *&* 15.

2 *Mulier si se obligauit pro alio, publico mediante instrumento, præuia tamen Regia dispensatione, si conueniatur coram Iudice inferiori puta in M. C. pro obseruantia contentorum, & excipiat se non teneri, ex quo dicat dispẽsationem fuisse subreptitiam, vel obreptitiam, num possit de hoc ipsa M. C. cognoscere? & nu.* 5. *&* 9.

6 *Decretatio Regia de verbo faciendo aduersus decretum liquidationis, si fuerit subreptitiè, vel obreptitiè impetrata, non cognoscit de hoc M. C., sed debet adiri S. C. præses pro ipsius reuocatione:*

&

& ratio huius praxis, num. 14.

8 *D. Regens Io. Camillus Cacacius laudatur.*

11 *Exequutor sententiæ latæ, non potest de eius validitate cognoscere; & quomodo intelligatur remissiuè.*

12 *Iudex, qui sententiam debet proferre, vt eam rectè proferat, exquirere debet media (quibus ad proferendum vrgetur) an sint verè sufficientia.*

13 *Exequutor cognoscit de rescripto, cum tractatur de eius subreptione, vel obreptione.*

ARGVMENTVM.

Iudex inferior num possit cognoscere de subreptione, vel obreptione rescripti ꝑ principem concessi, vt v.g. si fuit mulier obligata pro alio, mediante instrumento, præuia tamen Regia dispensatione, & conueniatur ipsa coram Iudice, vt in M.C.V. pro obseruantia contentorum in dicto instrumento, & ipsa respondeat se non teneri, stãte quod illa Regia dispensatio fuit subreptitiè, vel obreptitie impetrata, sed creditor dicat non posse M. C. vt iudicem inferiorem de hoc cognoscere; quid igitur iuris? & illatiuè agitur in praxi num M.C.V. cognoscat de subreptione, vel obreptione supplicationis de verbo faciendo in causa, & materia liquidationis? vbi in principali articulo relatis hincinde contrarijs eximiorum tũc Aduocatorum, in causa quæ recensetur, sententijs, suam profert Author opinionem.

CAPVT XLIII.

1 IVdex inferior nũ cognoscere possit de subreptione, vel obreptione rescripti ꝑ principem concessi, est quæstio? casus potest multoties occurrere; vt ex.gr.
2 fuit mulier obligata pro alio, mediante instrumento præuia tamen Regia dispensatione; conueniatur illa coram Iudice, vt in M.C. pro obseruantia contentorum in instrumento; replicat ipsa se non teneri, stante quod illa regia dispensatio fuit subreptitiæ, vel obreptitiæ impetrata; dicit creditor non posse M. C. de hoc cognoscere; quęritur quid
3 iuris? aliqui volunt haud posse Tribunal inferius cognoscere de obreptionibus, seu subreptionibus rescripti à superiore cõcessi, quando princeps, seu superior est præsens, & ipse potest adiri, & coram eo illa proponi possũt; vt videtur esse notabilis doctrina *Imolæ in l. qui Romæ, §. duo Fratres post n. 31. in verbo, & pro intellectu vers. forte posset dici, ff. de verb. oblig.* quem sequitur *Felyn. in cap. de cętero, nu. 3. vers. aduerte 2. & vers. aduerte 3. ext. de re iud.* ad quod adducit *glos. in l. nullus, C. de Iudicijs & in l. ait prætor, §. si debitorem, vers. locum fore, ff. quæ in fraud. credit.* & ita latè pro opinione ista reperio fun-

4 fundatum in quadam allegatione impressa edita per duas Iuris lucernas, v3. per quondam *Dom. Præsidem S.C. Marchesium, & quondam Præsidē Regiæ Cameræ Pitagna*, pro Donna Eleonora de Cardona contra Du-
5 cissam Atriæ cum enim aduersus liquidationem instrumēti, ad quam procedi facere intendebat dicta D. Eleonora contra dictam Ducissam, hæc opponeret de Velleiano dispēsatione Regia non obstante, quam subreptitiam esse ostendere conabatur, dicebant prædicti Domini, de tali subreptione non posse M.C. cognoscere, sed debuisse adiri Collaterale Consilium, ex doctrinis supra allegatis; quod etiam, & practico ostendebant exemplo, nam dicebant hinc illam iuridicam inoleuisse pra-
6 xim, vt si aduersus decretum liquidationis obtineatur Regia decretatio de verbo faciendo, licet subreptitiè, & obreptitiè, non cognoscit de hoc M.C. sed debet adiri S.C. Præses pro eius reuocatione, ex quo est præsens, & potest prouidere; Alij
7 autem sunt in contraria sententia, nimirum posse Iudicem inferiorem cognoscere de subreptionibus, vel obreptionibus rescripti à principe obtenti, vt videtur, *tex. clarus, vbi glos. Bart. Bald. & alij in l. 2. Cod. si contr. ius vel utilit. public. & adde tex. in §. si quis autem aut. de mand. princ. & in cap. porrecta &c. ad nostram de confirm. util. uel inut. & Foller. in const. Magister Iustitiarius, sub nu.* 8. & pro hac parte in causa supra mētionata, latè probat in allegatione impressa
8 pro dicta Ducissa Atriæ *D. Io. Camillus Cacacius* (tunc eximius Aduocatus, postea Pręses Regiæ Cameræ Summariæ, & nouissimè ob eximiam doctrinam, ac probitatem à Rege nostro ad Munus Regentis assumptus) *num.* 1. 2. & 3. vbi probat rectè posse M.C. cogno-
9 scere de obreptione, vel subreptione Regiæ dispensationis, ad finem cognoscendi si obstat exceptio Velleiani nec ne, & si est procedendum, vel non ad instrumenti liquidatio-
10 nem; & huic secundæ sententiæ, &
11 ego me subscribo, *Felyn.* enim, & *Imola* loquuntur in exequutore sententiæ iam latæ, cuius partes non sūt de eius validitate cognoscere (de quo quomodo accipiendum sit, alibis dicemus) nos autem sumus in
12 Iudice respectu sententię proferende, quam vt rectè proferat, media quibus ad proferendum vrgetur, an sint sufficientia, (vt est in casu proposito dispensatio) exquirere debet, vt optimè *Affl. decis.* 220. *num.* 9. imò etiam in exequutore, hæc non
13 procedent, quando tractatur de subreptione, vel obreptione rescripti, quia tunc de illis cognoscit, vt est *tex. expressus in d. l. 4. Cod. si cont. ius, vel vtilit. publ.* nec obstat practica paritas, quod M. C. non cognoscit de subreptione supplicationis de verbo faciendo in causa liquidatio-
14 nis; quia ex formula communi in dictis supplicationibus dicitur, non potuisse procedi ad liquidationem seu citationem ob illiquiditatem instrumenti; hæc non est obreptio, sed exponere principi grauamen per viam appellationis, qua stante inhibitum est Iudici à quo ne procedat, & si vellet M. C. de hoc cognoscere, excluderentur appellationes, & cognosceret de quo iam cognouit, & pronunciauit; vnde non
15 currit paritas, & ex his rectè potest de talibus subreptionibus, & obreptionibus similium rescriptorum etiam in M.C.V. tractari, nec tenentur partes adire Collaterale Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro viro excarcerando valide obligatur, non obstante Senatus*

natus Consulto Velleyano: amplia etiam si se obligauerit pro viro obnoxio carcerationis periculo, vt n. 2.

3 *Carcerandus de proximo, an dicatur vir, si adsit tantum contra se instrumentum, uel etiam oporteat, quod illud sit liquidatũ, & litere exequutoriales sint expedite, vt talis dici possit? prima opinio, num. 4. & 5. Sed contra à nu. 6. & quid decisum per M. C. & per S. C. nu. 14.*

7 *Obligatus ex libro Mercatoris, paratam exequutionem habentis, dicitur de proximo carcerandus: & idem in obligato per instrumentum in forma Cameræ, vel Quarantigiatum, vt num. 8. 9. & 10.*

11 *Mulier validè obligatur pro viro constituto in periculo carcerationis per solũ Instrumentum, per quod alteri est obligatus, etiam si ipse vir esset vnus ex Regni proceribus: & ratio, nu. 12. & 13. & sic decisum, vt n. 15.*

ARGVMENTVM.

Maritus ❦ de proximo carcerandus dicatur (ad finem, vt Mulier validè pro eo obligari possit, absque quod iuuetur beneficio *Senatus Cõsulti Velleyani*) num sufficiat si contra eum adsit tantum, publicum Instrumentum, vel requiratur etiam, quod tale Instrumentum sit liquidatum, & sint expedite literæ exequutoriales? & quid si ipse vir obligatus ex publico, quarantigioq; instrumẽto, esset vnus ex Regni proceribus? vbi relatis hinc indè varijs Aduocatorum sententijs, refertur Decisio M. C. V. & S. C.

CAPVT XLIV.

1 MVlierem pro viro excarcerando validè obligari *Senatus Consulto Velleyano*, minimè obstante, cõmunis est DD. cãtilena, vt per quos recenset *Sard. decis. 86.* imò commu-
2 niter, etiam voluerunt, neq. tali beneficio mulierem iuuari, si se pro viro obligauerit, carcerationis periculo obnoxio, vt per *Gratian. cap. 108. num. 16.* cum alijs quos congesit *D. meus Staib. iunior resol. 4. nu. 4. 5. & seqq.* ea tamen necessaria est in-
3 uestigatio, num vir dicatur proximè carcerandus, si tantum contra se instrumentum publicum habeat, vel requiratur, vt talis dicatur, quod tale instrumentum sit liquidatum?
4 aliqui dicunt non sufficere instrumentum, nisi sit liquidatum, & literè exequutoriales sint expedite, vt vir dicatur de proximo carcerandus, & validè vxor pro eo obligetur, & ita docent *Surd. cons. 3671. sub num. 17. Pascal. de patr. potest. cap. 5. sub nu. 13. Gratian. cap. 108. num. 16. & 17.* vbi
5 sentit requiri, quod statim sit carcerandus, & contra eum parata sit exequutio; addo *Rot. Roman. decis. 12. nu. 7. in recoll. post tract. de cens. apud Cencium Fontanel. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 2. p. 7. num. 35.* & notissimum in iure dicebat *D. Cacac.*
6 *in alleg. prima in c. prec. allegata.* Alij au-

autem verius contra docent, dicentes sufficere, si contra virum adsit instrumentum publicum, seu quarantigiatum, vt ille proximus carcerandus dicatur, & validè possit pro eo vxor obligari; ita in obligato ex li-
7 bro mercatoris, qui habet exequutionem paratam, voluit *Bald. in l.*
8 *certum, num.9. Cod. fam. hercisc.* & in obligato per instrumentum in forma Cameræ, vel quarantigiatū, *ex Bald. Cyn. Bart. Salyc. & alijs*, probat *Surd. dicto cons.367. post nu.17. vers. nec resistit*, & signanter *nu. 19. lib.3.*
9 & de eo, qui habet contra se instrumentum, quod habet exequutionē paratam, quia pro condemnato habetur *Gratian. dicto cap 108. num.17. p.1.* & his citatis voluit *Pascal. dicto*
10 *loco nu.13.* & in obligato per instrumentum in forma Cameræ *per Rotā Romanam* refert iudicatum *Cencius decis.32.* & alias iudicatum refert *Farinac. decis.275.* & ita refert *Fontan. vbi supra num.37. & 38. tom.2.* & ita latè fundant quondam *DD. Præses, S.C. Marchesius*, & *Præses Reg. Cameræ Pitagna* in illa *alleg.* pro D. Eleonora de Cardona contra Ducis-
11 sam Atriæ, in qua fundant hanc secundam sententiam procedere, & si vir obligatus ex publico, quarantigiatoq. instrumento, esset vnus ex
12 Regni proceribus, nam non per hoc sequitur, ergo carcerari non potest, & vxor pro eo tamquam non de
13 proximè carcerando, nequit obligari; hoc enim dicere, esse dicebant contra *Regni Constitutiones Ritus M.C.V.* & contra obseruantiam sic passim seruatam contra Ducem Amalphiæ M. Iustitiarium, contra D. Cæsarem d'Aualos M. Cancellariū, contra Principem Conchæ M. Admiratum, & contra D. Tiberium Pignatellum itidem M. Cancellarium, vt testatur *Reg. de Ponte de potest. pro reg. tit. de ass. Reg. super alien. §.7. nu.2. & seq.* & signanter *num.12.*
14 *Quare ex prædictis fuit decisum validam fuisse obligationem Ducissæ Atriæ pro Duce viro obligato creditoribus quibusdā de Gentilē (quorū creditrix erat dicta D. Eleonora de Cardona) etsi tantū contra dictū Ducē adfuisset obligationis tēpore instrumentū*
15 *publicum, & non obstante, quod dictus Dux esset vnus ex Dominis sublimioribus Regni; ita inquam fuit decisum in dicta causa, tum per M.C. tum etiam per S.C., vt refert (& si de hoc puncto non quæras) d. Dom. meus Staiban. dicta resol.4. qui scripsit etiam pro dicta D. Eleonora, ad requisitionem vnius ex Iudicibus, qui in causa illa votare debebat.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui fecit inuentarium, si fructus ex rebus hæreditarijs bona fide perceperit, superuenientibus creditoribus hæreditarijs, num ad ipsorum fructuum restitutionem teneatur? affirmatiuè, n.2. & 7. & sic decisum, vt nu.8. Sed contra, vt num.9.10.11. & 14.*

3 *Inuentarium non tribuit maius ius eo, quod fuit per aditionem quæsitum; & num.4.*

5 *Inuentario confecto, habetur ac si hæreditas non esset adita, & indicatur vt iacens.*

6 *Fructus ex bonis hæreditarijs percepti, tamquam ipsamet hæreditas reputantur.*

12 *Hæres, qui sciens à principio aditæ hæreditatis creditores in hæreditate adesse, qui eorum cred ta in iudicio deduxerunt, fructus ab ipsa hæreditate percepit, & consum-*

sumpsit, ad restitutionem ipsorum tenebitur.

13 *Hæres, qui fructus ab hæreditate percepit, si non constat eum illos consumpsisse, ad ipsorum restitutionem tenetur.*

ARGVMENTVM.

Hæres, qui hæreditatem adiuit, atque inuentarium confecit, si fructus ex rebus hæreditarijs bona fide percepit, & consumpserit, num veniente creditore hæreditario, & pro illorum restitutione instante, ipsos fructus ita perceptos, & consumptos restituere teneatur? vbi relata quadam Decisione, & relatis contrarijs inter se opinionibus, Author tradit quid ipse sentiat.

CAPVT XLV.

1 HÆres qui inuentarium confecit, si fructus ex rebus hæreditarijs bona fide perceperit, num si venit creditor hæreditarius, ad illorum restitutio-
2 nem teneatur? aliqui volunt eum teneri etiam data consumptione dictorum fructuum, & bona fide; ita *Phanuc. de inuent. quæst.* 240. *num.* 35. *Mich. Crass. de inuent. quæst.* 254. *n.* 3. *Riminald iunior cons.* 596. *sub num.* 8.
3 *& Manët. in decis.* 340. quia inuentarium non tribuit maius ius eo, quod fuit per aditionẽ quæsitum; vnde
4 eius confectio minimè tribuit hæredi dominium, vel ius, quod ante nõ habuerit, vt possit propterea fructus
5 lucrari; quinimò post inuentarium habetur, ac si hæreditas non esset adita, & iudicatur vti iacens, quapropter hæres cum beneficio, *l. & Inuent.* non debet esse nec in damno, nec in lucro; vt latè tradidi supra
6 *c.* 38. vnde non videtur dubium esse quin fructus ex bonis hæreditarijs percepti, tamquam ipsamet hæreditas reputentur, & iudicentur, & pro-
7 inde restituantur; & hanc partem indiuidualiter latè comprobat D. *Præses Marchesius in toties citata allegat.* pro D. Eleonora de Cardona *n.* 43.
8 vbi dicit *D. Reg. Cacacium* tunc in ea causa (vt supra est dictum) Aduocatum contrarium, quiue contrariam opinionem sustinebat (vt infra dicã) ipsum secundum hanc, quod s. hæres non lucretur dictos fructus, obtinuisse ad beneficium multiplici de Pauesio contra Marchionem Cusa-
9 ni. Sed cœteri in contrariam vergunt sententiam, nimirum hæredẽ, qui cum beneficio *l. & Inuentarij* per multos annos fructus ex rebus hæreditarijs percepit, & bona fide consumpsit, minimè ad illorum restitutionem teneri, & si compareant postea creditores defuncti pro illis restituendis instantes: ita tradunt alij, quos referunt, & sequuntur *Cancer. lib.* 3. *var. cap.* 2. *nu.* 47. *&* 48. & *Escob. de ratioc. cap.* 9. *num.* 43. &
10 hanc sententiam latè prosequitur dictus *D. Cacacius* tum *in primis allegationibus* pro dicta Ducissa Atriæ *num.* 19. tum etiam in secũdis (quas ipse *Replicationes* intitulat) *num.* 37.
11 nec esse eundem casum illum pauesiorum cum Marchione Cusani
12 dicebat; siquidem in eo agebatur de herede possessore malæ fidei, qui à principio aditæ hęreditatis sciebat pauesios creditores, ac in iudicio creditum deduxisse, & paulò post sententiam contra Cusanum hæredem obtinuisse; & ipsum pluribus annis percepisse fructus maximæ quan-

quantitatis,& sic mala fide; imò ne-
13 que in eo casu (dicit) de consumptione constitisse, & proinde merito illum fructus lucrari non posse, ex *tex.in l.1.Cod.de petit.hered.* subdebat idem *D.Cacac.vbi supra*: ex quibus
14 & ego concludo pro indubitabili data bona fide, hæredem fructus ex hæreditate perceptos, & consumptos minimè restituere teneri, & si postea compareant creditores desiti ita instantes: pro qua etiam sententia,adest idem *Escob. de Ratiocin. d. quæst. 9.* qui *num.* 82. in Rota Pinciana pluries refert decisum ad beneficium hæredis, vt de talibus fructibus sic perceptis, non teneatur reddere rationem nec creditoribus, nec legatarijs; & hanc eandem etiam defendunt post *Rip. in l. 1.§.si is qui quatraginta, ff. ad Treb. Surd. cons.*128. *vol.1. Tusch. conclus.* 486.*tom.*4.qui alios allegat; *& D. Reg.Capyc.Lat.Tom.1.consult.*13.*n.*4. *& seqq.* qui hanc eandem sequitur sententiam, & si referat dictam Decisionem Pauesiorum.

SUMMARIUM.

1 Citatus *super tenore instrumenti vti non potest nisi scripturis præsentatis* Curia pro Tribunali *sedente: ex prag. 4. de instrum. liquid.*

2 *Scripture quæ aduersus instrumentum, & citationem super ipsius tenore præsentãtur, debent curia pro Tribunali præsentari, & alias de eis nulla ratio est habenda.*

3 *Scripture possunt presentari à debitore citato super tenore instrumenti,etiam extra curiam,quãdo sunt pro reiectione scripturarum Curia pro Tribunali à creditore productarum, de quibus tamen nec in citatione, nec in instrumento facta fuit mentio: & de ratione,n.4.& 5.*

6 *Scripture possunt à debitore presentari etiam extra curiam, quando sunt pro responsione eorum, quæ creditor informando allegat ad Iudicum aures: Sed contra in vtroque casu, ex quondam Præs.Marchesio,vt num.7. sed non est recedendum à prima sententia,vt num.8. & de ratione num.9.*

ARGUMENTUM.

Exornatur *pram.4.de instrum. liquid.* per quam disponitur debitorem citatum super tenore instrumenti, non nisi scripturis præsentatis Curia pro Tribunali sedente, vti posse;& discutitur num eius dispositio procedat non solũ in illis scripturis, quæ aduersus instrumentum, & citationem super ipsius tenore præsentantur,sed etiam si actore producente Curia pro Tribunali alias scripturas,de quibus,nec in citatione, nec in instrumento fuit facta mentio, debitor pro illarum reiectione alias scripturas producat extra Curiã?

vbi habes dissentientes Doctissimorum Iuris Consultorum opiniones, & Authoris resolutionem.

CAPVT XLVI.

1 Citatum super tenore instrumenti non nisi scripturis presentatis Curia pro Tribunali sedente vti posse, dispositum est per *prag.4.de instrum.liquid.* & ita decisum pluries refert *Præs. de Fräch. decis.320. & 623.* circa cuius *prag.* materiam vide *Reg. Sanfelic.in decis.313.* Sed pro eius intellectu no-
2 tabilem volo vt aduertas limitationem; vt.s. procedat in illis scripturis, quæ aduersus instrumentum, & citationem super ipsius tenore, presentantur; de his enim extra curiam presentatis nulla debet haberi ra-
3 tio; secus verò si actore producente Curia pro Tribunali alias scripturas, de quibus nec in citatione, nec in instrumento fuit facta mentio, Reus pro illarũ reiectione alias scripturas produxerit extra Curiã;
4 nam tunc de his omninò ratio haberi deberet; quia Reus tunc minime diuinare posset, quæ actor producturus esset, vt posset paratus venire ad excipiendum cum scripturis necessarijs Curia pro Tribunali;
5 tunc enim quia per ignorantiam Curia sedente producere non potuit, tolleretur illi defensio, si foret à producendo, Curia pro Tribuna-
6 li non sedente, impeditus; quæ tanto fortius procederent, in scripturis extra Curiam præsentatis per reum pro responsione eorum, quæ informando allegat ad Iudicum aures creditor, de quibus omninò esset ratio habenda non obstante dicta *prag.4.* vt in vtroq. casu firmat pro indubitabili *Dom. Caracius tum in prima alleg. (de quã supra) num.23.* tum in *2.alleg.num.32. & 33.* quod dicit considerasse etiam *Præs.de Fräch.decis.420.num.3.& decis.623.n.6.*
7 & licet talis limitatio fuerit non vera, iudicata à *D.Præs. Marchesio in*
8 *sua supra adducta alleg.num.60.* ab ea tamen recedendum non puto: cum
9 dicta *prag.4.* facta sit ad euitandas dilationes in præiudicium partis, & fisci, vt inibi dicitur; non autem ad tollendum iustas defensiones, vnde cessat quoties eius ratio deficit; vt benè *Reg.Rouit.ibi vsq.ad nu.9.* quæ nota in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Heres se obligans creditori defuncti etiam proprio nomine, vltra vires hæreditarias non tenetur, ex Decreto generali S. C.*

2 *Fideiussor hæredis, qui proprio nomine, defuncti creditori se obligauit, num habeat beneficium ne teneatur vltra vires hæreditarias ex dicto decreto? quod non, num.3. Sed contra n.4.*

5 *Exceptiones competentes reo principali, fideiussoribus quoquè prosunt.*

6 *Fideiussor defuncti tenetur etiam vltra id quod est in hæreditate, & si heres confecerit inuentarium; secus in fideiussore dicti hæredis, qui se obligauit proprio nomine, hæreditario creditori, vt num.8. & de ratione disparitatis, num.7.*

AR-

ARGVMENTVM.

Fideiussor Hæredis cum Beneficio *l. & inuentarij* (qui,in quam, hæres se obligauit creditori defuncti proprio nomine, & nõ tenetur dicto casu vltra vires hæreditarias ex Decreto Generali Triũ Aularum S. C.) num habeat idem dicti Decreti beneficium, vt .s. non teneatur pro dicto hærede,nisi in quantũ est in hæreditate, vel potius teneatur etiam vltra hæreditatis vires? vbi expensa doctrina *Hering. in suo tract. de fideiuss.* vera traditur resolutio.

CAPVT XLVII.

1 Heredem cum beneficio *l. & inuentarij* se obligante cre-
ditori defuncti proprio no-
mine, non teneri vltra vires est dis-
positum per decretum generale S.
2 C.omnibus notum circa quod vide
D.Reg.Capyc.Lat.tom.1. cons.31. per
totam, an autem fideiussor hæredis,
qui creditori defuncti se obligauit
proprio nomine, habeat hoc benefi-
cium, vt non teneatur pro dicto hæ-
rede nisi in quantum est in hæredi-
tate, vel potius teneatur etiam vltra?
3 dicas, quod & si aliqui sint in opi-
nione, exceptionem prædictam in-
uentarij minimè fideiussori iuuare,
ex doctrina *Henning. de fideiuss. cap.*
27.par.4. num.105. & 106. veriùs ta-
4 men est fideiussorem prædictum eo-
dem priuilegio gaudere, ex regula,
5 quod exceptiones competentes reo
principali, fideiussoribus quoq. pro-
sunt, *l.omnes 19.ff.de except. l. defen-*
siones, Cod.eod.l.si stipulatus 15. Lex
persona 23.ff.de fideiuss. & hanc opi-
nionem, solita eleganti methodo dat
pro absoluta *D. Cacacius in primis*
allegationibus pro supra dicta Du-
cissa Atrix *num.27.Enrig.* enim *loco*
cit.dicto cap.27.p.4. num.105. remi-
ctit se ad dicta per ipsum, *cap. 20.*
6 *eiusd.tract.§.16. num.35.* vbi loqui-
tur in fideiussore defuncti, ea ratio-
ne ne creditoribus inanis eorum sit
diligentia, qui non sine fideiussore,
cum defuncto contrahere voluerũt,
quæ ratio fuit *Cyn.in l.fin. §. in com-*
putatione, Cod.de iur. deliber, & Rolãd.
de inuent.quæst.172. à num.3. & Mã-
tic.quæst.232.num.7. qui loquuntur
in fideiussore defuncti; ea autem in-
ter vtrumq. fideiussorem est dispa-
7 ritas; siquidem fideiussor defuncti,
etiam si ille viuus non fuisset soluẽ-
do, teneretur, & sic etiam decocta
hereditate (& si facto per hæredem
inuentario) tenetur; quod non est ita
8 in fideiussore heredis, qui facto in-
uentario, se proprio nomine credi-
toribus obligauit; qui iuuabitur ex-
ceptione inuentarij, ex dicta hære-
dis persona ex beneficio decreti ge-
neralis S.C. & ex regula *tex. in dicta*
l.exceptiones; quæ nota.

SVMMARIVM.

1 *Creditor si petit assistentiam super vna re sui debitoris, & terminũ in causa dari fecit, & ad vlteriora fecit procedi, potest variãdo agere eodem iure assistendi super alia re ipsius debitoris; quæ opinio verior, & rationabilior est, maximè si ad subhastationem, & exequutionem rei primo*

loco

loco electa non est adhuc peruentum, vt num. 7.

3 *Creditor habens plures res obligatas cum electione, si vnam elegit, post litem contestatam variare non potest, ex Bart. & sic Bart. loquitur de creditore plurium rerum alternatiuè, vt nu. 3.*

4 *Creditor potest auocare omnes res per hypotecariam, donec sibi integrè satisfiat.*

5 *Hypoteca semper durat, etiam lata sententia in actione personali.*

6 *Decisio Capyc. 46. reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Creditor si petijt assistentiam super vna re sui debitoris, & fecit dari terminum in causa, & ad vlteriora procedi fecit, si postea velit variando agere iure assistendi super alia re dicti debitoris, num sit excludendus, tamquam variare non valens? vbi expenditur, & declaratur doctrina *Bar. in l. eum qui certarum, § fin. ff. de verb. oblig. & in l. si quis stipulatus, ff. eod.* & reijcitur, *Decisio Capyc.* 46. & vera ex pragmaticis nostris traditur resolutio.

CAPVT XLVIII.

MVltoties Creditores variant Iudicia à se primo loco intentata; vel circa res; vel circa personas, vel circa modum; vnde de his
sigillatim tractare (breuiter tamen
1 vt soleo) intendo; & primo circa
res; Creditor petijt assistentiam super re sui debitoris, & fecit dari terminum, & ad ulteriora procedi; variat postea & agit iure assistendi super alia re; opponitur non posse variare, quæritur quid iuris? *Bart. in l. eum qui certarum, §. fin. ff. de verb. oblig.* & *in l. si quis stipulatus, ff. eod.*
2 tenet creditorem habentem plures
res obligatas, in quibus habet electionem, si vnam elegit, post litem contestatam variare non posse; quē sequi videtur *Capyc. decis. 33. & 46. Guid. Pap. quæst. 328. Milan. decis. 14. num. 13. Muscatell. in praxi p. 3. 2. p. Glos. seruata num. 24. & glos. adiudicantur, nu. 79. Pellic. in consuet. Auers. cap. 8. num. 273. Ricc. coll. 175. Amat. cons. 95. Thes. lib. 1. qq. forens. q. 7. n. 5. & per Caualc. decis. 15. num. 15. vers.*
3 *vbi dicunt.* Hæc tamen *Bart.* do-
ctrina (à qua Theorica ista desumitur) locum habet in creditore rerū alternatiuo, qui non potest nisi alteram consequi, & proinde non mirū si facta electione super vna re, non
4 possit peti alia; secus verò in credi-
tore, qui potest auocare omnes res per hypotecariam, donec sibi integrè satisfiat, iuxta tradita per eundē *Bart. in l. rem alienam, ff. de pig. act. ex l. quamdiù Cod. de distr. pign.* & sem-
5 per durat hypoteca etiam lata sen-
tentia in personali actione *l. grege, §. etiam, ff. de pignor. Capyc. dicta decis. 48. num. 7. & decis. 119.* nec eiusd.
6 *Capyc. dec. 46.* quidquā vim facit; cū
semper fuerit iudicatum contra eam, semperq. variationem de re ad rem fuisse creditori permissam, testatur *Præs. de Franch. decis. 53. n. 11. in fine Muscatell. dicta glos. seruata*
7 *sub num. 26.* quę opinio verior, & ra-
tionabilior est, maximè cum non est adhuc peruentum ad subhastationē rei primo loco electæ, nec est perfecta exequutio; *vt per Thesaur. d. q. 7.*

ita

ita dictam *dec.* 33. *Capyc.* intelligit *num.*5. *&* 6. Sed videamus quid dicendum de variatione circa personas in sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Creditor si duos reos habuerit in solidum obligatos, iudicio contra vnum ex eis cœpto, num possit eo relicto contra alium agere? affirmatiuè resoluitur, vt n.*2. *etiã illo primo iudicio pẽdente, & nõ expectato exitu si primus sit soluendo, vt nu.*3.4.5. *&* 11. *at contra, n* 12. *sed non est à prima recedendum, vt n.* 14.

6 *Tex. in l. liberum Cod. de fideiuss. & in l. reos Cod. eod. quomodo concordentur, & n.*7.

8 *Diuisio debiti inter correos vt inducatur, plura requiruntur, quorum quatuor facta, recensentur.*

9 *Decisio quedam M. C. V. annis duobus elapsis recensetur.*

10 *Creditor qui per multos annos exegit annuos introitus integros ab vno ex correis debendi insolidũ obligatis, non per hoc sibi aliquod preiudicium fecit, vel diuisionẽ induxit, & proinde potest ad libitum contra alium correum, tũ pro parte, tum pro solido agere.*

13 *Instrumentum si fuerit iam incusatum contra plures in solidum obligatos, vno ex eis comparente, ac se in vinculis constituente ad finem dicendi de nullitate incusationis, cœteri correi molestari non poterunt à creditore; & sic decisum per M.C.vt ibi.*

15 *Tex. in l. quoties, §. si creditor, ff. de pecul. ponderatur.*

ARGVMENTVM.

Creditor qui duos reos debendi insolidum obligatos habet, num possit iudicio incæpto contra vnum ex eis, & lite etiam contestata, eo relicto contra alium agere? vbi perpenditur singularis *tex. in l. liberum Cod. de fideiuss.* & concordatur cum *tex in l. reos Cod. eod. tit.* & item ponderatur, *tex. in l. Quoties, §. si creditor, ff de pecul.* & agitur etiam de requisitis ad inducendam debiti diuisionem inter plures correos debendi in solidum obligatos, circa quod refertur decisio M.C.V. in quadã causa interposita, Authore in contrarium patrocinante.

CAPVT XLIX.

1 Creditor si duos reos in solidũ obligatos habuerit, num poterit iudicio (incepto contra vnum ex eis) relicto, contra alium agere? 2 dicas omninò talem variationem permitti ad ipsius creditoris libitũ; hæc est opinio Iacobi de Arena quem refert, & sequitur, *Bart. in authentica hoc ita num.* 22. *vers. si vero in reis, Cod. de duob. reis ex tex. singulari in l. creditor, ff. mand.* reprobata opi-

opinione *glos. in aut. de duob. reis in fine*, quam sequitur *Azo in sum. Codic.eod.tit.* ac reiecta *Dyn.* distinctione *in l. 3. ff. de duob. reis* vnius enim electio alium non liberat, *l.2.& d.l. 3.de duob.reis*, & hanc eandem opinionem tenet idem *Bart. in l.duobus, §.vbi duo 2.col.ff.de duob.reis*, s. creditorem, qui habet plures in solidũ obligatos, si egerit contra vnum, pẽ-
3 dente etiam primo iudicio posse agere contra alium, non obstante quod primò sit actum contra vnum; & hoc etiam primo iudicio pendẽte, & non expectato fine, an primus repertus sit soluendo, vel non; hanc eandem opinionem ante *Bart.* tenuit eadem *glos.in l.creditor in princ. ff.mand.Capic.decis.*110. *num.* 7. *Rebuff.de liter.oblig. art.*3. *num.*24. *Berous,quaest.*87.*nu.*8.*Lancell. de attent. lib.*1.*cap.*3. *num.* 5. *Surd. decis.* 301. *nu.*3.4.& 5. *Caualc. decis.*15. *num.*1.
4 ad quid enim alias insolidum obligatio deseruiret, si creditor non posset omnes, & singulos quocumque tempore, & ad sui libitum conuenire; vt vltra DD. sunt *text. satis aperti in l.reos.& in l.fin. Cod. de fideiuss. & in l.& ancillarum, §. illud, ff.de pecul.& in l si mandato Titij, §. paulus*
5 *respondit il 3.ff mand.* quibus disponitur, creditorem posse plures reos in solidum conuenire, vel vnum, & vno conuento ad alterum redire;
6 nec obstat *tex. in l. liberum Cod. de fideiuss.* quo disponitur, non esse permissum creditori, vno conuento ad alium redire; nam vt benè respõdet *Bart.in l.si creditores, Cod.de pact.* post *glos.in l.liberum, C. de fideius.& in d.*
7 *l.reos*, non sunt contrarij prædicti *Tex.* nam *Tex.in d.l.liberum*, non loquitur in electione (vt est præsentis capitis articulus) sed in diuisione; at *tex.in l.reos*, loquitur in electione in qua non obstante vno conuento, alium conuenire licet; ad hanc au-
8 tem diuisionem inducendam plura requiruntur; primò quod debitor suam partem soluat; secundò quod creditor recipiat de sorte principali, non de vsuris; tertiò quod non sit dictum (*saluo iure solidi*) quartò & vltimò, quod recipiat creditor partem tamquam propriam soluentis; vt ex *Bart.* deducit *Vrsill.ad Afflict. decis.* 142. *Thesaur. lib.*4. *quaest.* 40. *Pascal. de patr. potest. part.* 1. *cap.* 8. *num.*172. ex quibus requisitis, & signanter ex secundo ibi (*non de vsu-*
9 *ris*) scias sic annis duobus elapsis iudicasse M.C. in causa Iacobi Papa cum Sebastiano Casa; in qua determinatum fuit (& si me in contrarium
10 patrocinante) creditorem, qui per multos annos exegit integros annuos introitus ab vno ex correis debendi in solidum obligatis, non per hoc induxisse aliquod sibi detrimentum, vel diuisionem, & proinde potuisse ad libitum agere contra alium correum, & pro parte, & pro solido etiam, vt voluerit; vnde à primo vsq. ad vltimum, redeundo ad
11 propositum articulum, dicas rectè posse creditorem de vno correo etiã lite contestata, ad alium agendo recurrere.

Posthæc scripta vidi in hoc articulo *D.de Marinis in suis Quotidianis resolutionibus, cap.*106. *num.* 5. vbi
12 dicit quod creditor litem contestando contra vnum ex reis debendi, interim iudicio illo pendente, alterum conuenire nõ potest; ad quod allegat, *tex.in l.quoties, §.si creditor, ff.de pecul.* ex qua sententia firmata, & ex alijs, concludit deinde *dictus*
13 *Author* quod si fuerit instrumentum incusatum contra plures in solidum obligatos, comparitio vnius ex debitoribus in vinculis se constituentis, vt de nullitate incusationis diceret, proderit cæteris correis, qui non poterunt molestari à creditore ex p̃dicta vnius ex eis carceratione; ad quod allegat *Maccia in add. ad Francisc. Anton. de iudic. in tract. de liquid.instr.consider.*4.*sub num.*37. *de*

Franch.

Franch.decis.685. num.2. & demum sic refert decisum per M.C. sub die 9.Decembris, anni 1628. vt ibi per *dictum D. de Marinis num. 6.* quod etiam refert decisum *Thor.p.2. compend.verbo debitores plures.*

14 Sed ad nostrum principale dubium redeundo, & si magna apud me sit Authoritas dicti Authoris, non possum tamen recedere à firmata sententia, nimirum posse creditorem etiam iudicio cœpto, & lite contestata contra vnum ex pluribus debitoribus correis debendi, variare, & contra alterum agere; *tex.*
15 enim *in d.l.quoties, §.si creditor*, aliud non dicit nisi quod vendito seruo, retento per dominum vendentem peculio, si creditor agere cepærit contra emptorem, non poterit agere lite pendente contra ipsum dominum venditorem; ecce casus est diuersissimus, cum non possint in eo considerari venditor, & emptor, vt correi, sed potius dominus qui vendidit, lata sententia contra emptorem, ipsi tenebitur quasi de euictione, vnde nil mirum quod creditori non permittatur agere contra illum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor si via ordinaria inceperit contra debitorem agere, an ei liceat ad exequutiuum iudicium sibi competens conuolare? negatiuè, num. 2. sed contra quinimò posse, vt a num. 3.*

4 *Actione ordinaria intentata, renunciatum non videtur exequutioni competenti.*

5 *D. Præses S.C. Merlinus Pignatellus, iterum laudatur, & nostræ Ciuitatis gaudium ob eius aduentum, recensetur.*

6 *Litis pendentiæ exceptio, & regula tex. in l. vbi captum, ff. de iudic. locum non habent in via executiua.*

7 *Variatio, non nisi præiudicium expensarum affert conuento, quibus refectis non est actori denegandа actio exequutiua, imò neque dicto casu essent expensæ reficiendæ, maximè attēto Capitulo Regni (Detestantes) vt nu. 8.*

9 *Procuratoris, vel aduocati inscitia, litem ordinariam inchoantis, vbi erat executiuè procedendū, non potest principali præiudicium afferre.*

10 *Variatio licita est, etiam facta per Procuratorem electione, quousque illa electio à principali sit rata habita.*

11 *Instrumentum potest via Ritus liquidari, non obstante quod contractus fuerit via ordinaria etiam in S.C. rescissus.*

12 *Creditor etiam si expediri fecerit contra debitorem post ordinariū iudicium, literas exequutoriales iuris forma seruata, potest conuolare ad iudicium summariissimum, & instare pro debitoris carceratione, ex liquido instrumento contra eum.*

ARGVMENTVM.

Creditori num sit licitum cœpto iudicio ordinario, & super eo lite cōtestata, ad exequutiuum iudicium conuolare? & quid post sententiam in ipso

ipso iudicio ordinario latã?
& an saltem sint eo casu, reo
reficiendæ expensę? & illatiuè agitur, num instrumentũ
possit via *Ritus* liquidari,
non obstante quod contractus fuerit via ordinaria etiã
in Sacro Consilio rescissus?
vbi breuiter vera traditur
resolutio.

CAPVT L.

1 SEd quid in modo vt si creditor
via ordinaria inceperit agere
contra debitorem, an ei liceat ad
exequutiuum iudicium conuolare?
2 dicas quod communior opinio est,
mota lite per creditorem in iudicio
ordinario, ac lite contestata, & si sententiatum non adhuc fuerit, ad exequutiuum iudicium minimè conuolari posse nisi expressè sibi creditor
variãdi reseruauerit facultatẽ, vt ex
innumeris quos referunt *Mastrill.
decis.* 157. *in princ. Gutier. lib.* 3. *pract.
qq. cap.* 39. *Valenzuela cons.* 49. *à n.* 11.
ad 19. *Masc. disp.* 6. *per totam Caualc.
decis.* 1. *num.* 15. & 16. *lib.* 1. *Surd. decis.* 92. *num.* 13. *Parlador. rer. quotid.
lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 11. *a num.* 19. *Molin. in annot. positis ad finem oper. de
Hysp. primog. tit.* 3. *cap.* 13. *num.* 31. *Velasc. cons.* 88. *num.* 8. & 9. *Neguſ. de pignor. p.* 4. *num.* 25. *late Lancell. de attent. cap.* 4. *lim.* 3. & *Reg. Galeota lib.* 2.
controuerſ. cap. 14. *num.* 13. & *seqq.*
3 Alij autem fuerunt contrariæ opinionis, nimirum posse creditorẽ, qui
incepit iudicium ordinarium, eo relicto ad summarium, & exequutiuũ
redire etiam post sententiam; vt videtur sentire *Bald. in l.* 3. *ff. de test.
mil.* & solet allegari, *Præses de Frãch.
decis.* 200. *à nu.* 1. *vsq. ad quartum*, &
alij quos refert *Thor. in compend. decis. cur. Archiep. in verbo variare. Decius cons.* 460. *num.* 7. & 8. *Suarez de
Paz in praxi tom.* 1. *p.* 4. *cap.* 3. *nu.* 31.
& *p.* 5. *cap.* 2. *num.* 7. & *seqq. Felician.
de censib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. *vers.
quod casu*, & latè defendit hanc opinionem *Ceuall. tom.* 3. *comm. contr.
comm. cap.* 815. *num.* 22. qui allegant
*Rebuff. ad constit. Gall. tract. de liter.
oblig. art.* 2. *glos. vnic. nu.* 21. & *art.* 6.
4 *glos.* 3. *num.* 7. vbi dicit, per actionem
ordinariam intentatam, non intelligi renunciatum exequutioni; & pro
hac etiam sentẽtia adest doctissimus
Dominus *Præses S. C. Don Franci-*
5 *scus Merlinus Pignatellus* (qui quantum ab omnibus summo desiderio
expectabatur, vt dixi supra *c.* 4. *n.* 22.
tantum ex ipsius felici aduentu tota
Ciuitas nostra summo gaudio exultauit) *tom.* 2. *controuerſ. cap.* 97. *a nu.* 7.
6 vbi dicit exceptionem litis pendentiæ locum non habere in via exequutiua, nec regulam *tex. in l. vbi
captum, ff. de iudic.* ad quod allegat
Iasonem in l. nulli, num. 8. *Cod. de iudic.* & *cons.* 9. *nu.* 7. & 41. & 42. *vol.* 1.
quem, dicit, sequi moderniores, & signanter *Noguerol. allegat. iur. to.* 1.
alleg. 4. *num.* 26. & *ibid.* subdit hanc
7 variationem non nisi expensarum
præiudicium afferre conuento, quibus refectis, non videri quare sit
denegandum actori executiuam
intendere actionem; imò *sub nu.* 14.
8 *ex Azeuedo*, & *Ceuall.* videtur tenere
neque dicto casu necessarium esse
soluere reo expensas, maximè attento *Capitulo Regni* (*Detestantes*) seu
Ritu M. C. V. 288. & demum in *n.* 16.
9 ait procuratoris, vel Aduocati insciciam litem ordinariam inchoantis
vbi erat executiuè procedendum,
non posse præiudicium suo principali afferre; ad quod allegat, *tex. in l.
sed & si*, §. *fin. ff. quod cum eo*, cum *tex.
in l. si is qui stichum* 66. *de procurat.*
10 vbi licita est variatio quousque electio per procuratorem facta, à principali sit rata habita; quem *tex.* dicit
à ne-

à nemine fuisse ad hoc ponderatum.

Et ex his etiam aliqui nostrates
11 voluerunt rectè posse instrumētum via *Ritus* liquidari, non obstante quod fuerit contractus via ordinaria etiam in S.C. rescissus; vt in puncto docet *Frecc. de præsent. instrum. parte* 9.*quæst.*9. quem sequitur: *Galter. eod. tract. in* 1.3. *p. rub.* 1. *verbo præsent. instrum. fol.*164. & ante hos in simili *Ioan. de Plat. in l. nemo carcerem num.* 16. *Cod. de exact. lib.* 10. & hæc in vtroq. casu tradit quondā Præses S.C. *Marchesius* in toties allegata *alleg.* impressa pro D. Eleonora de Cardona *num.* 34. 35. *& seqq.*
12 in quibus tradit, rectè posse creditorem, etiam si expediri fecerit contra debitorem post ordinarium Iudicium literas exequutoriales iuris forma seruata (qua attenta deberent ante personæ capturam excuti bona *iux. l. à diuo pio de re iud.*) rectè, inquam, posse conuolare ad iudicium summarijssimum, & instare pro debitoris carceratione, stante liquido instrumento contra eum; cū quibus allegationibus tamquam aureis, & omni eruditione refertis, conquiesco.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ad finem euitandi litem calumniosam, non tenet; circa quod S. C. decisio iunctis Aulis refertur, vt n.* 7.

2 *Soluta pecunia promissa ad euitandam litem calumniosam, repeti potest, etiam cum pœna quatrupli.*

3 *Promissio facta etiam per viam transactionis, ad litem calumniosam euitandam, neque ualet.*

4 *Promissiones quæcumque, & quilibet actus facti ad euitandas iniustas lites, & vexationes, non valent: & etiam hæres contradicere potest, vt n.* 5.

6 *Hæres illius, qui promisit, & soluit aliquām quantitatem ad effugiendam litem iniustam, licet non agat ad quatruplum, potest tamen eam summam solutam recuperare.*

ARGVMENTVM.

Testator, cui viuenti lis aliqua calumniosa, & iniusta fuit per aliquem mota, si aliquā quantitatem legauerit ei qui eam mouit, ad hoc vt ea sūma contentus remaneat, & amplius de ea pretentione non loquatur, & hoc fecerit, ne sui heredes litis illius molestia vexentur, num teneātur dicti hæredes ad illius summæ per testatorem relictæ, solutionem, si illa lis poterit iniusta, & calumniosa demonstrari, vt si ille pretensor per sententiam succubuerit? & num si hæres dicto casu soluerit aliquam repetendi spem habeat? & quid si ipse testator viuens soluisset ad litem illam calumniosam effugiendam, nū etiam dicto casu detur hæredi repetendi facultas? vbi

S 2 om-

omnibus nouiter, & breuiter discussis, refertur tandem in principali quæsito legati, punctualis Decisio S.C. iunctis Aulis interposita.

CAPVT LI.

Solent Testatores (quibus viuis aliqua lis fuit calumniosè, & iniustè mota) ne sui hæredes litium molestia vexentur, aliquam quantitatem legare ei, qui eam mouit, ad hoc vt ea summa contentus remaneat, neuè amplius de ea lite & pretentione loquatur; quibus mortuis solent hæredes statim dicto legatario soluere; eis tamen nunc aduerto ne sint sic prompti ad talem faciendam solutionem, si lis illa poterit iniusta, & calumniosa demonstrari, vt si ille per sententiam succubuerit, &c. cum sit de iure prorsus indu-
1 bitatum, legatum factum ad finem euitandi litem calumniosam non tenere; sicut & quamlibet promissionẽ factam ad finem euitandi calumniosam litem, nõ substineri; imò (quod est notabile pro dictis hæredibus,
2 qui faciles fuerunt ad soluendum) etiam si sit soluta pecunia, repeti potest cum quatrupli pœna, *vt in l. 1. §. hoc autem, ff. de calumniat.* imò
3 (quod plus est) etiam si transactio interuenisset, promissio talis nõ subsistetet, *l. in summa, vers. sin autem euidens calumnia, ff. de cond. indeb.* quapropter *DD.* communiter censuerũt,
4 omnes promissiones, & quoscumque actus factos ad euitandas lites, vexationesq; iniustas, minimè substineri, vt *Oltrad. cons. 280. num. 1. & 2. Roman. cons. 517. num. 17. 18. 19. 20. Crau. cons. 152. num. 9. vers. sexto, & num. 10. & 11. Capyc. decis. 95. num. 1. 2. & 3.* vbi ita refert decisum; & etiã
5 hæredi competit facultas contradicendi, vt probat *Crau. cons. 142. n. 29.*
6 imò etiam si pecunia fuisset soluta per defunctum ex causa litis calumniosæ, quamuis hæres agere non posset ad pœnam quatrupli, posset tamen pecuniam solutam recupera-
7 re, *l. 4. ff. de calum.* & quod legatum factum alicui ad effugiendam litem (quam esse calumniosam postea appare) non teneat, & ad illius præstationem minimè hæres teneatur, *fuit decisum per S. C. sub die 29. Octobris anni 1621. ad relationem Regij Consiliarij Vargas Ducis Cagnani, iunctis Aulis in causa Sororis Beatricis de Aprano, siue Monasterij S. Crucis de Lucca, cum Camillo de Aprano in Banca tunc de Izzo, vt vidi ex quadam allegatione impressa, cum annotatione dictæ decisionis; quæ erat inserta in quodam Tomo Allegationum eruditissimorum, DD.*

SVMMARIVM.

2 *Census annui venditor si non vult censum soluere, sed potius vult fundum censu oneratum dare in solutũ creditori, an sit audiẽdus? quod sic num. 2. sed contra n. 3. 5. & 13.*

4 *Legato fundo alicui, & grauato legatario certum quid annuatim præstare, liberatur hic legatarius fundum cedendo.*

6 *Census licet fundetur super rebus, principaliter tamen fundatur in personam.*

7 *Fundus super quo annuus redditus constitutus est, si fructus quandoque non ferat, non ideò à pensionis solutione debitor excusabitur: & n. 10. & ratio, num. 8. Sed secus in vsuris fructuum re-*

recompensatiuis, ut num. 9.

11 *Emptor cui fuit res tradita, etiam euictione imminente, tenetur ad census conuentos pro rata pretij non soluti, & si fructuum quantitatem excedant.*

12 *Annuorum introituum venditione facta, pro aliquo iure emendo, super ipsius iuris fructibus, ipso iure ex facto tertij extincto, sunt tamen ipsi annui introitus exsoluendi illorum emptori.*

ARGVMENTVM.

Venditor annui redditus si non vult soluere ipsum annuum redditum, sed potius velit fundum censu oneratum assignare, seu in solutum dare creditori, num sit audiendus? fructibus rei subiugatæ diminutis, num census quoque sit diminuendus? Venditis annuis introitibus pro emendo aliquo iure, & dicto iure, eiusq; fructibus subiugatis pro illorum præstatione, si illud fuerit facto tertij extinctum, num debitor ad redditUum solutionē annuatim teneatur? vbi breuiter plura habentur.

CAPVT LII.

1 FVi semel interrogatus, num si census annui venditor non vult soluere censum, sed potius vult fundum censu oneratum assignare in solutum emptori, sit audiendus?
2 pro opinione affirmatiua videtur facere, *tex. in l. si quis argentum*, §. *si verò, & ibi Bald. col. 1. Cod. de donat.* & ita pro singulari notat *Iason in l. non amplius*, §. *cum bonorum, ff. de leg. 1.*
3 Sed dixi cum *Paul. de Cast. in cons. 47. dub. vlt.* non audiri venditorem, qui vult fundum in solutum dare: & ait contraria debere intelligi
4 quando relictus est fundus Titio, & ex eo grauatus est Titius præstare certam quid annuatim; nam verum imò verissimum est, isto casu liberari cedendo fundum, at secus si quis
5 obligatus est personaliter, & per suā obligationem soluere censum: nam
6 licet fundetur census super rebus, fundatur tamē principaliter in personam, ideoque dicto casu audiri non debet, & sequitur *Tiraquell. de vtroq. retr. §. 1. glos. 6. num. 20. & 21. & Foller. in tex. tamquam res iudic. num. 46.* Cui principali resolutioni confert quod dicit *Duard. de censib. §. 4. quæst. 1. n. 9. &* 5. quod si fundus,
7 super quo annuus reditus constitutus est, casu aliquo fructus quandoque non ferat, non idcirco à pensionis solutione debitor excusabitur,
8 quasi hæc annua pensitatio non ratione fructuum, sed fidei impletionis præstetur; vt videtur sentire *Reg. de Ponte de potest. pror. tit. 74. §. 5. nu. 75. de Georg. alleg. 1. num.* 28. & post alios *Cald. pereyra de empt. & vendit. c. 23. num.* 20. & est decisio S.C. apud *Io: Vincentium de Anna alleg. 42. nu. 12.* cum alijs, quos refert *D. Præses S.C. Merlinus tom. 2. cap. 50. nu.* 25. & licet *Gratian. cap. 241. num.* 50. videatur
9 tenere contrarium, tamen loquitur non de censu constituto super aliqua re, sed de vsuris fructuum recōpensatiuis; iste enim cum sint correlatiue ad fructus, meritò fructibus diminutis, diminuendæ venirent;
10 *vt ibi* per eum; at secus est in censu constituto, qui minimè diminuitur

ex

ex fructuum rei subiugatæ diminutione, ex quibus dictus *D. Pref. dicto*
11 *cap.* 50. *per totum* tradit, emptorem, cui fuit res tradita, etiam euictione imminente, teneri ad census conuẽtos pro rata pretij non soluti, & si aliquatenus fructuum quantitatem excedant; confutato *Anello de Amat. in cons.* 58. & 65. quæ nota circa materiam, de qua egimus *supra cap.* 4.

12 Et ex his quoque consului contra quandam Vniuersitatem, quæ cuidã vendiderat quosdam annuos introitus pro quodam iure emendo, & fecerat dictam venditionem super dicti iuris fructibus, & cum fuisset ius prædictum extinctum ex facto alieno, absq. ipsius Vniuersitatis culpa, pretendebat se ad dictorum introituum præstationem non teneri; Ego verò dixi non bene dicere, eo quia erant census non recompensatiui dictorum fructuum, sed conuenti, & constituti, soluendi integrè etiã fructibus illis diminutis, ex supradictis.

13 Vnde redeundo ad principale dubium, patet non liberari debitorem si velit fundum annuo censui suppositum, creditori in solutum dare.

SVMMARIVM.

1 *Census vt extinguatur, seu vt contractus dicatur rescissus, non sufficit sola libelli oblatio, vel litis contestatio, sed necessaria est sententia rescissionis: & quid ex hoc inferatur, ibidem, & de rationibus, propriè, n.* 7. 8. 9. 10. & 11. *at contra ex Reg. Rouit. vt num.* 12. *sed non est à prima sententia recedendum, vt n.* 13.

2 *Census vt extinguatur, non sufficit nuda, & simplex voluntas, & consensus alterius ex contrahentibus, sed requiritur actus priori similis.*

3 *Census adhoc vt extinguatur, est necessaria vera, realis, & effectualis pretij restitutio; imò census ipsius reuenditio, vt n.* 4.

5 *Census in constitutione, vltra partium consensus, pretium debet interuenire: & ideo in ipsius extinctione vltra partium consensus, pretij restitutio interuenire debet.*

14 *D. Io. Franciscus Marcianus Regius Consiliarius laudatur.*

ARGVMENTVM.

Annuus redditus vt extinguatur, seu vt redditualis contractus rescissus dicatur, nũ sufficiat sola libelli oblatio, seu litis contestatio, vel potius sit necessaria sententia rescissionis, adeo vt ab eo tempore (cum amplius tertiæ, non vt tertiæ, sed vt interesse debeantur) non producant aliud interesse? vbi reijcitur sententia *Reg. Rouiti*, ex quadam *allegatione* impressa ædita per Doctissimum quendam tunc primarium Aduocatum nunc dignissimũ Regiũ Consil.: & etiam ex alia allegatione, quæ recensetur.

CA-

CAPVT LIII.

1 Census vt extinguatur, seu vt contractus rescissus dicatur non sufficit sola libelli oblatio, vel litis contestatio, sed necessaria est sententia rescissionis, imò exequutio, adeò vt ab eo tempore, cum amplius tertiæ non vt tertiæ, sed vt interesse debeantur non producunt aliud interesse, & sic vsque ad sentẽtiam, imò exequutionem, debebuntur tertie, & illarum interesse, quod probatur; nam adhoc vt census ex-
2 tinguatur, non sufficit nuda & simplex voluntas & consensus alterius contrahentis, sed requiritur actus priori similis, vt per *glos. in l. ab emptione, & ibi Bart. Cod. de pact. Surd. cons.* 52.*num.*14. *lib.*1. *Ozasch. decis.* 25.*num.*5. *Seraphin. decis. Rot. Rom.* 290.*num.*1.*p.*1.*Cenc.p.*3. *cap.*1. *quæst.* 3.*art.*1.*num.*15.ideoque necessaria
3 est vera, realis, & effectualis pretij restitutio, vt per *Verall. decis.* 103.
4 nec non census ipsius reuenditio intercedere debet, vt latè *Cencius*
5 *dicto art.*1.*num.*14. cum enim in cõstitutione census vltra consensus partium, pretium interuenire debeat, *ad tex.in* §.*pretium inst.de empt. & vendit.& l.*2.§.1.*& l.pacta conuẽ-*
6 *ta,ff.eod.*ita etiam in extinctione cẽsus, vltra partium consensus debet pretij restitutio interuenire, *l.*1.*Cod. quand.liceat ab empt.disced.*& optimè in puncto *Rota Romana coram Litio* relata *per Cenc. decis.*272. *num.* 2. *& seqq.& decis.*293.*num.*1. *&* 271.*n.*2. & alij apud *Reg. Capyc. Latro in decis.* 16. *num.* 24. circa quod re vide a nobis scripta *supra in cap.* 16.
7 & melius quod per litis contestationẽ non possit contractus dici ipsa rescissus, patet eò quia nil aliud efficit, nisi demonstrare quod actor vult iudicium prosequi, & sic quod insistit super rescissione, & reus insistit super contradictione negando, narrata vt narrantur esse vera, vt tradit *Maran.in speculo.p.*6.*memb.*10.*nu.*4. *&* 5.vbi *Foller. in add.* ac propterea
8 ex huiusmodi litis contestatione nedum deficere videtur realis pretij capitalis restitutio, sed etiam consensus, cum reus insistat super contradictione, vt contractus non rescindatur, & per consequens nullo modo poterit operari census extinctionem; præterea cum certum sit de-
9 bitori licere moram purgare, & tertias soluere nedum lite pendente, sed etiam post sentẽtiam ex clausula in ea apposita, sequitur quod non potest dici census extinctus per solam libelli oblationem, vel litis
10 contestationem; alias enim non admitteretur moræ purgatio, cum de priuatione ad habitum non detur
11 regressus, & si hoc diceremus sequeretur quod esset nouus contractus, tacito consensu contrahentium initus, & cogeretur creditor iterum ipsos emere census, contra regulam *l.dudum,Cod.de contrah.empt.*& licet *Reg.Ronit.in prag.*1.*de censib. nu.* 38.
12 dicat contrarium v. 3. quod si emptor census petit contractus rescissionem in iudicio, tũc statim desinat esse census, ita vt non amplius in-
13 teresse tertiarum, ab eo tempore debeatur nihilominus non est à prima sententia recedendum vti magis veriori, qua de re vide *Gratian.cap.*301. *num.*7. *& Pacif. de Salnian. interd. in fine oper. decis.* 212. *Cencium de censib. p.*3. *cap.*1. *quæst.* 3. *art.*5.*num.*23.*&* 24.*& decis.*182.*n.*4. *& decis.*248.*num.*3.& secundum hac
14 opinionem scripsit & consuluit *Dominus Io: Franciscus Marcianus* tunc Aduocatus Primarius omnibus virtutibus decoratus, nunc dignissimus Regius Consiliarius, vt vidi in quadam *allegatione* quam ipse edidit pro Hæredibus quõdam Cristophari Spinulæ, contra Marchionem Postilionis, Actuario de Felice, licet ignorem quid fuerit decisum: & vidi etiã pro hac opinione, latam allegationem

nē pro Heredibus Augustini ab Aurea contra hæredes Principis Conchæ,in banca Simeonis.

SVMMARIVM.

1 *Cessionario, an & quando opponi possit exceptio compensationis de eo, quod cedens debitori cesso debebat?*

2 *Debitor cessus potest præuenire cessionarium, compensando quod ei cedens debebat,dumodo non concurrat aliquod ex requisitis in l. 3.Cod.de nouat. & ratio nu. 3. secus si concurrat aliquod ex dictis requisitis,vt nu.4.cuius rei casus exemplificatur,vt n.5.*

6 *Compensationis exceptio,est satisfactio quædam.*

7 *Cedenti sicut solui non potest verè post litem à cessionario contestatam, ita neque fictè; puta per compensationem: & idem,nu.8.*

ARGVMENTVM.

Cessionario num, & quando opponi possit compensatio de eo,quod cedens debitori cesso debebat? & an in isto casu procedat dispositio *tex. in l.3.Cod.de Nouat.* & eius termini sint applicabiles? vbi breuis & notabilis habetur resolutio.

CAPVT LIV.

1 Cessionario,an & quando possit opponi cōpēsatio de eo,quod cedens debitori cesso debebat? dicas
2 distinguēdo;aut enim non concurrit aliquid ex tribus,de quibus *in l.3.C. de nouat.* & tunc potest præuenire debitor cessus cessionarium, com-
3 pensando; eo quod deducta cessione ad sui notitiam antequam illa sibi nomine cessionarij denuncietur, debitum vult compensare, & computationi est locus;aut verò concur-
4 rit vnum ex dictis tribus v. 3. vel partis debiti solutio, litis contestatio,vel cessionis denunciatio,& tunc non poterit compensatio opponi;
5 quare si cessi tibi actionē, quam habeo contra Titium, licet ipse Titius haberet contra me exceptionem cōpensationis si egissem contra eum, attamen si tu agis, non habet ille
6 dictam exceptionem; nam exceptio compensationis est satisfactio quædam,*l.si debitor,ff.de distr.pignor.*vn-
7 dè sicut post litem contestatam à cessionario, vel denunciationem factam, non potest cedenti solui per veram solutionem,ita nec per fictam scilicet per compensationem, *l.1.§. Iulianus ait,ff.de cond.& demonstr.* &
8 propterea pro debito cedentis non potest opponi exceptio compensationis cessionario, si opponatur post litem contestatam; secus fortè si opponeretur antè, ex *l.3. Cod.de nouat.* hanc notabilem distinctionem tradunt,*Bald.in l.& hæredi,§.nos autem, ff.de pact.*vbi tamquam nouum dictū commendat;quod etiam voluit *Alberic.in l.doli exceptio,nu.12.ff. de nouat.* & ita testatur coram Magistris peritis obtinuisse, qui allegat *Speculat.in §.sequitur videre, vers.item obijcitur*, eandem distinctionem latè comprobat *Angel.cons.259.(quædam domina)* per totum, vbi quod

ista

ista sunt de apicibus iuris, nec intrabunt in aures incapaces; & ita etiam sequuto *Angel.* concludit *Surd. decis. 191. num. 14. & cons. 82. num. 29. lib. 1.* & singularem distinctionem vocat *Ioseph sese in tract. de inhibit. §. 7. cap. 5. num. 9. vsque ad nu. 11.* vbi tamen non allegat neque *Angel.* neque alios, sed tantum *Franch. decis. 53. num. 10. & Thesaur. decis. 221. n. 1.* qui tamen nihil de hoc dicunt; & hanc distinctionẽ, prosequitur *Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 356. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Scripturam producens, videtur omnia contenta in ipsa fateri.*

2 *Scripturam producens, seu præsentans, de per se nullam facientem fidem, non videtur confiteri contenta in ipsa, vtpote inualida, & nullius considerationis.*

3 *Apoca, quæ caret debitoris & testiũ subscriptione, si recognoscatur (ex qua recognitione oritur probatio in vim confessionis) talis tamen confessio effectum non producit, ex inualiditate dictæ scripturæ: & ita defendit Author in quadam contingentia facti, quæ recensetur, vt n. 4.*

ARGVMENTVM.

Scripturam producens (qui regulariter videtur fateri omnia contenta in ea) num eodem modo fateri videatur, si præsentauerit scripturam de per se nullam facientem fidem? & quid in casu simili, si Apoca, quæ caret debitoris, & testium subscriptione, recognoscatur per partem (ex qua recognitione oritur probatio in vim confessionis) nũ illa confessio effectum producat, data illius scripturę inualiditate? vbi recensetur quædam causa ab Authore patrocinata.

CAPVT LV.

1 Scripturam producens, & si fateri videatur omnia contenta in ea, per *tex. in cap. cum venerabilis*
2 *de except.* tamen si producens præsentauerit scripturã, de per se nullam facientem fidem, vt quia illegitima, tunc ipse non videtur confiteri contenta in tali scriptura inualida, vt per *Surd. cons. 151. nu. 96. volum. 1. Affl. decis. 25. num. 5. post alios Maresc. lib. 1. var. cap. 82. num. 17.* quarè si
3 apoca, quæ caret debitoris, & testiũ subscriptione, recognoscatur per partem (ex qua recognitione oritur probatio in vim confessionis) tamen illa confessio effectum non producit data inualiditate scripturæ, quia eatenus probat, quatenus scriptura presentata probabit, *Gait. notabiliter de credit. num. 2643. & seqq.* & ita
4 latè defendi voce in pluribus sessionibus coram D. Consiliario Marciano, pro Anello de Filippo contra Io: Dominicum Pizzella; cum enim opponeretur aduersus quendam calculum factum in maxima summa in beneficium quondam Io: Gregorij de Filippo (cuius ipse Anellus erat filius, & hæres) de quadam apoca receptionis facta cuiusdam summæ

per dictum Io: Gregorium iam per ipsum antea recognita, ego dicebam dictam apocam esse meram cartulā tum quia non aderant subscripti testes, tum quia aderat fides Notarij, qui dicebat illam fuisse scriptam de ordine dicti Io:Gregorij, & non aderat signum, & vt talē, dicebā, non officere ipsi Anello hæredi & si recognitā per dictum quondam Ioan. Gregorium: cuius negotij dictus D. causæ Commissarius reseruauit verbum facere in S.C. & adhuc decisio pendet, & quid S. C. senserit si habebo antequam hæc Typis mandētur, tibi o lector tradam in alio capite.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Notariorum, facit vt clausulæ apponi solite pro appositis habeantur.*

2 *Consuetudo quænam sit attendenda, (vt clausule consuete pro appositis habeantur) eiusdem ne Notarij, qui illud instrumentum absque dictis clausulis confecit, vel potius sufficiat consuetudo Notariorum in genere? quod attendatur consuetudo eiusdem Notarij, num. 3. Sed contra Author num. 4. & perbellis ratio, n. 5.*

ARGVMENTVM.

Clausule consuete apponi per Notarios in instrumentis, (vt constituti, & precarij, pacti exequutiui, rescissorij, &c.) num ad finē vt ommisse pro appositis habeantur; attendatur consuetudo eiusdem Notarij, qui aliquod instrumentum absque his clausulis confecit, vel attendatur, & sufficiat consuetudo Notariorum communiter, ad hoc vt clausula dicatur consueta opponi in instrumento, & per consequens pro apposita habeatur? vbi relata vtraq; sententia Author resoluit cum breui, & non ingrato discursu.

CAPVT LVI.

1 Consuetudo Notariorum apponendi aliquas clausulas (pro vt est clausula, apud nos, constituti, & precarij, pacti exequutiui pacti rescissorij, &c.) facit vt si dictæ clausulæ consuete apponi, in instrumento fuerint omissæ, pro appositis habeantur *cap. cum M. Ferrariensis de constitut.* qua de re latè diximus supra *Capite 27. per totum*, sed hic quærere est opportunum, an attendatur
2 consuetudo eiusdem Notarij, qui hoc instrumentum absque his clausulis confecit, vel attendatur, & sufficiat consuetudo notariorum communiter, adhoc vt clausula dicatur consueta apponi in instrumento, & per consequens pro apposita habeatur? aliqui & communiter dicunt
3 attendi consuetudinem illius Notarij, adeò quod si ille alia plura confecerit instrumenta, in quibus clausulam illam de qua agitur non apposuerit, illa pro apposita non habeatur, & si communiter alij Notarij in suis instrumentis illam apponant, ita post alios *Alex. in l. Gallus, §. idem credēdum, ff. de lib. & posthum. col. 4.*

col.4. in princ. & idem Alex. conf. 28. col. fin. vol. 2. & eum sequitur *Mant. à me* postea visus *lib. 2. de tacit. tit. 10.*
4 *num. 17.* Ego autem puto in hoc *Alex.* non bene loquutum fuisse, sed potius vt ita dicam, in vigilia dormitasse, & sic concludo cum *Rocho in rub. de consuet. quaest. 4. vers. an autem attendatur*, quod non debet attendi cōsuetudo illius notarij, sed quid
5 alij communiter agant; quod probo ratione secundum me inconuincibili; quia ratio quare clausule consuete apponi, & si sint ommisse, pro appositis habentur, est quia rogatus censetur Notarius clausulas apponere, solitas apponi, nō tantum quas ipse erat consuetus apponere, (cum de illis apponendis rogatione minime egere censcatur) sed etiam illas, quæ communiter apponūtur; quare cum hæc sit ratio, non est in consideratione, quod ipse non erat solitus illam clausulam (de qua agitur) appōnere, quia Notarius non conficit instrumentum, secundum quod sibi placet, sed secundum quod petunt, vel petere censentur partes.

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui confessus est à debitore recepisse pecuniam, potest exceptionem opponere non numeratæ pecunie, infra tamen dies triginta; quod fallit si adesset vltra confessionem quietatio, nam tunc statim cōfessio praeiudicat, vt num. 2. vel si dicta exceptioni creditor renunciasset, vt n. 3.*
4 *Renunciatio exceptioni non numeratæ pecunia facta per creditorē absque dubio est valida, licet in debitore hæsitatio sit inter DD.*
5 *Creditor opponens exceptionem nō numerata pecunia elapsis 30. diebus, an audiatur si vult suscipere in se onus probandi pecuniam numeratam non fuiße, vt audiretur debitor elapso biennio? quod non num. 6. sed contra n. 7. & ratio n. 8.*

ARGVMENTVM.

Creditor, qui confessus est se à debitore pecuniam recepisse, an posit replicationem non numeratæ pecuniæ opponere, & infrà quod tempus? & quid si vltra confessionem adsit quietatio, vel pactum de non petendo? & quid si adest renunciatio dictæ exceptioni, seu replicationi? & num elapso dicto tempore præfixo, audiatur creditor si vult in se suscipere onus probandi pecuniam numeratam non fuisse, quēadmodum auditur debitor in mutuo post elapsum biēnium? vbi improbata opinione *Bald.* & sequacium, breuiter, & verius cum alijs DD. Author resoluit.

CAPVT LVII.

1 CReditor, qui fuit confessus se à debitore recepisse pecuniam, potest exceptionem opponere non numeratæ pecuniæ infra tamen dies triginta, & non vltra, vt est *tex. in l. in contractibus, §. super ceteris*, cū ibi notatis

tatis per Bald. & Salycet. Cod.de non numer. pecun. & notat *Aretin. in* §.1. *sub num.* 4. *instit. de excepi.* Sed hoc
2 fallit mirabiliter si vltra confessioné adest etiam quietario, vel pactum de non petendo, tunc enim statim con-
3 fessio illa præiudicat, vt tradit *Natta cons.*196.*num.*1.*lib.*1. vel si huic exceptioni renunciatum fuerit, licet enim in debitore, sit hæsitatio an va-
4 leat renunciatio, in creditore tamé validum esse, vnico ore attestatur, DD. *teste Natt. cons.*190. *num.*2. ab his autem limitationibus præscin-
5 dendo, quæro an elapsis 30. diebus creditor audiatur si vult in se onus suscipere probãdi pecuniam numeratam non fuisse, quemadmodum auditur debitor in mutuo post bie-
6 nium elapsum? negat *Bald. in supradicto*, §.*super ceteris Cod. de non num. pecun.* vbi *Salyc.num.*15.*Paul.de Cast. in cons.*233.*sub num.*3.*lib.* 2. quos omnes refert, & sequitur *Gaball. cas.*
7 50.*num.*2.*lib.*1. Sed contrarium, quinimò 30. diebus elapsis admitti creditorem ad probandum pecuniam verè non fuisse solutam, verius esse affirmant *Bart. in l. si ex cautione nu.* 12. *Cod. de non numer. pecun. & Fontanell. de pact. nuptial. clausf.* 4. *glos.*18. *p.*2. *num.*19. *fol.* 276. cum quibus &
8 ego conquiesco, nam non cognosco disparitaté inter creditorem, & debitorem in hoc considerabilem.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum si confectum sit in locationis contractu, num viam prabeat exequutiuam ad beneficium locatoris pro pensione tacitę reconductionis? quod non, n.* 2. *&* 3. *& de ratione, num.* 4. *Sed contra num.* 6. *maximè de æquitate, vt num.* 7. *& num.* 8. *& quid sentiat Author, num.* 10.

5 *Hypoteca, seu pignorum obligatio, quæ durat in tacita reconductione, non censetur introducta vt ex tunc .s. à die prima conductionis, sed potius vt ex nunc .s. à die tacitæ reconductionis; sed contra, n.* 9.

11 *Reconductio est idem contractus cum conductione, & succedit ad ipsam conductionem antecedentem, taliter quod non est considerabile tempus quod vnam ab alia separet; & philosophicum affertur exemplum.*

ARGVMENTVM.

Locator num possit vigore instrumenti confecti in contractu locationis, agere exequutiuè, & etiam via *Ritus* contra ipsum conductorem, etiam pro pensione tacitæ reconductionis? vbi habetur vtraque opinio, ponderato *tex. in l. legem Cod. loc.* & quid sentiat Author cum curiosa consideratione.

CAPVT LVIII.

1 QVæstio est curiosa, & practica, num si in locationis contractu sit confectum instrumentum, num, inquam, poterit locator, dicti instrumenti vigore, agere contra dictum conductorem via exequutiua pro pensione reconductionis tacitę?
2 Prima opinio docet, quod non poterit, cum scriptura illa non se exten- dat

dat ad secundam relocationem, vt
docet *Bald.in l.legem Cod. locati Affl.*
decis.365.n.15.Caualc.decis.44.n.82.
Carec. de renouat.locat. q.14. & addo
nunc eos, qui loquũtur expressè de
instrumento quarantigiato, *Boer.de-*
cis.284.num.14.Menoch.lib.3.de praes.
praes.85.num.46. Mangil. de euict. q.
185.num.28.& 29. & in simili si cõ-
3 ductor se obligauit in instrumento
locationis, & conductionis factae ad
certum tempus, in forma Camerae,
& postea finito tempore perseueret
per modũ tacitae reconductionis, nõ
posse contra eum pro pensionibus
huius tacitae conductionis exequu-
tiuè procedi, docet *Scacc.de appellat.*
lib.3.cap.1.q.17.limit.9.n.17. etenim
4 non potest huius obligationis vigo-
re (dicunt ipsi) agi exequutiuè, post-
quam fuit nouata prima, cui adiecta
erat; & in simili etiam pignorũ obli-
5 gationem, quae in tacita recondu-
ctione durat, pro mercede tacitae re-
conductionis non censeri introdu-
ctam, vt ex tunc à die .s. primae con-
ductionis, sed potius, vt ex nunc à
die .s. tacitae reconductionis, probari
videtur *ex tex.in l. legem Cod. loc. in*
fine ibi (renouare videtur) & hanc
esse veriorem sententiam, tradit *Al-*
beric.in §.qui impletò,& Reg.Rouit.in
prag.1.num.4.de locato. Secunda vero
6 opinio docet, posse locatorem vigo-
re instrumenti confecti pro contra-
ctu locationis, agere contra condu-
ctorem etiam via Ritus, pro pẽsione
tacite reconductionis; & hanc (reie-
7 cta priori contraria, quam procedere
de iuris rigore dicunt infrascripti)
seruandam esse in actu practico vbi
aequitas consideratur, testatur post
Rebuff. tit. de liter. obligator. art. 2.
glos. 1. num. 92. Pascal. p. 4. cap. 6.
num. 70. in fine, quemadmodum, &
8 posse locatorem agere pro pensione
reconductionis tacite vigore Came-
ralis obligationis, videtur tenere
idemmet *Reg. Rouit. in dicta prag. 1.*
9 *num. 90.* quemadmodum etiam, &
hypotecam pro dicta tacitae recon-
ductionis pensione, introductam cẽ-
seri vt ex tunc à die primae condu-
ctionis, non verò vt ex nunc à die
tacitae reconductionis, probatur *ex*
tex. in dicto §. qui impleto ponderan-
do verba illa (*durare obligatio*) harũ
10 opinionum inter se pugnantium,
mihi verior videtur haec secunda
tamquam magis aequa; cum idem
11 censeatur contractus, & recondu-
ctio supponant antecedentem con-
ductionem, & succedat ad eam tali-
ter, quod non est considerabile tẽ-
pus, quod conductionem a tacita
reconductione separet, & vtraq. se
habeat tamquam pars homogenea
ad aliam (vt dicunt Philosophi de
aqua succedente ad aquam.)

SVMMARIVM.

1 *Locator num praeferatur pro pensio-*
ne reconductionis, creditori con-
ductoris, qui contraxit post pri-
mam conductionem, ante verò
reconductionem? resolutio pro lo-
catore, n. 2. & 7.

3 *Reconductio non dicitur nouus a-*
ctus, sed potius dicitur continua-
tio, seu prorogatio primae condu-
ctionis.

4 *Terminus prorogatus dicitur esse*
idem cum primo.

5 *Iurans soluere infra aliquod tem-*
pus, termino prorogato non effici-
tur periurus, si infra illud pri-
mum non soluerit.

6 *Prorogato tempore officij, idem of-*
ficium esse dicitur.

AR-

ARGVMENTVM.

Locator, num pro mercede, seu pensione recõductionis præferatur creditori, qui cum conductore contraxit post primam conductionem, antè verò reconductionem? vbi agitur num reconductio sit idem cõtractus cum conductionē? & pluribus ad materiam progationis exaratis, breuiter resolutio huius dubij traditur.

CAPVT LIX.

PRo complemento eorum, quæ tradidimus in antecedenti *cap.*
1 quærò nunc, si ego locaui tibi fundum, & tu conductor post hoc contraxisti alium creditorem, & post hunc creditorem contractum tu reconducis istum fundum à me, an ego locator præferar huic creditori contracto post locationem, ante verõ reconductionem pro pensione reconductionis? dicas quod sum etiã
2 præferendus; ea ratione quia recon-
3 ductio facta, non dicitur propriè nouus actus, sed dicitur esse continuatio, seu prorogatio primæ conductionis, quo casu secundus actus reputatur idem cum primo, ac si ab initio vnicus fuisset, *l. sed & si manē-*
4 *te, ff. de precar.* terminus enim prorogatus, dicitur esse idem cum primo, *Bald. in cap. Quinta vallis de iur. iur. glos. in const. Regni (pecuniarijs)* vbi *Afflict. num. 46.* & hoc idem voluit *Cardin. in clem. 1. §. nos itaque col. fin. vers. quero 5. de iur. iur.* qui docet
5 quod si iuraui soluere intra decem dies, si prorogetur terminus, periurus nõ efficiar nõ soluẽdo, ex quo est idẽ terminus, & sequuntur *Domini de Rota in decis. 20. in nouis, & Bart. in l. 4. ff. de dam. inf.* dixit, quod pro-
6 rogato tẽpore officij, idem officium dicitur esse, & voluit etiam *Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 19. ff. de offic. procons. & Corn. cons. 435. lib. 2.* si igitur terminus prorogatus est idẽ cum primo, apparet quod reconductio facta, sit eadem cum prima, vn-
7 de locator etiam pro reconductionis pensione, est præferendus creditori contracto per conductorem post primam conductionem, ante verò reconductionem, vt in puncto docuit *Bolognett. cons. 30. a nu. 8. vsque ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis per maiorem creditorum partem concessa debitori aduersus non concurrentes, nõ afficit creditores de nouo quæsitos post dilationem ipsam concessam: & ratio, n. 2.*

3 *Dilatione per creditores maioris partis concessa debitori, si fuerit debitor carceratus ad instantiã creditorum post illam quæsitorũ, & procedatur ad venditionem bonorum ipsius, super quorum pretio compareant creditores qui illam concesserunt, quibus ne sit dictum pretium liberandum? pro istis qui concesserunt dilationem, num. 4. & 9. & de ratione, nu. 5. 6. 7. & 8. & sic decisum, vt nu. 10. Sed contra eos tenet Author, nu. 11. & ratio nu. 12. & 13.*

AR-

ARGVMENTVM.

Dilatio quinquennalis si fuerit concessa debitori per maiorem partem creditorum, & postea fuerit processum ad illius carcerationem ad instantiam creditorum nouiter quæsitorum post dictæ dilationis concessionem, & etiam ad venditionem bonorum eiusdem, si compareant dicti creditores qui concurrerunt, vel ad concurrendum damnati fuerũt, & vti priores in tempore sibi satisfieri instent, & intendant debitorem arrestare, num per nouos creditores possit eis opponi exceptio rei iudicatæ in iudicio concurrentiæ, quasi quinquennio pendente acquiescere debeant ipsorum concurrẽtium creditorum iura? vbi relata vna opinione, & M. C. decisione, Author in contrariam descendit sententiam.

CAPVT LX.

1 Dilationem quinquennalem
concessam per maiorem creditorum partem debitori, aduersus
alios non concurrentes minores in
summa, non afficere, nec comprehẽdere creditores de nouo ꝑ debitorẽ
hunc quæsitos post dilationem concessam, docuerunt *DD. in l. quoties*,
2 *Cod. de precib. imper. offer.* quæ enim
de nouo emergunt, nouo indigent
auxilio, *l. de ætate*, §. *ex causa*, *ff. de interr. action.* occurrit modo difficul-
3 tas; Hi noui creditores non comprehensi in dilatione deduxerunt
vtramq; actionem aduersus hunc
debitorem, & personalem carcerando eum, & realem procedendo ad
venditionem bonorum debitoris (cũ
eis vtraq. sit permissa actio, *secundũ Bart. in l. consentaneum*, *Cod. quom. & quand. iud.*) taliter quod detento in
carceribus debitore, factaq. eius
bonorum venditione, in pretio comparent hi creditores concurrentes,
seu ad concurrendum condemnati,
& vti priores in tempore sibi ipsis
satisfacere intendunt, & similiter debitorem arrestare; at aduersus eos
opponitur per hos nouos creditores
exceptio rei iudicatæ in iudicio hoc
concurrentiæ, sicque pẽdente quinquennio acquiescere dicitur ipsorũ
creditorũ concurrẽtium iura; quæri-
4 tur quid iuris? pro creditoribus concurrentibus, vt .s. ei minime obstet
hæc exceptio, & vt possint dilatione
durante in casu proposito eorum iu-
5 ra experiri, facit quia ratio quare
hęc fuit concessa dilatio debitori, est
ne in carceribus moreretur, & vt infra hoc tempus acquirere potuisset,
& quæsita augere, ex qua acquisitione omnes creditores commodũ
consequantur, *vt d. l. fin. & Preses de Franch. decis. 179. num. 3. & 4.* vnde
6 cum cesset ratio carcerationis debitoris, & augmenti patrimonij ob
dictam carcerationem, & venditionem bonorũ, cessare etiam debet, &
dilatio ipsa cõcessa, *Franch. dec. 161. num. 6.* frustra enim expectatur tem-
7 pus, cuius nihil operatur euentus,
l. aliquando, §. *fin. ff. ad velleian.*; quid
8 enim prodesset exitum dilationis
expectare, si in euentu nihil de bonis
superesset, & debitor aliquid ob carce-

cerationem acquirere non valuisset, vnde videtur rectè experiri aduersus hos nouiter quæsitos creditores, & aduersus eos, iura potiora in pretio habere hos creditores antiquiores, & si dilationem illam concesserint, vel ad concedendum condemnati fuerint; & ita in specie hanc partem latè comprobat, & pro indubitabili exclamat *Apicell. dicto tit. 1.*
10 *num. 161. & 162.* qui sic refert decisum in M.C. in causa Alphonsi de Fusco, cum creditoribus Gregorij Cumbali, Actuario tunc de Angelis,
11 Mihi verò (salua pace ipsius) contraria placet sententia, nimirum in hoc pretio preferri hos creditores non comprehensos in tali dilatione & si posteriores, his concurrentibus, vel ad concurrendum damnatis, & si anterioribus; probatur hæc opinio ea secundum me inconuincibili ra-
12 tione; nam si satisfiunt hi creditores posteriores, quibus non obest dilatio illa, ex carceratur debitor, & alia bona pro satisfaciendis, & dimittendis anterioribus concurrentibus, acquirere poterit, sicq; remanet illæsa dilationis concessio, & firma ratio, & causa, ob quam facta fuit; si verò satisfiunt creditores anteriores concurrentes, debitor & amittit bona, quæ venduntur, & pretium quod ipsis applicatur, & vel ad instantiam posteriorum cogetur in carceribus mori, vel (quod est peius) cogetur miserabiliter, columnam illam lacrymosam ascendens, sua ibi
13 infortunia deplorare; vnde cum in primo casu omnes contenti remaneant, & posteriores qui ex pretio illo dimittuntur, & debitor egestate laborans & anteriores concurrentes pro quibus potest debitor quæstus facere; in secundo verò tot eueniāt mala, ac lex conuentionis frangatur, sequitur quod non est ab hac secunda opinione recedendum.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores maioris partis si concesserunt quinquennalem dilationem debitori, & insteterint renitentes condemnari ad concurrendum, si isti ab impetita dilatione absoluantur, num ipsi qui concurrebant possint pro illis debitis debitorem conuenire? prima opinio contra dictos creditores, num. 2. & ratio, nu. 3. & 6. Sed contra resoluit Author. s. pro eis, n. 7.*

4 *Propositum in mente retentum nihil operatur; cum sit tamquam posthumus in vtero existens, vt num. 5.*

ARGVMENTVM.

Creditores maioris summæ si concesserunt dilationē quinquennalem debitori, petentes condemnari ad similiter concurrendum renitentes, si isti seruatis seruandis ab impetita dilatione absoluātur, num possint conuenire ante quinquennium ipsum debitorem, stante quod dilatio effectum non habuit respectu non concurrentium, vel potius eis opponi possit per debitorem exceptio dilationis iam per eos concessæ? vbi breuiter, & notabiliter.

CA-

CAPVT LXI.

1 CReditores maiores in quantitate concedunt hanc quinquennalem dilationem debitori, petentes. Creditores renitentes condemnari similiter ad concurrēdum, & isti seruatis seruandis absoluũtur ab impetita dilatione prædicta, vel quia non tenentur ex causa concurrere, vel ex alio capite; modo hi qui concurrerãt, postquã dilatio effectũ non habuit respectu non concurrentium, conuenire intendunt ipsum debitorem pro debitis, pro quibus illi non concurrebant; quibus se opponit debitor allegans exceptionem dilationis iam per eos concessæ; isti verò dicunt, hanc effectum non habuisse, postquam ad hunc finem cõcesserunt, vt similiter renitentes cõcurrerent, & dilatione pendente ipse debita acquireret, & de quæsitis satisfaceret, vnde cessante causa cessare debet effectus dilationis per eos concessæ; quæritur ergo quid
2 iuris dicas istos creditores (secundũ vnam opinionem) qui iam concurrerant, ineptè in casu proposito age-
3 re, ex quo causa illa (vt alij concurrerent) fuit in mente retenta, atqui
4 propositum in mente retentum nihil operatur, *Bald. in l. 1. 2. q. Cod. de his*
5 *qui à nõ dom.* qui ait illud esse tãquã posthumum in vtero existentem, qui si in lucem non producitur, nihil
6 operatur; sicquè causa illa in horum concurrentium mente retenta nihil operatur, quantum ad inducendam dilationis reuocationem, ita *Iason in l. 2, §. si liber, ff. de condict. ob caus.* & ita in terminis terminantibus docet *Apicell. dicto tit. 1. n. 185.*
7 Sed contrarium verius puto, s. posse dictos creditores agere; eum dicta causa satis appareat ex instantia facta pro concursu renitentium: tu tamen cogita, ò Lector.

SVMMARIVM.

1 *Vendito fundo per expertos mensurando, an ante mensuram licitum sit à contractu recedere, emptori consigna:a possessione? quod sic, n. 2. Sed cõntra n. 3.*

4 *Venditio fundi mensurandi perfecta dicitur, & neutri ex contrahentibus licet recedere.*

5 *Tex. in l. quod sape, §. fin. ff. de contrah. empt. quomodo procedat.*

6 *Periculum fundi venditi mensurandi, si est tradita emptori possessio, ad ipsum emptorem spectat.*

7 *Vendito fundo mensurando, si est dictum mensurationem fieri deberi (vt vna pars alteri reficiat) tunc absque dubio venditio est perfecta, & tanto minus pænitentiæ, ante ipsam mensurationem erit locus.*

8 *Quondam Lelius Grizzius Aduocatus recensetur, eiusq; quædam docta allegatio.*

ARGVMENTVM.

Vendito fundo, siue Agro per expertos mensurando, nũ sit licitũ alicui ex cõtrahẽtibus ante mensuram à venditione, seu emptione prædicta recedere, consignata emptori possessione? & quid si sit dictum in instrumento deberi fieri mensurationem (vt vna pars alteri reficiat)

vbi relatis hinc indè opinionibus, habetur quid sentiat Author, ex allegatione eximij cuiusdam Aduocati iam mortui.

CAPVT LXII.

1 SI venditur aliquis fundus puta ager, mẽsurãdus per expertos, queri solet an ante mensurã licitum sit alicui ex contrahentibus a dicta venditione recedere, consignata emptori possessione? aliqui docent
2 esse pœnitentiæ locum in casu prædicto, vt per *Alex. cons.* 90. *lib.* 5. & 33. *lib.* 6. per *tex. in l. quod sepè, S. fin. ff. de contrah. empt. Curt. inn. cons.* 74. *num.* 17. *Neuizz. cons.* 38. *nu.* 24. cum
3 alijs *per Surd. cons.* 38. *num.* 2. Sed cõtraria sententia est verior, nempè quod licet venditio ad mensuram conditionalis sit, non tamen ante mensurationem contrahentibus liceat resilire à contractu, quia quoad
4 obseruationem contractus, licet vẽditio sit sub conditione mensuræ, dicitur perfecta, & neutri licet recedere, ita *Salyc. in l.* 2. *Cod. de comm. & peric. rei vend. Paris. cons.* 59. *num.* 5. & *cons.* 64. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 280. *n.* 4. & 5. qui sic per S.C. decisum refert,
5 qui respondet ad *tex. in dicto*, S. *fin.* in contrarium allegatum, quod procedat respectu periculi, non autem respectu indissolubilitatis contractus; vt declarat & latè probat *Surd. dicto cons.* 38. post *Tiraquell. Conar. & alios num.* 12. *& seq.* latè *Alex. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resolut. tit. de empt. & vendit. resolut.* 5. *num.* 2. vbi allegat etiam, *Paul. de Castro in l.* 2. *in fin. Cod. quand. lic. ab empt. disced.* quini-
6 mò etiam respectu periculi, quando possessio est tradita emptori, licet sit facienda mensuratio, spectat ad emptorem, ita ex *Aug. Castr. & alijs in d. l.* 2. *Cod. de peric. rei vend. Paris. dicto cons.* 59. *num.* 10. *lib.* 1. & alijs, fundat *Trentacinq. vbi supra num.* 4. &
7 hæc secunda nostra sententia tantò magis erit vera, si sit dictum in instrumento fieri mensurationem deberi, (vt vnus alteri reficiat) quo casu venditio dicetur absque dubio perfecta, contractus certus & perfectus, verum augmentum vel diminutio pretij sunt incerta ex mensuratione sequenda, quæ non reddunt contractum incertum, vel conditionalem, vt in proprijs terminis tradit *Soccin. cons. vlt. lib.* 3. *num.* 1. & 2. quẽ sequitur *Benintend. decis. Bonon.* 29. *num.* 4. & 5. & alij citati per *Surd. dicto cons.* 38. *num.* 5. *Natt. in addit. ad* Alexand. *dicto cons.* 33. *lib.* 6. *lit.* G. & hanc opinionem latè probat quon-
8 dam eximius Aduocatus *Lelius Giezius* in quadam *allegatione* manuscripta pro D. Alphonso Carrafa, cõtra Scipionem Gambacurta, in M. C. V. in Banca tunc Canalis.

SVMMARIVM.

1 *Pater habẽs plures filios masculos, si eis hæredibus institutis, iusseris bona sua debere in perpetuũ deuenire de descendente hærede in hæredem masculum, si vnus ex dictis filijs decedat relicta tantum filia fœmina, num ista sit ad portionem admittenda, vel potius excludatur per dictos alios masculos, vel eorum descendentes similiter masculos? resolutio, n.* 3. 4. 5. & 10. & *ratio, num.* 6. 7. 8. & 9. *Sed de veritate cum distinctione, n.* 11. & 12.

2 *Piæ Congregationis erectæ sub Auspicijs Sancti Iuonis, pijssimum*

ssimum (ad pauperum subleuandas angustias) institutum recensetur.

ARGVMENTVM.

Pater si plures filios Masculos habens, eos in suo vltimo testamento hæredes instituerit, & iusserit sua bona, suamque hæreditatem deuenire in perpetuum de hærede descendente, in hæredem masculum; si vnus ex dictis filijs post dicti eius patris mortem decedat, relicta tantum filia fœmina, num ista ad suam portionem admittatur, vel potius excludatur per dictos alios filios masculos, vel eorum descendentes similiter masculos, vigore dictæ dispositionis? vbi recẽsetur quædam causa discussa per eximios Iuris Consultos, & quid ipsi sẽserint? & quid putet Author ex quadam docta allegatione manuscripta, ædita occasione cuiusdã causæ, quæ recensetur.

CAPVT LXIII.

1 Pater si plures filios masculos habens, eos in vltimo suo testamento hæredes instituerit, & iusserit sua bona, suamq; hæreditatem deuenire in perpetuum debere de descendente hærede in hæredem masculum, si vnus ex dictis filiis decedat post mortem dicti patris, relicta tantum filia fœmina, quæstio est num ea ad suam portionem admittatur, vel potius excludatur per dictos alios filios masculos, vel eorum descendentes similiter masculos, vigore dictæ dispositionis? accidit presens articulus in quadã causa quorundam de Paterno, qui recursum habuerunt ad nostram piissimam

2 Congregationem charitatis, erectam sub auspiciis nostri Sancti Protectoris Iuonis (cuius institutum est aduocare gratis, imo expensas erogare pro litigijs pauperum, sua bona recuperare à potentibus non valentium) quæ causa fuit etiam in die Festus Dicti Sancti, publicè relata pro masculis, qui erant dicti de Paterno, & fuit iudicata dicto patrocinio digna, a Doctissimis Aduocatis, dictæ Congregationis Gubernatoribus, & iam in S.C. pendet decisio; si verò meum expetatur in presenti

3 articulo iudicium, putò omninò esse dictam fœminam admittendam in ea portione, masculis illis superstitibus, vel eorum descendentibus similiter masculis, penitus in dicta portione exclusis; vt in puncto *Decius in cons. 24. num. 60. volum. 1. & in art. 27. n. 12.* vbi quæstionẽ in termi-

4 nis ponit de testatore, qui institutis duobus aut tribus masculis, iusserit sua bona perpetuò deuenire de hærede in hæredem masculum, & deficientibus masculis ad fœminas, & contingat ex vno ex tribus extare fœminam, vtrum masculi alterius lineæ illas excludant? arguit pro &

5 contra, & residet pro filia fẹmina, pro qua dicit patrocinasse, licet postea lis esset transactione sopita; & certè illa fẹminarum admissio in casu *Decij*, reddit fortiorem casum, nam ex ea colligi videbatur, testatorem dum fœminas admisit non extantibus masculis, omninò eas voluisse excludere eis extantibus: &

huius sententiæ ea est ratio, quia te-
6 stator prouidet tantum in vno casu, nempè quod filiis decedentibus cũ masculis, in eius portione succedant masculi, sed in casu quo vnus ex filiis decederet absque masculis, testator non prouidet, quia non dixit (morientibus absq; filiis masculis, ad inuicem substituo, vel substituo masculos descendẽtes ex aliis filiis)
7 vndè cum testator prouidet in vno tantum casu, quando aliquis filiorũ decederet cum masculis, & isto casu vocauit, illos masculos eius nepotes, & quando decederet absq; filiis masculis omisit, & nihil prouidit, remanet casus iste tamquã ommissus à testatore, in dispositione iuris, quia
8 casus ommissus in dispositione, pro ommisso habetur, *l. cõmodissimè, ff. de liber. & post.* cum alijs regulis, quæ ad id facere possent; & funditus rationem huius opinionis tangendo
9 ea est, quia illa clausula masculorũ intelligi rectè potest inter personas eiusdem lineæ, vt intentio testatoris sit quod moriente instituto cum masculis, & fœminis, illi masculi sẽper succedant exclusis fœminis, & sic præferatur masculus fœminæ eiusdem lineæ; quando autem institutus esset mortuus cum fœminis absq. masculis, potest dici quod hoc casu non loquitur substitutio, prout ita argumẽtatos esse *Oltrad. Io. Andr. & alios* testatur *Socc. Iun. cons.* 168,
10 *num.* 93. *lib.* 2. & in puncto hanc sẽtentiam reperio comprobatam in quadã manuscripta *allegatione* edita per quendam Iurisconsultum antiquum cognominis de Philippo, pro Elonora de Cherubinis, contra Petrum Antonium Cherubinum; in Banca tunc Russi; ex qua allegatione colligo in hoc puncto distinctionẽ hanc; aut enim testator
11 respexit fauorem familiæ enixis verbis, dicendo vt bona in familia conseruentur, ea alienari prohibens, & tunc fœmina in supra narrata facti specie excludetur per masculos, vt credo quod erat in causa, quam dignam suo patrocinio nostra pia Congregatio diiudicasse, supra re-
12 tuli; aut verò testator non respexit fauorem familiæ, vt quia alienationem non prohibuit, nec clarè dixerit se velle bona in perpetuum in familia seruari, & tunc fœmina in casu prædicto admittenda est, & si testator disposuerit bona deuenire de masculis in masculos in perpetuum; vt erat casus dictæ allegationis, in qua supponebatur testatorem alienationem prohibuisse cuiusdam apotecæ, quam disposuit transfire debere in perpetuum de masculo in
13 masculum, verum in casu alienationis vocasse quandam ecclesiam, ex quibus quia colligebatur testatorẽ dum aliã personam in casu alienationis vocauit, non respexisse familiæ fauorem, allegatur propterea ad beneficium fœminæ, quæ sola nata erat ex vno ex filijs masculis, ad illam apotecham primo vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Aetas maior, & legitima reputatur annorum* 25. *de iure communi, &* 18. *de iure Regni.*

2 *Aetas annorum* 18. *an in Regno vigore Constit. (minorum iura) legitima reputetur quoad alienationem bonorum immobilium absque decreto faciendam? prima facie quod sic, vt num.* 3. *& ratio, num.* 4. *Sed contrarium verius, s. etiam in Regno quoad dictam alienationem, requiri annos* 25. *vt num.* 5. *& ratio num.* 6.

7 *Statutum est interpretandum, vt ius*

ius commune quantum minus fieri potest lædatur.

8 *Minor, qui ætatis veniam impetrauit, non potest sua bona immobilia absque decreto distrahere.*

9 *Ætas annorum 18. nec in Regnō legitima est ad donandum, & ratio, n. 10.*

11 *Decretum, & Authoritas tutoris, vel curatoris, non conualidant donationem à minore factam.*

12 *Restitutio in integrum conceditur ei, qui est annorum 18. statuto (quod dicta ætas pro maiori ætate sit habenda) non obstante.*

13 *Minor censetur ratificare contractum à se tempore minoris ætatis factum, per lapsum quatriennij à tempore maioris ætatis: sed dictum quatriennium in Regno à quo tēpore currat ab annis 14., vel potius ab annis 25. Constit. non obstante? num. 14. & 16. & de ratione resolutionis, n. 15.*

ARGVMENTVM.

Ætas annorum 18. (attento iure Regni Nostri in *Constit.* (*Minorum iura*) per quam disponitur quod ipsa reputetur maior, & legitima ætas) num reputetur legitima quoad alienationam bonorū immobilium absque decreto faciendam? & in quibus casibus statutum prędictum verificari possit? & quid in donatione? & discutitur in simili, num quatriennij tempus (per lapsum cuius à die maioris ætatis, censetur minor ratificare contractum à se factum tempore minoris ætatis, *ad tex. in l. fin. Cod. si maior fact. alien. sine decret. &c.*) currat (attento dicto statuto, seu *Constitutione*) à tempore ab ea præfixo ad maiorem ætatem complendam, s. ab annis 18. completis, vel potius à tempore pręfixo à iure communi, s. ab annis 25. completis? vbi relatis varijs opinionibus, veriori, & notabiliori Author adhæret.

CAPVT LXIV.

1 Ætas (de iure communi loquendo) illa maior, & legitima reputatur, quæ est annorum 25. sed attento iure Regni Nostri, illa reputatur legitima & maior, quæ est annorum 18. vt dictat *Constit.* incip. (*minorum iura*) Sed pulcher est punctus an attento hoc statuto, hæc ętas
2 annorum 18. reputetur legitima quoad alienationem bonorum immobilium absq; decreto faciendam?
3 Aliqui affirmatiuè docent, ita *Castr. in l. omnes, num. 9. Cod. de his qui ven. ætat. impetr. Corn. consf. 108. vol. 3.* ex
4 quo (dicunt) iste annorum 18. est per tale statutum reputatus maior, sed maior non eget decreto, ergo, &c. & ex nostris Regnicolis in hanc etiam opinionem inclinat *Gram. in Const. Beneficium restitutio-*
5 *nis.* Verum alia contraria (& secundum

dum me) verior sententia docet, non obstante hoc statuto, minimè posse hunc annorum 18. bona immobilia absq; decreto Iudicis alienare, sed quoad hoc, ætatem annorum 25. tãtum idoneam esse, ita notabiliter *Castrens. consf. 106. sub num. 2. Soccin. cons. 130. num. 3. Roland. à Valle cons. 7. num. 17. lib. 3.* & hanc sententiam receptiorem, & veriorem exclamat *Simoncell. de decret. inspect. 3. lib. 3. tit. 7. num. 26.* quibus addo postea visos, *Ozasch. decis. 85. num. 13. Gabriel. cons. 132. num. 6. lib. 1.* hoc enim
6 statutum in tribus casibus verificari potest; primò in contractibus & obligationibus, in quibus alienatio non continetur; secundò in alienatione mobilium; tertiò in alienatione rerum immobilium; cum ergo possit statutum prædictum altero de tribus casibus intelligi, debet interpretari, vt solum de duobus primis casibus loquatur, non autem de ter-
7 tio, ad hoc vt minus quam possibile est ius commune lędatur, ad notata per *Bart. in l. omnes populi in 6. quæst. ff. de iust. & iure*, & accedit pro hac sententia, *tex. in l. 1. & in l. eos. Cod. de his qui ven. atat. impetr.* vbi minor
8 qui veniã ætatis impetrauit, non potest eius bona immobilia absq. decreto distrahere; & hãc nostrã sententiã
9 certũ est absq. dubio in donatione procedere, vt. s. hic annorũ 18. in Regno donare non possit: ea ratione
10 quia (etiam data prima opinione pro vera) staturũ prædictũ solũ operatur in casibus in quibus prodesset de iure iudicis decretum, & Tutoris authoritas, *Menoch. cons. 465. num. 6. lib. 5.* alijq; apud *Gratian. tom. 2.*
11 *cap. 233. num. 21. 22. & seqq.* at nec decretum, nec authoritas tutoris conualidant donationem à minore factam, *iuxt. l. fin. Cod. ex quib. caus.*
12 *maior fact. &c.* & ex his alios DD. inueni dicentes, hoc statuto non obstante, eum qui est annorum 18. in integrum restitutione iuuari; vt post *Salyc. in l. 1. Cod. si de moment. poss. fuer. appell.* tradit *Capyc. in inuest. feud. fol. mihi 88. col. 1.* & ex his collige etiam auream doctrinam; Tu
13 scis quod minor censetur ratificare contractum a se factum tempore minoris ætatis, per lapsum quatriennij à tempore maioris ętatis, *ad tex. in l. fin. Cod. si maior fact. alienat. sine*
14 *decret. &c.* sed (nota) hoc tempus currit non à tempore præfixo à statuto puta à dicta nostra *Constitutione* ad maiorem ætatem complendã, sed curret à tempore præfixo à iure communi, quod est ætas annorum 25. prout ita notabiliter concludit *Simoncell. lib. 8. de decr. inspect. 2. nu. 2.* qui reprobat *Menoch.* contrarium sentientem; & in hanc eandem sententiã inclinare videtur *D. de Frãch. in decis. 650. per totam*, omninò vidẽ-
15 dã: & est ratio secundum me euidẽs, nam *in d. l. fin.* dicitur, dictum tempus currere ab ętate 25. annorum; sicq; statutum coarctans hoc tempus 25. annorum, non intelligitur coarctare quoad hunc casum ex-
16 pressè à *dicto tex.* prouisum; & secundum hanc sententiam consului in quadam causa cuiusdam amici, qui certè magnum de dicta punctualitate festum fecit.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, quæ pater filiæ maritatæ per multum tempus in sua domo præstitit, num possint ab eo repeti, vel potius animo donandi præstita censeantur? quod præsumãtur donata, n. 2. Sed contra n. 3. & sic decisum, num. 7. & ratio, num. 5. maximè si alimenta fuerint aliquantulum excessiua, vt n. 6. & 8.*

4 *Tex.*

4 *Tex. in l. Nesennius, ff. de negot. gest. non procedit quoad filiam maritatam.*

9 *Pater, qui filiam dotatam (viro absente) aluit, potest dicta alimẽta repetere: & sic decisum per S.C. de anno 1610.*

10 *Alimenta à patre sponsæ, promissa in capitulis matrimonialibus genero, vna cum habitatione per certum tempus, num censeantur donata, vel potius censeantur in partem dotis promissa, & sic veniant restituenda vxori, vel eius heredibus? resolutio DD. num. 11. & ratio, num. 12. Sed Author distinguit, num. 13. 14. & 16.*

15 *Dictio (&) coniungit, & facit eiusdem naturæ coniuncta.*

17 *Dictio (vltra) separat expressa, eaq. diuersa naturæ esse demonstrat.*

ARGVMENTVM.

Pater si postquam matrimonio collocauerit filiam, per multum tempus sua in domo, ei alimenta præstiterit, num possit dicta alimenta repetere, vel potius animo donandi ea præstitisse censeatur? vbi affertur *Decisio*, p resolutionis (q̃ firmatur) coronide; & quid si pater filiam dotatam viro absente aluerit, num à dicto eius genero, ipsa possit alimenta repetere? in quo refertur S. C. *decisio*: & quid si fuerint à patre sponsæ, in capitulis matrimonialibus promissa alimenta genero, & habitatio per certum tempus, num promissa censeantur animo donandi, vel potius in partem dotis, adeo vt sint mulieri, vel eius hæredibus dissoluto matrimonio restituenda? vbi DD. resolutione relata, Author distinctione quadam vtitur.

CAPVT LXV.

1 Pater si postquam matrimonio collocauerit filiam, per multũ tempus sua in domo ei alimenta præstiterit, num possit ea repetere, vel potius animò donandi ea præ-
2 stitisse censeatur, est quæstio? quod animus donandi præsumatur, & repetitio propterea cessare debeat, videtur facere *tex. in l. Nesennius, ff. de*
3 *negot. gest.* Sed verius est patrem ea posse repetere, & tanto magis, si genero debitor extet ex dotis causa, compensare, & retinere posse; *cum l.*
4 prædicta quoad præsumptam donationem, locum sibi in filia maritata non vendicet, vt dicit *Alex. in l. quod in vxorem* vbi *Cyn. & Bald. Cod. de*
5 *negot. gest.* nã cũ ad alimẽta teneatur maritus, non potest ex parte patris argui donandi animus, atq. ideò potest dictus pater à marito repetere; *Soccin. cons. 27. num. 3. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. casu* 88. *num. 2.* & sequitur *Mascard. conclus. 555. vo-*
6 *lum. 1.* quæ maximè locum habent, si alimenta fuerint non modicæ considerationis, sed excessiua aliquantulum, nam tunc nullo pacto possunt præstita censeri animo donandi, *l. alimen-*

menta,& ibi glos.Cod.de neg.gest.l.pe-
nult.l.si quis,ff.de liber.agnosc. l.vtrũ,
ff.de donat.int.vir.& vxor. & in l.in
rebus,§.possunt,ff.commod. & pro hac
7 sententia,s.potuisse socerum repete-
re alimenta,quæ præstitit filiæ & ge-
nero,& pro eis potuisse retentionẽ
vti respectu eius,quod ex dotis cau-
sa debebat, *fuit annis elapsis iudicatũ*
per M. C. ad relationem tunc Iudicis
Mirãda ad fauorem Syluestri Carrara
soceri, contra Ioseph longum generum
in Banca Clerici. Et posthæc scripta
vidi post *Bart.in l.mulier, §.cum pro-*
poneretur, ff.ad Trebell. Castr. in l.si
socer num.4.ff.sol matr.& alios, *Surd.*
de alim.tit.6.quæst.6. num.4.& 7. vbi
8 ait,quod si pater filiam dotatam ale-
ret, posset dicta alimenta repetere;
& de anno 1610.fuit per S.C. decisum
sub die 3.Decembris,patrem qui filiam
9 *dotatam viro absente aluerat, potuisse*
dicta alimenta repetere,ad quæ cõdem-
natus fuit gener suus, vir dictæ filiæ;
in causa Francisci Antonij Baldino,cũ
Ioseph Martino viro Iuliæ Baldinæ ip-
sius Francisci Antonij filiæ; & hoc re-
ferente Regio Consiliario Marco An-
tonio Morra, vt ex processu in Banca
Sarri; de qua decisione memor etiã
est *Thor.p.3. sui comp. verbo Alimenta*
præstita.

Ad quorum omnium propositum,
curiosum tractat articulum Doctis-
simus *Dom. de Marin. in suis quoti-*
dian.resol. cap.9. num si pater spõsæ,
10 genero vltra dotem promisit in ca-
pitulis matrimonialibus alimenta,&
habitationem in domo per certum
tempus (vt sæpè,præcipuè inter po-
pulares conueniri solet) de quibus
alimentis in dotis restitutione nihil
dictum fuit,num (inquam censean-
tur donata, vel potius censeantur in
partem dotis,& pro dote promissa,
adeò vt eueniente casu restitutionis,
possit per vxorem, vel eius hæredes
vltra dotes, peti quoque extimatio
ipsorum alimentorum modo quo
11 supra præstitorum? in quo articulo
dicit post alios DD. dicta alimenta
non censeri donata, sed potius vi-
deri pro dote promissa, & proindẽ
esse vna cum ipsis dotibus mulieri,
vel eius hæredibus in casu restitu-
tionis dotium,restituẽda; quam sen-
tentiam dicit defendere in puncto
Fontanel.de pact.nuptial.tom.2. claus.
7.glos.3.p.14. à num. 33. vsq. ad 41.
qui dicit ante tenuisse *Soccin. cons.*
240. vol.2. idemque voluit *Cost. de*
rata port.quæst.131.num.6. vers.sicut
quando,Cardin.Tusch.practic.conclus.
lit.D.concl.767.num.4. Nouar. lib.2.
11 *qq.forens.q.6.* qui omnes ea vtuntur
ratione(quæ valdè mihi placet)quia
si horum alimentorum non esset ta-
lis facta promissio, gener matrimo-
nium non contraxisset, nisi ei maior
dos promissa esset, & sic clarissimè
constat in dotis supplementum talẽ
promissionem factam fuisse, *Fontan.*
vbi supra num.4.

13 In quo tamen articulo, ita mihi
14 distinguendum videtur; aut enim
socer post dotis promissionem dicit
(& etiam promittit alimenta, &c.) &
tunc procedit opinio prædicta, eo
15 magis quia dictio (*&*) coniungit,&
facit eiusdem naturæ coniuncta; ad
quod conferunt, à me dicta supra,in
16 *cap.19.* aut verò dicit socer *(& vltra*
dotem promittit alimenta, &c.) & tunc
videntur hæc alimenta donata,& eo-
rum æstimatio non est soluenda, eò
17 quia illa dictio (*vltra*) separat ex-
pressa, eaq. diuersæ naturæ esse de-
monstrat, vt per *Alex.in add.ad Bart.*
in l.celsus de vsucapion.

SVMMARIVM.

1 *Masculi descendentes ex feminis*
de familia præmortuis ante ca-
sum substitutionis, seu fideicom-
missi, num admittantur ad fi-
deicommissum, ad quod est vo-
cata

cata in defectum masculorum certæ personæ, linea fœminina? resolutio, num. 2. & 16. maximè si testator vocauit lineam fœmininam eius domus, n. 8.

3 *Fœminina linea substituta, non intelliguntur substituti masculi ex fœminis, sed tantum fœminæ: & ratio, n. 4.*

5 *Fœmina in vocatione lineæ masculinæ non comprehenditur: & in vocatione lineæ fœmininæ, non comprehenditur masculus ex fœmina, vt num. 6.*

7 *Masculus ex fœmina, non dicitur de linea fœminina.*

9 *Domus pro familia, & agnatione ponitur.*

10 *Descendens ex fœmina non est agnatus, nec de familia testatoris.*

11 *Familia, seu agnatio non conseruatur per masculos descendentes ex fœminis.*

12 *Masculus descendens ex fœmina præmortua, quæ erat vocata ad fideicommissum, an possit subingredi in locum matris, vt sic admitti possit?*

13 *Substitutio, quæ euanuit per præmortem fœminæ substitutæ, non transmittitur ad hæredes, & si sint descendentes.*

14 *Matre mortua, agnatio finita est, cum fœmina sit suæ agnationis finis, & caput, quia ab ea incipit cognatio, et in ea finitur agnatio.*

15 *Subingressio non datur in fideicommisso, seu in hominis dispositione.*

ARGVMENTVM.

Pater si instituerit sibi filios heredes, quibus decedentibus sine filijs masculis, vel suis nepotibus & pronepotibus in infinitum ita etiam decedẽtibus, substituerit alterum similiter de familia, eiusque successores, & hæredes in linea masculina etiam in infinitum, & casu quo linea masculina ex vtraque parte deficeret, in tali casu substituerit lineam fœmininam eius, si linea masculina vtriusque defecerit, & sint superstites consanguineus de familia non vocatus in testamento, & aliquis, qui descẽdat ex fœmina familiæ præmortua ante conditionis euentum, seu substitutionis casum, num stante tali facti contingentia sit admittendus hic de familia non vocatus, vel potius descendens ex fœmina illa præmortua? vbi nouè & subtiliter, habes quid Author sentiat ex quadam manuscripta allegatione.

CAPVT LXVI.

1 TEſtator ſi inſtituerit ſibi filios
hæredes, quibus decedenti-
bus ſine filijs maſculis, vel ſuis ne-
potibus,& pronepotibus in infinitũ
ita quoq. decedentibus ſubſtiruerit
alterum ſimiliter de familia,eiuſque
ſucceſſores & hæredes in linea ma-
ſculina etiam in infinitum, & caſu
quo linea maſculina ex vtraq. parre
deficeret,in caſu prædicto ſubſtitue-
rit lineã fęmininã & ſi hæc ex vtraq.
parte deficeret,in caſu prędicto ſub-
ſtituerit lineã fœmininã eius;ſi (in-
quam) linea vtriuſq; maſculina de-
fecerit, & ſint ſuperſtites conſan-
guineus de familia non vocatus in
teſtamento,& aliquis,qui deſcendat
ex fęmina præmortua familiæ, ante
conditionis euentum, ſeu ſubſtitu-
tionis caſum, eſt quæſtio quis ad-
2 mittatur?dicas reſoluriuè proceden-
do, excludi hunc talem ex linea fę-
minina deſcendentem, qui non eſt
de teſtatoris familia,& admitti hunc
de familia, & ſi in teſtamento non
3 vocatum; nam cum ſubſtituta ſit li-
nea fęminina,non intelliguntur ſub-
ſtituti maſculi ex dictis fęminis, ſed
tantum fœminæ,& illæ ſunt vocatæ;
Hieron.Gabriel conſ.96.nu.21. tom.1.
Burſat.conſ.228.lib.3.Peregr.de fidei-
com.art.26.num.21.& art.14. num.2.
4 etenim quando teſtator vocat lineã
fœmininam,rationem minimè habet
maſculorum ex linea fęminina;nam
5 ſicut in vocatione lineæ maſculinæ
non comprehendebatur fęmina, vt
teſtatur de communi *Soccin. in l.cum*
Auus, ff. de cond. & demoſ. Peregrin.
dicto art.26.nu.21.verſ.vtrum autem,
6 ità & multò magis in vocatione li-
neæ fœmininæ, non poterit venire
maſculus ex ea, *Peregr.ibid.num.22.*
Gabr.dicto conſ.96.num.22. nõ enim
7 dicitur de linea fœminina, *l.familiæ,*
8 *§.1.de verb.ſignif.* quæ opinio mini-
mè controuerti poteſt cum teſtator
vocauit lineam fęmininam eius do-
9 mus,quia domus pro familia & agna
tione ponitur, *gloſ.in l.peto, §. fin ff.*
de leg. 2. Tiraquell. de retrac. conſan-
guin.§.1.gloſ.9. num.193. Viu. deciſ.
10. num. 2. lib.1. l. pronunciatio verſ.
communi iure vbi Bart. num.2. ff. de
verb.ſignif.idem Bart.in l.tutelas n.4.
ff.de capit.dim.Gozadin.conſ.45.nu.9.
10 *&* 10.hic verò deſcendens ex fœmi-
na non eſt agnatus, nec de familia
teſtatoris, cum patris non matris ſe-
quatur familiam, *§.fin. inſtit. de patr.*
11 *poteſt.* & per deſcendentes maſcu-
los ex fęminis, minime conſeruatur
familia,& agnatio *Mantic.de coniect.*
lib.11.tit.15.num.3. *Intrigl. deciſ. 3.*
num.20.Marta voto 102.ex *tex.in §.*
cæterum inſtit.de legit.agn.ſucceſſ.Ma-
12 *rant. diſp.* 10. *num.17.* nec dicant ſe
in locum matris intrare, ex *tex.in §.*
hoc etiam addendum inſt.de leg.agnat.
ſucc.& ex *§.filius inſtit. de hæred. quæ*
ab inteſt.def. primo quia in perſona
13 matris ſubſtitutio euanuit, & facta
eſt caduca, & propterea non tranſ-
mittitur per matrem ad hæredes, &
ſi ſint de deſcendentibus, *l.vnica,§.*
ſin autem,Cod.de caduc.toll.Pariſ.conſ.
66. cum ſeq. volum. 3. Bertazz. conſ.
ciu.53.num.21.lib.1. eò magis quia
14 mortua ea finita eſt agnatio; fęmina
enim eſt ſuæ familiæ finis & caput;
quia ab ea incipit cognatio, & per
eam finitur agnatio, *l.pronunciatio in*
fin.vbi gloſ.in verbo caput, ff.de verb.
ſignif.l.voluntas,Cod.de fideic. cum
alijs apud *Peregr.dicto art.26.nu.27.*
15 *& ſeqq.*Secundò reſpondetur quod
non datur ſubingreſſio in hoc caſu,
quia ſumus in fideicommiſſo ex ho-
minis diſpoſitione, *Pariſ. conſ.40.*
num.24.vol.2.& magis communem
teſtatur *Decius conſ.1. ſub num. 7.&*
num.12.in fine,& conſ.79.ſub num.1.
16 *volum.1.* & hanc principalem ſen-
tentiam, ſ. ad fideicommiſſum (ad
quod eſt vocata in defectum maſcu-

lorum

lorum certæ personæ, linea fœminina) non venire masculos descendẽtes ex fœminis de familia, præmortuis ante casum substitutionis seu fideicommissi, plenè habeo probatã eleganti methodo, in quadam manuscripta *allegatione* (nescio authorẽ cuius) edita pro Antonia Roseo cõtra Angelum Sebastianum, quæ est in quodam tomo diuersorum mihi comodato; cuius causæ nescio exitum, cum non potuerim inuenire processum, ex quo in dicta allegatione non indicatur Banca.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatione alicui creditori facta alicuius rei debitoris, & hac re ad instantiam alterius creditoris postea sequestrata, si primus qui adiudicationem obtinuit petit tolli sequestrum, num teneatur cauere de stando iuri, & iudicatum soluendo iuxt. tex. in l. is à quo, ff. de rei vendic. negatiuè resoluitur, vt nu. 2. & sic decisum per M.C. annis elapsis, vt nu. 5.*

3 *Tex. in l. is à quo, ff. de rei vẽdic. quomodo procedat, & n. 4.*

6 *Pecunia est liberanda creditori posteriori, qui pro se sententiam habet, ad quam prius peruenit, cum cautione tamen; sed hoc de cautione intellige, vt num. 7. & 8. & sic decisum iuxtam talem intellectum, vt n. 9.*

10 *Iudicis, qui sententiam exequutus fuit, officium omninò cessat, nec super noua controuersia, quæ nouiter victori mouetur, poterit se aliquo modo intromittere, ex causa antecedentis iudicij.*

11 *Iudex competens, non verò exequens cognoscere debet de controuersia, quæ mouetur post venditionem, vel dationem in solutum creditori factam, ex verbis Alex. quæ referuntur.*

12 *Iudex, coram quo petitur exequutio super aliqua re, debet cognoscere de controuersia, quæ incidenter super ea re mouetur, intellige, vt num. 13.*

14 *Iudex, qui fuit sententiam exequutus, si non est competens respectu victoris, de controuersia nouiter mota super re isti adiudicata, cognoscere non potest, sed debet omninò ad eius Iudicem competentem remitti.*

ARGVMENTVM.

Iudicio per aliquem intentato, vt sibi aliqua res, debitoris adiudicaretur pro suo credito, & adiudicatione obtenta, si postea veniret alter pretẽdens ius habere super eadem re, & faceret eam sequestrari, si ille qui prius adiudicationem habuit petat tolli sequestrum, num teneatur huic secundo (qui venit) dare cautionem de stando iuri, & iudicatum soluẽdo, iuxta *tex. in l. is à quo, ff. de rei vend.* vbi pulcherrima

 De-

Decisio M.C.*V*.habetur, & habetur quomodo intelligatur conclusio illa ex dicto *tex*.desumpta,ſ creditori posteriori, qui prius ad sententiam peruenit esse liberandā pecuniam cum cautione? itē incidenter discutitur,num si iudex,qui alicui rem adiudicauit, non sit competens respectu ipsius victoris, debeat cognoscere de controuersia nouiter mota super re illi adiudicata, vel potius tāquam noua lis ad competentem remicti debeat?

CAPVT LXVII.

1 ALiquis intentauit iudicium, vt sibi aliqua res debitoris pro
suo credito adiudicaretur,vel nomē
debitoris, & obtinuit adiudicationē
prædictam; venit postea alter pretē-
dens ius super eadem re habere, &
fortè fecit eam sequestrari, ille qui
perprius adiudicationem habuit pe-
tit tolli sequestrum,quæstio est num
teneatur dare cautionem de stando
iuri & iudicatum soluendo iuxt.ter-
2 minos *tex.in l.is à quo la prima,ff.de*
rei vendic.? dicas quod non;siquidē
3 illius legis dispositio procedit,quā-
do pendente lite mota per primum
actorem contra reum possidentem,
superuenit alius,qui super eadem re
nouiter controuersiam incepit mo-
uere; tunc enim si prior actor prius
ad sententiam peruenerit, poterit
instare pro exequutione sententiæ
præstita cautione respectu præten-
sorum per secundum,prout commu-
niter prædictum *textum* intelligunt
DD.quos refert, & sequitur *Praſ. de*
Franch.decis.261.num.11.vers.& di-
4 *cebatur*, quando verò tempore quo
fuit cœptum iudicium, prima sen-
tentia reperiebatur prolata, & exe-
quutioni demandata in beneficium
primi creditoris, tali casu omnino
cessat huiusmodi cautio,quam præ-
stari statutum erat, ne impediretur
exequutio sententiæ non dum facta,
prout ita declarat expresſè *Imol. in*
cap.cum semper num.5. vers. in eadem
glos.ext.de re iudic. quem refert, &
sequitur *Alexand. in l. si alienam nu.*
10.vers.adde legem penult,ff.sol.matr.
5 & secundum hanc opinionem, scili-
cet exequuta sententia,si molestetur
qui adiudicationem obtinuit ab
alio pretendente super ea re ius ha-
bere,nullā dandam esse cautionem,
fuit annis retrò longe elapsis iudicatū
per M.C.V.ad relationem tunc Iudicis
de Cithara in causa Don Hectoris de
Anzelone cum Felyciana Bono Core,
in Banca tunc Pulsoni, in qua causa &
si per prius per decretum domi fuisset
ordinatum dissequestrum præstita dicta
cautione de iudicio sisti, & iudicatum
soluendo, facto tamen verbo in Banca
cum interuentu prauia Regia decre-
tatione, fuit simpliciter illud manda-
tum absq. dicta cautione,vt ex proces-
su, & allegationibus obseruaui. Imò
DD.in terminis *dicti tex. in d. l. is à*
6 *quo*, & si colligant,quod pecunia est
liberanda creditori posteriori, qui
pro se sententiam habet (ad quam
prius peruenit,)cum cautione,id ta-
7 men de cautione intelligunt proce-
dere, quando omnes creditores ad
solutionem concurrunt ante sentē-
tiam,in iudicio super bonis debito-
ris, nam tunc si vnus eorum prius
ad sententiam peruenit, debet illa
exequi cum cautione de restituendo
in casu retractationis per alios cre-
8 ditores; secus verò si vnus ex cre-
ditoribus, alio creditore prius ad
sententiam peruenit, qui alius com-
paruit postea in exequutionem di-
cens se anteriorem esse, nam tunc
pe-

pecunia debet secundo creditori etiam absque cautione liberari iuxta primam partem, *d.l.is à quo*, vt singulariter docent *Iason in l. à diuo Pio, §. si super rebus num.* 18. *vers. sed si causa, ff. de re iud.* & sic decisum per
9 S. C. referente D. Sanges, testatur *Maurit. Apicell. alleg. 4. n. 37. & 38. & alleg. 20. nu. 35.* quorum omnium ea
10 est ratio, quia officium Iudicis qui sententiam exequutus fuit omninò cessat, nec super controuersia, quæ nouiter victori mouetur, se poterit vlio modo intromictere, ex causa illius antecedentis iudicij; vt expressè probatur *in l. à Diuo pio, §. si post addictum, ff. de re indic.* & clarè *Alexand.* summando *tex.* prædictum, ita per hæc verba formalia loquitur
11 (*de controuersia, quę mouetur post venditionem, vel dationem in solutum, non cognoscetur summariè per Iudicē exequentem, sed ordinariè per Iudicem competentem*) & *Iason. ibid.* postquam dixerat *in 1. num.* quod *tex. in §. si super rebus*, probat quod Iudex coram
12 quo petitur exequutio super aliqua re, debet cognoscere de controuersia, quæ incidenter super ea re mouetur, dicit esse intelligendum ante-
13 quam fuerit cum effectu sententia exequutioni demandata, secus autē ait esse post factam venditionem, vel adiudicationem; tunc enim cum functus sit officio, non potest se amplius vigore illius antecedentis iudicij, intromittere; ex quibus collige
14 quod si Iudex qui sententiam fuit exequutus, non est competens Iudex ipsius victoris controuersia nouiter mota super re sibi adiudicata, debet ad eius Iudicem competentē omninò remitti, vt plene declarat vltra supra adductos, *Paul. de Castr. in eod. §. si post addictum vers. si verò*, & punctualiter in Clerico *Isern. in cap. Imperialem, §. inter duos nu. 76. de proh. feud. alien.* quod aduerte in praxi, & vide famosam illam *Decisionem Rouiti* 44.

SVMMARIVM.

1 *Creditore liberante per Aquilianam stipulationem, vnum ex correis insolidum obligatis cum expressa reseruatione iurium contra aliū, num hic alter fuerit quoque liberationem consequutus, dicta reseruatione non obstante? quod nō num. 2. Sed contra nu. 4. & sic decisum per M.C.V. vt nu. 8. quæ opinio procedit absque dubio saltem, vt hic correus contra quem sunt reseruata iura, tantum ad suam portionem teneatur, vt nu. 9. ex doctrina Bart. quæ ponderatur, n.* 10.

3 *Correo soluente creditori, hoc acto quod tantum pro sua obligatione soluit, alter correus non liberatur.*

5 *Tex. in l. 3. §. nunc de effectu, ff. de liber. leg. inducitur; & etiam tex. in l. non quicumque, §. qui Caio, ff. de leg. 1., vt n. 6.*

7 *Angeli verba notabilia referuntur.*

ARGVMENTVM.

Creditor si duos reos debendi in solidum obligatos habuerit, & vnum ex eis per Aquilianam stipulationem liberauerit, cum expressa reseruatione iurium contra aliū, num possit contra hunc alterum agere, vel potius iste liberationem sit consequutus? vbi *Bart.* & aliorum opi-

opiniones recēsentur,& pōderantur *texx. in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. legat. & in l. non quicumq § qui Caio ff. de leg. 1.* & affertur decisio M.C.V.

CAPVT LXVIII.

1 Si quis duos correos debendi in solidum obligatos habuerit,& vnum per Aquilianam stipulationem liberauerit cum expressa reseruatione iuriū cōtra aliū, est quæstio,nū hic alter liberationem quoque consequatur? *Bart. in l. ex*
2 *duobus nu. 7. ff. de duobus reis* ait,stante dicta reseruatione prædictam acceptilationem nō porrigere ad alios correas effectum suum, stante protestatione, quod debiti diuisio non inducatur; ea motus ratione; nam si
3 vnus verè soluit hoc acto quod tantum pro sua obligatione soluit, alter non liberatur *l. Modestinus ff. de solut.* dicit tamē *in fine*,quod est subtile dubium,& est plenius videndū circa illud; sicque articulum,cum in dicta opinione pedes non figat, indecisum relinquit,*Aretin.* verò *in d.*
4 *l. ex duobus num. 5.* exprefse testatur contrarium,& asserit non posse creditorem per acceptilationem vnum ex correis liberare, ita quod non liberet alios, non obstante quod protestatus fuerit, quod dicta liberatio ad ceteros non extendatur,& mouetur ex *tex. in l. 3. §. nunc de effectu ff. de liber. leg.* vbi habetur,quod si te-
5 stator vnum ex duobus reis mandat liberari ab hærede, & vult correum non esse participem liberationis,debet fieri liberatio ab hærede per pactum, ne si fiat per acceptilationem, correus liberetur contra voluntatē testatoris,& sic datur intelligi manifestè,quod per acceptilationem non potest creditor liberare vnum,quin liberet alium; adducit etiam ad hoc *text. in l. non quicumque §. qui Caio de*
6 *leg. 1.* vbi *I. C.* ait quod si Testator vnū ex duobus reis defuncti liberat per acceptilationē,necesse est liberatū esse vtrūq,non autē necesse esset vtrumque esse liberatum, si liberatio per acceptilationem fieri potuisset, ita quod non extenderetur ad
7 correum;& ideò benè dixit *Angel. in §. si quis debitori instit. de leg.* dum asserit *(nota benè in practica, quod si habes duos reos, & vni tantum vis gratiam facere, quod ipsum per acceptilationem ne liberes, sed facias illi pactū personale de non petendo)* & ante *Aret.* sic voluerunt *Cuman. in l. & per ius iurandum §. qui legatorum ff. de acceptilat. Fulgos. in l. 1. ad fin. Cod. de trā-*
8 *sact.* & secundum hanc opinionem fuit *annis elapsis iudicatum per M. C. V. referente tunc Iudice Miranda, in causa vertente inter Franciscum Caballo, & Horatium Caballo in Banca Pisacani*,quæ opinio(quæ secundum me est verissima) quando difficultatem pateretur ad totalem liberationem alterius correi, contra quem sunt reseruata iura, dicas ab omni-
9 bus admitti,vt saltem pro rata illius correi liberati minimè teneatur,stāte quod est omninò inducta diuisio;
10 hoc enim exprefsè firmauit, *Bart. in d. l. 3. d. §. nunc de effectu ff. de liber. leg.* vbi ad illum Tex.(in quo habetur, quod potest liberari vnus,ita quod liberatio alteri non prosit) opponit & dicit,quod non potest vnus ex correis liberari, quin saltem liberetur alter pro dimidia, pro qua potest habere regressum contra liberatum, & faretur oppositionem, ex quo manifestè datur intelligi, *Bartoli* opinionem fuisse,vt liberato correo,debiti diuisio inducatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Administratores duo si per testatorem sint destinati, qui de aliqua familia esse debeant, & coniunctim aliquem Montem erectum per eum, administrare debeant, si de ea familia reperiantur duo, vnus maior & capax, alter verò minor incapax administrationis, num ille maior remaneat solus administrator, vel potius etiam hic minor mediante sui tutoris, vel curatoris persona debeat administrare? prima opinio, & ratio, num. 2. Sed contra verius, vt num. 3. & 21. & sic decisum, vt num. 22. & ratio, nu. 17.*

4 *Administratorum plurium aliquo deficiente, qui remanet, erit solus administrator, eiq. soli accrescit administratio, & non est dandus adiunctus; etiam si adsit dictiō (coniunctim) in ipsorum electione, vt n. 5. nisi dictum fuisset, quod vnus non possit sine altero administrare, vt n. 6.*

7 *Minor non excusatur à muneribus, & potest per tutorem, vel curatorem administrare; sed intellige primam partem huius dicti, vt n. 11. 13. & 14.*

8 *Minor non potest esse tutor, curator, vel administrator, & nu. 9. intellige, vt n. 21. & 22. nec executor testamenti, vt n. 10.*

12 *Collectarum solutio, munus patrimoniale dicitur.*

15 *Minores ad honores minimè admitti debent: maximè quoties res administrationem concernit, vt nu. 16. intellige, vt nu. 24. 26. 27.*

18 *Minor ex facto tutoris non obligatur, nisi quatenus est ipse effectus locupletior.*

19 *Tutor non obligaretur ex mala administratione minoris.*

20 *Pater consentiens, & se obligans pro filio minore electo Decurione non tenetur, & quare, ibidem.*

23 *Malitia sicut supplet ætatem, ita etiam prudentia.*

25 *Iuuenis prudens debet in dignitatibus, & officijs præferri seni prudenti cæteris paribus, & nu. 28. & 31.*

29 *Natus ex parentibus prorsus à virtutibus alienis, dum tamen ipse sit bonus, melior est quam ille qui natus est bonis parentibus, licet ipse sit quoq. bonus.*

30 *Admirabilis magis est, qui exemplar non habuit, & bonus est, quam qui habuit, & bonus est.*

32 *Iuuenis repellendus non est ab officio, vel dignitate, si doctus, studiosus, bona vita, & alijs bonis qualitatibus præditus esset, & qui iuuenes sint repellendi, num. 33.*

34 *Author se inscium, ac indignum fatetur, & citra suam spem immeritò se ad varia officia publica fuiße electum in varijs occurrentijs, testatur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Testator si montem alicuius familiæ eligit, & disponit vt duo v. g. eiusdem familiæ debeant esse administratores, qui debeant coniunctim administrare, & postea accidat casus, quod de dicta familia reperiatur vnus maior ætate ad administrandum capax, & alter minor incapax, num ille maior solus administrator remaneat, vel potius etiam hic minor administrare debeat cum eo, persona eius Tutoris, vel Curatoris mediante, vbi quodã discursu præhabito, Author concludit cum quadam Decisione M.C.*V.* in quadam causa annis elapsis interposita; item traditur num & quando minor, possit tutor esse alterius? & affertur quædam notabilis M.C. decisio: & incidenter agitur num & quando iuuenes, sint vel nõ sint ab officijs, dignitatibus, vel honoribus repellendi? & quid in concursu cum senibus? vbi curiosè, & breuiter.

CAPVT LXIX.

1 SI quis montem alicuius familiæ eligit, & disponit, vt duo v.g. eiusdem familiæ debeant esse administratores, qui debeant administrare coniunctim, dato casu, quod de dicta familia reperiatur vnus maior ætate ad administrandum capax, & alter minor incapax, num ille maior solus remaneat administrator, vel potius & hic minor, persona eius tutoris, vel curatoris mediante administrare debeat?
2 anceps est quæstio, & prima facie dicendum videtur, quod hic minor possit esse administrator mediante eius tutoris, vel curatoris persona, cum non excusentur minores à muneribus, ad *Text. in l. etiam minores Cod. de muner. patrim. lib.* 10. Sed his
3 non obstantibus, dicas maiorem illum remanere administratorem solum, stante minori ætate, & successiue deficientia alterius; cum de iure
4 stante deficientia aliorum, qui remanet, erit solus administrator, & illi soli administratio accrescit, & non est dandus adiunctus, ita est *text. in l. tutela* §. *si duo ff. de leg. tutor. & in l. si ita fuerit* 13. *iuncto* §. *fin. ff. de manumiss. testam.* quem *text.* ita in terminis decidit *Bart. in cons.* 147
5 dicens, quod per dictionem (*coniuncti nam*) appositã à testatore admini-
6 strare; sed tunc apparet de contraria testatoris voluntate, quando expresserit (ita quod vnus sine altero non possit administrare) prout deciditur *per text.* iuncta *glos. in vers. iniunxerit in d. l. si ita fuerit*, & hanc communem esse opinionem, testatur *Gratian.* qui alios cumulat *discept. Forens. lib.* 3. *cap.* 522. & secundum hanc communem opinionem refert decisum *Castill. decis.* 156. 2. *p.*
7 Nec obstat, minorem non excusari à muneribus, & posse per tutorem, vel curatorem administrare, vt su-

pra,

pra, nam respond. hoc esse contra
expressa iura *in §.fin. inst. de fiduciar.*
l.fin.Cod.de legit. tut. decidentia, mi-
8 norem non posse esse tutorem, cura-
torem, & administratorem, & *tex.in*
9 *d.l.fin.* dicit nequaquam ferendum
esse, quem esse tutorem, & sub tutela
constitui, & quem curatorem, & sub
Cura agere, cum esset hæc rerum
fœda confusio, & *Angel. in d.§.fin.*
10 *num.5.* dicit neque posse minorem
esse exequutorem testamenti; nec
obstat *tex. in d.l. etiam minores*, nam
11 aut quæritur si minores sunt exē-
pti à solutione munerum patrimo-
nialium, vt puta collectarum (quæ,
12 munera patrimonialia dicuntur, vt
per *Andr. de Barulo in l. 1. & l. qui*
immunitatem, Cod. de munerib. patri-
13 *mon.lib. 10.*) & ab hac solutione mi-
nores non excusantur, prout innuit
tex. in d.l.etiam minores ibi (*frustra*
plenam immunitatem desiderare) aut
14 verò quæritur de exactione, & ad-
ministratione munerum prædictorū,
& nequaquam minor admittitur, vt
pulcrè distinguit *glos.ibid.* & est *tex-*
tus in l.ad rem publicam, ff.de muner.
& honor. & ibi glos. in princip. & est
textus in l.hi qui certa, §.impuberes de
15 *iur.immunit.* quod minores neque
ad honores admittuntur, & hanc
distinctionem firmat *Bart.in l. quidā*
consulebant, num.2.ff.de re iudic. quod
16 quoties res concernit administra-
tionem, minor non admittitur per
text.in d.l.fin. Cod. de legit. tutel. & si
17 minor in casu nostro admitteretur
ad administrationē mediante perso-
na tutoris, sequeretur inconueniens
& absurdum, quia ex mala admini-
stratione tutoris non obligaretur
18 minor, qui ex facto tutoris non ob-
ligatur, nisi quatenus ipse est effe-
ctus locupletior, *ad tex.in l.fin. ff.de*
admin.tutor.l.si dolo vbi Bart.plenè, ff.
19 *si quis omnis caus. testam.* neq. tutor
obligaretur per malam administra-
tionem minoris, vt expressè docet
textus in l.Lucius, §.Imperatoris, ff.ad
20 *municip.* dicens, patrem consentien-
tem, & obligantem se pro filio mi-
nore electo decurione non teneri,
cum minor non possit esse decurio;
21 ex quibus omnibus administratio
in casu propositæ quæstionis, venit
omninò decernenda in personam
dicti maioris soli, qui habilis repe-
ritur, nulla habita ratione de perso-
22 na minoris; pro vt *sic iudicatum re-*
perini ad fauorem V.I.D. Aloysii Cam-
panilis per M.C.V. in Banca Serafini,
vt obseruaui ex allegationibus & pro-
cessu.

Posthæc scripta vidi, quod & si
minor non possit esse tutor, ex iuri-
21 bus allegatis in *num.* 8. tamen posset
talis esse, si idoneus ad tale munus
22 appareret; & *annis elapsis decisum*
fuit in causa Scipionis de Simeone per
M.C.V. in Banca Auetæ; fuit enim
dictus Scipio, & si tātum annorū 13.
23 esset declaratus tutor suorum Fra-
trum, & Sororum minorum, existen-
te tutoris testamentarij suspitione,
ex quo erat per multos testes veri-
ficatum, ipsum idoneum, & habilem
esse; vt refert *Thor.p.2. sui compend.*
in verbo tutor minor. cuius rei ea est
23 ratio, quia sicut malitia, ita & pru-
dētia ætatem supplet; *Paul.de Castr.*
in l.1.Cod.qui & aduers.quos in integ.
rest. num. 7. qua de re latè *Menoch.*
de arbitr.iudic. casu 27. & certè (vt
aliquātulum generalius loquamur)
24 quando iuuentus cum prudentia
iūgitur, non est cur ab officijs, admi-
nistrationibus, ac dignitatibus sint
25 iuuenes repellendi; quinimò eo ca-
su omninò debet iuuenis prudens
seni etiā prudenti (cæteris paribus,)
26 anteponi; nec terreant Authoritates
ex *Cicer. Plut. Arist. & alijs* congeste
à *D.meo Stabano Iuniore*, in sua illa
eleganti, & omni eruditione referta
resolutione 100. *à num.*273. *vsque ad*
num. 320., quo loci, pro senectute
contra iuuenes (ne isti ad officia eli-
gantur) multa congerit; nam vt le-
genti apparet, loquuntur Authori-

tates ille, ex præsumptione ineptitudinis, intemperantiæ, iuuenilis caloris, aliarumq. qualitatum, quæ in iuuenibus solent reperiri; sicque ee
27 Authoritates sibi, locum minimè vendicant, cum clare apparet in aliquo iuuene, & doctrinam, & prudētiam, & cœtera ad officia necessaria
28 reperiri; nec mirum videatur si dixi cœteris paribus iuuenem dignum seni digno præferri debere, nam probatur ex aureo *textu in cap. numquam 56. dist. cum glos.* vbi habetur quod ille, qui natus est
29 ex parentibus prorsus alienis à virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, melior est quam ille, qui natus est bonis parentibus, licet ipse sit quoque bonus; *ibiq; Apostilla Archidiac.*
30 ait, quod magis admirabilis est, qui exemplar non habuit, & bonus est, quam qui habuit, & bonus est; *quem tex.* alibi exornabo pro cuiusdam curiosæ quæstionis resolutione; & sic
31 apertæ patet, quod in dignitatibus præferri alteri debet qui statum suū virtute superauit; vt est iuuenis prudens, qui admirabilior est fene prudente; & certe quare repellendus
32 esset iuuenis, si doctus, studiosus grauis, prudens, facundus, ac bonæ
33 vitæ, esse videretur? illi enim iuuenes ab honoribus repellantur, qui sunt inscij, ac nulla fulciuntur do-
34 ctrina; inter quos, & me fateor esse minimum doctorem, ac inscium iuuenem; & certè immeritò ab annis sexdecim, ad varios publicos præcipue huius fidelissimæ Ciuitatis honores, publicaq; munera, dico me fuisse promotum, & electum in varijs occurrentijs; sed id citra meam spem ex eligentium benignitate processit.

SVMMARIVM.

1 *Termino petito in aliqua causa, & petenti denegato, num possit per eundem peti principalis depositio? quod non, num. 2. Sed contra n. 4. & 16.*

3 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere exclusus, non potest petere, quod pars iuret, intellige, vt n. 10.*

5 *Exclusus à probationibus per testes, potest petere depositionem principalis: & n. 9.*

6 *Confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi: vel suppletio probationis, vt n. 7.*

8 *Renunciatione facta probationibus, adhuc renūcians uti poterit aduersarij confessione.*

11 *Depositio principalis non est admittenda, vbi articul non admitterentur; intellige vt n. 12.*

13 *Articuli si sunt impertinentes, super eis non interrogabitur principalis, intellige vt num. 14. imò contra hoc dictum, nu. 15.*

17 *Materia depositionis principalis apud quos moderniores habeatur?*

ARGVMENTVM.

Termino in aliqua causa per aliquem petito, si fuerit hic ab eo exclusus, num possit postea petere depositionem principalis? vbi ponderatur *tex. in l. in contractibus, §. illo Cod.*

Cod. de non numer. pecun. item agitur num, & quando à probationibus exclusus possit talem aduersarij depositionem petere? & an super articulis impertinẽtibus (super quibus probatio fieri non posset) peti possit principalis depositio?

CAPVT LXX.

1 SI aliquis petierit sibi dari terminum in aliqua causa & fuerit ab eo exclusus, quæstio est num possit petere depositionem principalis?
2 videtur prima facie negandum ex textu in l. in contractibus, §. illo Cod. de non numer. pecun. vbi exclusus op-
3 ponere exceptionem non numeratę pecuniæ, nec petere potest quod
4 pars iuret. Sed contrarium est verius, nempe denegato termino in causa non propterea denegandam esse principalis depositionem; vt docet Bald. in aut. Sed nouo iure nu. 22. Cod. si cert. pet. dicens quod exclusus
5 à probationibus per testes potest petere depositionem principalis; al-
6 legat rationem, quia confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, l. 1. in fine, ff. de inter action. l. 1. Cod. de iuramen. calum. & dicta aut. sed nouo iure, & hoc idem dicit Bald. in l. 2. §. quod obseruari Cod. de iuram. calum. & in cap. 1. §. si vassallus col. 2. si de feud. fuer. controu. int. domin. & agnat. & alios refert Alex. ad Bald. in dicta aut. sed nouo iure; hinc Roman. in l. admonendi num. 113. ff. de iur. iur. dicit, quod cum depositio
7 seu confessio non sit probatio, sed suppletio probationis, per ea quæ dicit idem Bald. in rub. Cod. de probat. non comprehenditur sub termino dato ad probandum; & sic refert in eadem opinione fuisse Ioan. Andr. in rub. ext. de probation. vbi Felyn. etiam latissimè num. 6. tractat hanc materiam, & ex dicta ratione quia scilicet confessio non est probatio, sed releuatio probationis, dicit quod si est
8 renunciatum probationibus, adhuc tamen poterit vti confessione aduersarij, allegat tex. in cap. cum Ioannes de fide instrum. & in l. ampliorem, C. de appellat. & tex. in cap. vos inquemquã 2. quæst. 1. & in c. at si clerici de iudic.
9 & in puncto, quod quando quis est exclusus à probationibus, non censeatur ablata facultas faciendi articulos, vt pars confiteatur, dicit idem Felyn. in dicto num. 6. circ. finem vers. ex quo potest inferri, allegat etiam Roman. in d. l. admonendi, num. 103. qui Rom. & Felyn. respondẽt ad con-
10 trariorum argumentum desumptũ ex d. l. in contractibus, dicto §. illo, nã ibi erat exclusus ab omni iure, & per lapsum termini non poterat talis exceptio opponi, & sic neq. per iuramentum, quia erat omninò pars exclusa opponere talem exceptionem, ex quo erat notoria iustitia partis; & quamuis Capic. in decis. 15. videatur tenere, quod quando non
11 admitterentur articuli, nec debet admitti depositio principalis, tamen re vera ipse concludit distinguen-
12 do, quod Iudex debet videre articulos, & si non sunt impertinentes debent admitti, etiam quod non possent produci probationes; si verò
13 articuli sunt impertinentes, tunc super eis non interrogabitur principalis; sed est aduertendum quod Capyc. hanc opinionem in secundo casu, non indubitanter tenet, sed sub verbo fortè; & Præs. de Frãcb. dec. 220.
14 dicit illam opinionem procedere, quando articuli essent verè, & propriè impertinentes, qui sunt quando non pertinent ad causam, & probati vel confessati nihil releuarent, iuxta terminos, l. ad probationem la 1. Cod.
15 de prob. sed etiam si essent impertinentes, & non posset fieri probatio, adhuc teneretur principalis deponere

nere quandocumq; pars institerit, allegat *Alberic. in d.l.2. C. de iuram.*
16 *calum.* vnde non recedas à prædicta secunda sententia;& cœtera (præter
17 hunc articulum) in materia depositionis principalis, vide apud *Gallup. in sua praxi p.2.cap.19.per totum, & D.Prat.in addit.ad Muscatell.par.5. glos.legaliores,in tota illa additione.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ se obligauit pro alio, si denuò biennio elapso computando post primam obligationem, se obligauerit, omninò obligata remanebit, & Velleyano non iuuabitur, sed contra num.6.& sic iudicatum, n.12.*

2 *Tex.notabilis in l si mulier, Cod.ad Velley. recensetur; sed an sit correctus per aut. si qua mulier? num.7.*

3 *Intercessio secunda mulieris post biennium facta, aufert ipsi beneficium Velleyani, ex Bald. & Salyc.*

4 *Mulier, quæ pro alio intercessit, & post biennium eã obligationẽ confirmauit, præsumitur nõ alterius causa, sed sua propria se obligasse:& est præsumptio iuris,& de iure, vt n.5.*

8 *Obligatio mulieris pro alio facta est nulla, & per consequens nihil operatur ipsius geminatio.*

9 *Tex. in autẽtica si qua mulier Cod. ad Velley. ponderatur.*

10 *Mulier licet millies consentiat instrumento debiti per alium puta per virum contracti, non tamen tenetur, nisi in suam vtilitatem probetur versa pecunia.*

11 *Dom. Reg. Rou. doctrina ponderatur.*

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ pro alio se obligauit, & intercessit, si denuo elapso biennio computato post primam obligationem se obligauerit, num remaneat efficaciter obligata, absque spe se iuuandi beneficio Senat.Conf. Velley.? vbi affertur notabilis *tex. in l. si mulier, Cod.ad Velley.* & habetũr quid sentiat Author; & nũ *tex.* prædictus sit correctus per *Authent. si qua mulier* immediatè sequentem,quæ ponderatur;& etiã consideratur curiosè doctrina *D. Regent. Rou.* ad huius quæstionis propositum; & tandem affertur aurea huius articuli principalis *Decisio* M C·*V*. in facti contingentia interposita.

CAPVT LXXI.

1 Volo vt adnotes *tex.* perpetuò menti mandandum; si mulier obligata intercedendo pro alio, denuò se, elapso biennio computando post primam obligationẽ,obligauerit,omninò remanebit obligata, nec Velleiani beneficio iuuabitur; ita

ad

ad literam dictat *tex. in l. si mulier*,
Cod. ad Velleian. in §. *sin autem*, per
2 hæc aurea verba (*sin autem post triennium hoc fecerit, sibi imputet si quod sæpius cogitare poterat, & euitare, non fecit, sed ultra firmauit; videtur enim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione sese illigare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda cautione se obnoxiam facere in quantum hoc fecit, quam pignus aut intercessorem utiliter dare*) quem *tex.*
3 sumãdo, dicũt *Bald. & Salyc.* (*secunda intercessio mulieris post biennium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani*) & ita docent huius *tex.* dispositione attenta *Aloys. de Leo in l. 1. num. 23. Cod. eod. tit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 21. num. 2. & seqq.*
4 vbi dicit ex dicto *tex.* quod quando mulier pro altero intercessit, & post biennium eam obligationem confirmauit, præsumitur non alterius causa, sed sua propria intercessisse,
5 & se obligasse; quam præsumptionẽ (subdit postea *d. num. 3.*) esse iuris, & de iure; ex *Ioan. Andr. in addit. ad special. tit. de præsumpt.* §. *species num. 5. vers. secundus in muliere*, & dicti *tex.* recordatus quoque fuit præter hos *Aretin. in* §. *item si, num. 37. in st. de except.* & ex nostris Regnicolis sic ad limitationem nostræ *prag. 1. ad Vellei.* ex dicto *tex.* tradit *Scaglion. ibi n. 44.*
6 Sed mihi (& si prima facie valde arrideat *tex.* prædicti tamquam aurei dispositio) rectius tamẽ contemplãti, contrarium verius dicendum videtur, nimirũ quod & si mulier (quæ pro alio intercessit) elapso biennio denuò se obligauerit, non tamen teneatur, nec obligata remaneat; si
7 quidem & si ita *tex.* ille disponat, tamen ipse meo iudicio correctus esse videtur per *auth. si qua mulier* immediatè subsequentem, per quam, ipso iure inualidam mulieris intercessionem reddi, disponitur, & sine semel siue multoties se obligauerit;
8 ex qua *aut.* duo eliciuntur; primum dictam obligationem esse inualidã, vnde sæpius & geminata illa obligatio etiam post biennium emanata, vbi pedes figat minimè habet: secũdum quod geminatio in hac materia nihil operetur; notentur quæso
9 verba intermedia ibi (*Iubemus nullatenus valere, siue semel siue multoties, &c.*) nec aliud credo dicere voluisse *Regent. Rouit. in dicta prag. 1. num. 8.* qui pro ampliatione illius
10 dicit, quod mulier licet millies cõsentiat instrumẽto debiti per alium puta per virum contracti, non tamen tenetur nisi probetur pecunia versa in suam vtilitatem, allegans *tex. in* §. *& illud vero aut, vt nulli iudic. liceat haber. loc. seru. & Farinac. decis. posth. 731.* nec dicatur fortè *Reg. Ro-*
11 *uit.* loqui de sæpius & geminata obligatione mulieris emanata intra biennium, nam respondetur minimè hoc voluisse dicere tantum authorem, nam cum hoc dicat etiam si millies mulier obligaretur, supponit etiam si vltra biennium se obligaret; nam & si mulier assalariatis vt vulgo dicitur Notario, Iudice & testibus, qualibet die contractum ratificaret (quod numquam est auditum) non tamen esset completum biennium, cum adhuc superessent alius annus & menses; & licet ibi *Rouit.* ita loqui videatur ad modum quendam loquendi, tamen apparet illum egregium virum huius opinionis fuisse, nempè etiam contractu ratificato per mulierem elapso biennio, non tamẽ eam obli-
12 gatam manere, *& iuxta hanc sententiam annis longè retrò elapsis fuit per M. C. V. iudicatum, in causa Cæsaris de Pari cum Laura Sangiorgio, & Simeone Riccio in Banca tunc Ruffi*, nã & si dicta Laura, quæ pro viro se obligauerat in anno 1616. Anibali de Pari ad solutionem ducatorum centum, & nouem, denuò se obligasset in anno 1619. confirmando primas obligationes, *tamen fuit de-*
ci-

cisum non teneri sed Velleyani beneficio succurri, articulo latè discussa, & benè ruminatis scriptis pro creditore editis à me perlectis, in quodam 4. allegationū Tomo mihi comodato insertis, vt ex eis obseruaui, in quorum calce erat annotata dicta decisio?

SVMMARIVM.

1 Meliorationes factæ à colono in agro conducto, plantando arbores, non possunt repeti habito respectu ad præsentem valorem, & augmētum, sed habito respectu ad expensas tempore plantationis factas, & n. 3. & 4.

2 Tex. in l. in fundo, ff. de rei vend. dispositio recensetur.

5 Meliorationes à colono factæ in agro conducto, habito respectu ad quodnam tempus sint soluendæ, si locator promiserit in instrumēto locationis, affictu finito soluere augmentū, & meliorationes? pro colono, nu. 6. Sed contra eum pro locatore, nu. 7. & 15. maximè si locator promiserit soluere augmēta, & meliorationes, quas fortè conductor fecerit, vt n. 16. & ratio nu. 17. & 18. & 20. & sic decisum, n. 21.

8 Meliorationes, & augmenta sunt anomola.

9 Geminatio, siue verborum prolixitas vim non facit, vt diuersa iuris dispositio oriatur.

10 Verbum vnum efficax tantum valet, quantum mille, & tantum valent breues, quantum prolixi sermones.

11 Verba contrahentium sunt interpretanda secundum iuris dispositionem.

12 Significatio ea semper accipienda est, quæ vitio caret; et vt legis voluntas magis seruetur.

13 Statutum est interpretandum quā minus lædendo ius commune.

14 Argumentum de statuto ad pactū, validum est.

19 Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.

ARGVMENTVM.

Colonus fundi seu Agri, si meliorationes fecerit in agro cunducto plantando arbores, num possit repetere earum pretium habito respectu ad presentem valorem, & præsens augmentum, vel tantum, quantum tempore plantationis expendit? ad *tex. in l. in fundo, ff. de rei vendic.* & quid si quis alteri locaret agrum, & promiserit in instrumento, colono soluere (affictu finito) augmentum, & meliorationes, num eo casu colonus ille repetat valorem plantarum, habito respectu ad pręsens tempus, vel potius tantum vt valebāt tempore plantationis? vbi refertur *Decisio* M.C.V.

CA-

CAPVT LXXII.

1 SI colonus fundi alicuius, me-
liorationes fecerit in agro cõ-
ducto plantando arbores plu-
res, certum est non posse repetere
earũ pretiũ habito respectu ad præ-
sens augmentum, sed tantũ quãtum
tempore plantationis expendit, per
text. in l. in fundo ff. de rei vendic. ex
quo *text.* vulgatum illud axioma de-
sumitur in meliorationum materia,
2 quod si quis expendit super re cen-
tum aureos, & ob hanc impensam
res est meliorata in ducẽtum aureis,
non habet locum repetitio, nisi pro
centum expensis tantum, & è con-
tra si expendit ducentum, & ob ex-
pensas istas res non fuit meliorata
nisi in centum, non repetet plusquã
centum, vt per *Capyc. dec. 93. nu. 9. &*
per Præs. de Franch. decis. 109. quod
3 maximè procedit in his melioratio-
nibus, quæ fiũt per ferruminationẽ,
hoc est in plantandis vitibus, & vi-
neis de nouo, quia tunc habetur cõ-
sideratio, quod arbores receperunt
incrementum successiuum à solo, &
4 proinde extimationem fieri debere
quantum expensum est tempore plã
tationis, & non quantùm nunc plan-
tæ siue vineæ valent, vt punctualiter
tangit *Vrsill. ad Afflict. decis. 87. nu. 3.*
& Gamma decis. 137. & multa alle-
gat *Marzar. de fideicom. q. 65. vers. re-*
gula enim, & ita iudicatum per *Rotam*
Florentinam refert *Bursat. cons.* 11.
num. 40. Ludou. decis. perus. 58. Garz.
de expens. & meliorat. cap. vlt. sed quid
5 si quis alteri locaret agrum, & promi
serit in instrumento, colono affictu
finito soluere augmentum, & melio-
rationes, an eo casu colonus ille re-
petat valorem plantarum habito re-
spectu ad præsens tempus, vel vt va
lebant tempore plãtationis? videtur
6 prima facie respondendum pro ipso
colono, cum non tantum sit solutio
meliorationum promissa, sed & aug-
menti; & augmentum fit ex tractu
7 temporis; sed hoc non obstante di-
cas dicto casu posse colonum
repetere meliorationes habito re-
spectu ad tempus plantationis, non
vero ad tempus finitæ conductionis;
8 nam meliorationes, & augmẽta sunt
anomola, nullum inter se discrimen
habentia, sed idem denotantia, quod
enim melioratũ esse dicimus id au-
ctum quoque esse affirmamus; nec
9 geminatio siue verborum prolixitas
vim facit, vt diuersa iuris dispositio
oriatur, quia tantum valet vnum
10 verbum efficax, quantum mille, &
tantum valent breues quãtum pro-
lixi sermones, vt notat *Bald. in l. si*
aliquid Cod. de donat. nec debemus
nos aliter intelligere verba, quia
hoc esset mentem contrahentium
interpretari contra iuris intellectum,
ac dispositionem *d. l. in fundo*, quod
11 non est admittendum, quoniam cõ-
trahentium verba potius interpre-
tari debent secundum iuris dispo-
tionem, vt notat *Bald. in l. precibus*
Cod. de impub. & in l. 2. in fin. C. de ver-
12 *bor. signif.* ea enim significatio sem-
per accipienda est, quæ vitio caret,
& vt voluntas legis magis seruetur
l. benignus, & l. in ambiguis ff. de legib.
13 quod etiam in materia statuti pro-
cedit, vt interpretetur quã minus le-
dendo ius commune, *glos. notabil. in*
cap. statutum in verbo numerandum de
præbend. in 6. & vide à me dicta sup.
c. 64. nu. 7. & valet argumentum de
14 statuto ad pactum, vt notant *DD. in*
l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. ex
quibus & si generalibus regulis ap-
15 paret in casu suprapositio locatorẽ
non teneri nisi ad meliorationes, seu
earum expensas iuxta disposita *in d.*
l. in fundo, quam conclusionem indu-
16 bitabilem reddi opinor, si locator
promiserit soluere finito affictu me-
liorationes, & augmenta, quæ fece-
rit forte colonus per verba hæc *(le*
miglioration, & augmenti che esso ha-
uerà fatto) nam tantò minus ipse co-
lonus

lonus ad valorem inspecto presenti
17 tempore tenebitur; cum ex dictis verbis videatur loquutus fuisse de expensis, quia expensæ ab hominibus fiunt, non de augmẽto, quod ex ipsius rei natura absque hominis ministerio, plus vel minus eius, quod expensum est, quotidie incrementum suscipit; & eo magis quia
18 loquuntur contrahentes per dicta verba de tempore perfecto (*che haverà fatte*) & non de tempore præsenti, & sic habẽt relationem ad expensas factas, & non ad aliud, quia
19 qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. l. si Titius, ff. de testam. milit.* & ex his con-
20 cludo in proposito articulo, nedum ex dispositione *d. l. in fundo*, sed etiã ex pacti interpretatione ad fauorem locatoris, vt non nisi ad id quod est expensum in plantandis vitibus teneatur, non autem ad augmentum quod temporis tractu peruenit; *prout*
21 *sic in puncto fuit iudicatum per M. C. V. annis retro elapsis ad fauorem Antonij Resigno, contra Petrum Paulum Auletta, in Banca Palma.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta à debitore prius cedit in causam tertiarum, deindè verò in causam sortis; intellige in tertijs tantum, vt num. 2. Secus verò in interesse ex mora debito, nam tunc solutio cedit in causam sortis, vt num. 3. & 6. & ratio, num. 4. & 7. & sic decisum per S. C. num. 5. & est doctrina notanda, vt nu. 8. & sic etiam decisum per M. C. V. vt nu. 9.*

10 *Decisio nouissima S. R. C. in causa cõmemorata, & in articulo proposito in cap. 16. recensetur contra opinionem firmatam in dicto cap & nu. 11. & 12. adeò vt frustra, illa hodie sustineretur in Tribunalibus, vt n. 15.*

13 *D. D. dacus Varela Regius Consiliarius, ac S. C. Decanus laudatur.*

14 *D. Carolus Brancacius Regius Consiliarius laudatur.*

ARGVMENTVM.

Solutionem à debitore factam, prius in causam tertiarum, quam capitalis cedere *ex l. 1. Cod. de solut.* quomodo intelligi debeat? & num dictũ axioma indistinctè procedat tum in debito vsurario, s. vbi certe sunt constitutæ vsuræ, (quas nos tertias vocamus) tum etiam in interesse debito ex mora, & officio Iudicis mercenario? vbi singularis, notabilis, & breuis resolutio habetur, nõ tantum impressis *Decisionibus* comprobata, sed etiam confirmata *Decisione* quadam M. C. V. in facti contingẽtia annis elapsis interposita.

Item recensetur in fine huius *capit.* Decisio S. R. C. diebus elapsis interposita in articulo proposito in *cap.* 16.

CA-

CAPVT LXXIII.

1 Solutionem, quam facit debitor, prius in causam tertiarũ, quam capitalis cedere, clarũ est, vt est *tex. in l. 1. Cod. de solut.* vbi solutio prius in vsurarum, deinde in sortis causam cedit; sed notabili-
2 ter id velim intelligas in debito vsurario, vt puta, vbi certæ sunt vsuræ constitutæ, quas nos vocamus tertias, quod ex *Bald. & Salyc. ibid.* deprehenditur, vel vt melius dicam *cum glos. in verbo vsuras*, in illarum causam, quæ per stipulationem, non nudo pacto debentur; non autem
3 procedit in interesse debito ex mora, cum per officium mercenarium Iudicis debeatur; etenim nullo modo solutio cedere potest in causam ipsius, sed in causam sortis, & extra-
4 tio, cum interesse debitum ex mora sit illiquidum, & diuersimode taxari soleat; & ne punctualis desit authoritas, reuideatur *alleg. Io. Vinc. de Anna 54. & 112.* qui loquẽs de tali inte-
5 resse illiquido, iuxta per eum allegata refert iudicasse Sacrum Consiliũ, solutionem in causam sortis cessisse, quem refert & sequitur *Anna filius cons. 30. num. 13. vol. 1.* declarando, in
6 tertias fieri imputationem, non autem in interesse, ea potissimum ra-
7 tione, quia nulla illius datur certitudo, nec respectu quantitatis, neq; qualitatis, sed pendet ab officio Iudicis, & consequenter nulla potest fieri imputatio in causam illiquidãs
8 quam doctrinam vt auream nota, ne teneantur pauperes debitores, qui indistincte aliquas solutiones fecerunt ad aliud interesse, si ex illis in totum, vel in partem posset dici capitale solutum: *& cum hac pertrãsijt quoq. M. C. ad relationem quondam Iudicis Corcioni, ad fauorem Io. Dominici Montanarij, cõtra Nuntium Angrisanum, vt vidi ex allegationibus manuscriptis, & ex processu sistente in Banca Constantini*: interim ad huius capitis ornatum vide *Gratian. dicto cap. 224. per totum* & *D. Reg. Capyc. Lat. in dec. 21.*

Hic volo annotare (licet sit extra, materiam de qua sum in isto *Capit.* loquutus) decisionem S. R. C.
10 nouissimè interpositam in ea causa, de qua memini in *cap. 16.* in articulo *ibidem* à me proposito, & resoluto, num scilicet facta reemptione annuorum introituum per cessionarium iurisluendi, ac iurium cessione in ipsius rementis beneficium, & ad maiorem cautelam noua venditionẽ, non derogando prioribus iuribus, num (inquam) introitus post actum retrouenditionis decurrendi, trahant anterioritatem antiqui cõ-
11 tractus? licet enim in dicto *cap. 16.* latè sustinuerim non dari dictam anterioritatẽ, & recesserim (ex quadam allegatione cuiusdam Aduocati doctissimi, qui à me ibi *num. 57.* commemoratur) *à Decisione D. Reg. Capic. Lat. à decis. Reuerter.* & à scriptis per quondam *Fabritium Bran-*
12 *cacium*, tamen (vt dicebam) *nouissimè diebus elapsis decisum fuit per S. C. dari etiam pro dictis introitibus decursis post dictam retrouenditionem, anterioritatem primæui contractus; in*
13 *Aula dignissimi D. Consiliarij Varela, ipsius S. C. Decani integerrimi, ad rela-*
14 *tionem doctissimi ac omnibus virtutibus præditi D. Consiliarij Caroli Brancacij: in Banca Solatij*, itaq. fru-
15 stra hodie posset sustineri opinio contra rem sic pluries decisam per Supremum Tribunal: & certè ego si veniret cliens, & egeret patrocinio pro dicta opinione contraria defendenda, statim eius iuribus desperatis eum abire facerem, qua in re addo nunc *Dom. meum Staiban. Iunior. resolut. 81. per totam.*

SVMMARIVM.

1 Author recenset suam propriam quādam litem, & num. 11. & quædam per quosdam contra eum scripta, n. 12.

2 Exceptio aliquantulum dubia, & altiorem requirens indaginem ad merita causæ est reseruanda, siue in facto, siue in iure dubitetur; amplia etiam si alias litis ingressum impediret, nam cum est dubia in diffinitiuam est reseruanda, vt n. 3.

4 Muscatellus adeò benè scripsit, vt nullam eius opera additionem recipere possint.

5 Exceptio nulla erit hodie, quæ altiorem non requirat indaginem in iure, vel in facto, & ideo quælibet erit ad merita reseruanda.

6 Exceptio rei iudicatæ aliquantulū dubia, est ad merita reseruanda, & sic decisum.

7 Appellatio non admittitur à decreto exceptiones ad merita reseruante; & tanto minus reclamatio, vt n. 10. & de ratione, num. 8. & 9.

15 Exhibitio quando sit ante litis contestationem facienda, & n. 14.

13 Exceptio exhibitionis alicuius scripturæ, quæ allegatur esse pœnes actorem, est ad merita reseruanda, etiam si per plura decreta fuisset mandatum quod illa exhibeatur infra aliquem terminū, & quod eo elapso præcludetur agendi via; & notabilis quedā recensetur Decisio S.C. à quodā processu extracta, n. 16. & ratio, nu. 17.

18 Actor etiā in ijs casibus, in quibus scripturam exhibere tenetur, & etiā si per decretū ei fuerit mādatum, vt illam exhibeat, si tamen iurat eam, vel non habere, vel in promptu non habere, non cogetur ad talem exhibitionem, sed ad vlteriora in causa procedi debet.

ARGVMENTVM.

Exceptio exhibitionis alicuius scripturæ, quam reus dicit pœnes actorem esse, num debeat ad merita causæ reseruari, & quid de alijs exceptionibus? & quid de exceptione exhibitionis alicuius processus, qui actori consignatus appareret, num impediat agendi viam, vel potius debeat ad merita reseruari? & quid si per plura decreta in rem iudicatam transacta, fuerit ordinatum quod infra aliqnem terminum actor exhibeat aliquā scripturam, vel processum, alias prouidebitur termino elapso, quod præcludatur via agendi, num his decretis non obstantibus, possit dicta exhibitionis exceptio ad merita reseruari? vbi habetur aurea, & verè notabilis praxis,

xis, & decisio S.C. à quodam processu extracta.

CAPVT LXXIV.

1 MEa quædam propria lis adhuc pendens in S.C. ac euidens, iustitia, que controuertitur per cuiusdam mei debitoris hæredes, vrget me ad repetendum in præsẽti Capite aliqua vulgata axiomata, quæ tamen breuiter aliquantulum, quadam curiosa decisione exornabimus.

Aduersus quandam petitionem aliquarum quantitatum meo patri debitarum, fuit oppositum per debitorem, antea fuisse per dictum actorem præsentatam quandam supplicationem, ex qua dicebat aliqua ad ipsius rei beneficium apparere; & proinde instabat pro illius exhibitione (quā non reperiri dicebat) & ea exhibitione non facta, ad vlteriora contendebat non potuisse procedi; cumque autem hæc exceptio (vltra quod ex claro facto aerea esse apparebat) ad summum dubia dici poterat, & merita causæ concernebat, fuit per S.C. sub die 25. Februarij 1622. prouisum, quod procederetur ad vlteriora, & de oppositis haberetur ea ratio, quę de iure habēda erit; à quo decreto, ab eo tempore vsque adhuc pendet verbum faciendum, & (vt spero) confirmabitur per idem S.C. Banca est Auitabilis.

2 Certum enim est, quod exceptio aliquantulum dubitabilis, & altiorem requirens indaginem, ad merita causæ est reseruanda, siue dubitetur in facto, siue dubitetur in iure, vt ante omnes docet *Bart. in l. nam & postea* §. 1. *ff. de iur. iur. Afflict. decis.* 51. *num.* 2. *Capyc. dec.* 10. *num.* 19. *&* 20. *& D. Præs. de Franch. decis.* 209. *num.* 5. *in fine*, & latius *Antonin. de Amat. variar. resolut. cap.* 80. *num.* 1. *& cap.* 8 1. *nu.* 15. *lib.* 2. *Castill. decis.* 124. *num.* 8. *Giurb. decis.* 20. *num.* 15. vbi

3 ex hoc tradit, exceptionem (etiam quæ alias impedit litis ingressum) altiorem si requirat indaginem, in diffinitiuam esse reseruandam; op-

4 timè, *Muscatell.* (qui certè adeo copiosè, & benè totam Regni nostri practicam exornauit, vt nulla egere additione dicatur, & inanis labor sit Oceano suorũ scriptorũ, additionũ riuos adducere) *lib.* 1. *sua prax. p.* 5. *glos. reseruaris nu.* 22. *&* 23. vbi ait

5 quod his stantibus, nulla hodie erit exceptio, quæ altiorem non requirat indaginem in facto, vel in iure, ideoque quælibet erit ad merita reseruanda; & melius omnium *D. Præses S.C. Merlinus controu. for. cap.* 96. *nu.* 10. *& seq.* & signanter *num.* 15. vbi allegat *tex. in l. à quo* §. *si de testamento ff. ad* Trebell. *& in l.* 3. §. *ibidem, ff. ad exib.* & etiam vide omninò *Dom. meum Staiban. Iuniorem in resol.* 35. in qua refertũ per S.C. tũ etiam ar-

6 bitrali laudo reseruatam exceptionem rei iudicatæ ad merita, ex hoc solum, quod aliquantulum dubia erat.

7 Quæ adeo sunt vera, vt à decreto exceptiones ad merita reseruante, non sit admittenda appellatio, tum

8 quia dicta reseruatio dependet ab arbitrio iudicis considerare debentis si est nec ne intricata exceptio,

9 tum etiam, quia reseruatio non nocet propter acta, quæ fiunt exindè, quia si obstabit exceptio, ea erunt, nulla; vt omnia considerat *Io: Vincent. de Ann. sing.* 605. vbi refert ma-

10 iori ratione, à dicto decreto per S.C. prolato, non fuisse reclamationẽ admissam; ad quod videndi sunt *Gratian. discep. for. cap.* 170. *num.* 4. & latius *D. Præses Merlin. dicto c.* 96. *num.* 6. *& seq.*

Si igitur exceptio dubia (etiam quæ alias litis impediret ingressum) ad merita, & debet, & solet semper

11 reseruari, quantò magis iustissimè

(vt semper solet)S.C. in mea supradicta causa reseruauit prędictam, & alias aereas exceptiones à dicto meo quondam debitore oppositas, quæ ex actis vane prorsus reddebãtur, prout & ad præsens leuissime
12 apparent; & licet quidam insignes alioqui nostri temporis Aduocati quandam ædiderint contra me allegationem, in qua scholastico more repetunt pœnas à iure præscriptas contra scripturas non exhibentem, nescio tamen quid sibi voluerint dicere, vel quid ad causæ propositũ faciat tota illa ab ipsis magnificata allegatio.

Et vt melius clarescat in indiuiduo, quod exhibitionis exceptio proposita contra actorem sit ad merita reseruanda, est aduertendum
13 quod tunc est exhibitio facienda ante litis contestationem, cum reus petit sibi edi scripturas ab actore in libello mentionatas, ad finem vt ex eis possit se deliberare, vel contendendo, vel cedendo, *vt in l. 1. ff. de edend. Innoc. in cap. 1. de probat. per tex. in l. postquam, §. si dies,*
14 *ff. vt legat. nom. caueat.* non autem cũ reus opponit, penes actorem aliquã esse scripturam, & hanc instat exhiberi, tunc enim ista talis exhibitionis exceptio ad causæ merita est re-
14 seruanda, etiam si fuerit ordinatũ præuio aliquo decreto, illam exhiberi deberi per actorem; ad quod nota auream praxim, quam diebus elapsis, occasione cuiusdam causæ vidi in quodam processu.

15 In quadam causa vertente inter Congregationem S. Georgij Maioris, & D. Franciscũm Vollarum in S. C. contra dictam Congregationẽ actricem, opposuit dictus Franciscus, vt exhiberet quendam processum M.C. in qua se obtinuisse dicebat, qui fuerat cõsignatus Procuratori dictæ Congregationis, quæ hoc non poterat negare, nec de facto negabat; qua instantia visa, sub die 18. Maij 1619. fuit per S.C. interpositum decretum referente D. Regio Cõsiliario Felice de Iannario, quod infra mensem Æconomi dictę Cõgregationis exhiberent dictum processũ M.C. alias ipso termino elapso prouideretur; à quo decreto cum reclamasset ipsa Congregatio, fuit illud confirmatum sub die 12. Decembris 1619. pro quorum decretorum S.C. exequutione (& si dicta Congregatio adiuisset, & D. Præsidem S.C., & Collaterale Consiliũ, cum tamen non potuerit obtinere aliam reclamationem) sub die 3. Septembris 1620. fuit per dictum Cõmissarium, interpositum decretum quod infra alium mẽsem Æconomi illius exhiberent dictum processum, alias ipso termino elapso prouidebitur, quod præcludatur via ipsis Æconomis amplius agendi contra dictum Franciscum Vollarum.

His peractis, mense elapso, ac processu non exhibito, iterum quãdam comparitionem porrexit dicta Congregatio, seu eius Cellararius, in qua declarans talem processum non esse penes se, vel alios Hebdomadarios, & hoc cum iuramento, instabat ad vlteriora procedi; contra quam instantiam, mordicus opposuit dictus D. Vollarus, esse eam contra decreta S.C. in rem iudicatã transacta, qua tamen replicatione non obstante *sub die* 16. *Decembris* 1620. *referente eodem Consiliario de Iannario fuit per S.C. conclusum, quod procederetur ad incumbentia, & in decisione causæ haberetur ratio, quæ de iure habenda erat de dicta exhibitione processus; quod decretum fuit demum per aliud decretum eiusdem S.C. confirmatum sub die* 15. *Februarij* 1621. & de facto compilatus fuit processus, & Cõgregatio obtinuit; en causarum fata; lis hæc erat iam desperata ex parte actoris; & demum per hæc decreta S.C. nouissima vicit; vt omnia constant ex processu dictæ

cau-

causæ in Banca Auitabilis.

Ex qua decisione duo colligas:
17 Primum, quod & si per aliquod decretum fuerit ordinata alicuius scripturę exhibitio, etiam cum clausula comminante, quod alias præcluderetur agendi via, non per hoc nõ erit ad merita reseruanda, nam intelligitur, quod præcluderetur actio vltimo diffinitiuo decreto.

18 Secundum, quod etiam in ijs casibus in quibus est facienda alicuius scripturæ exhibitio, & ita est mediante Iudicis decreto ordinatum, si tamen iurat actor (vt in ea comparitione fecit Congregatio) illã in prõptu non habere, vel absolutè nõ habere, & propterea exhibere non posse, tũc non cogetur, sed per Iudicem ad vlteriora procedi debet in causa; & ista praxis, quæ ex dicto processu apparet, est Theorica *Speculat. in § quid si in libello. Rota decis. 34. in nouis. Minad. dec. 5. & Muscat. p. 3. glos. mentionatarum num. 14.* quæ omnia sunt aduertenda in facti occurrentia.

SVMMARIVM.

1 *Notarius si in iudicio deponit sibi à consanguineo, vel hærede instituto testatoris, traditam fuisse testamenti notam, vt eam scriberet, quam dicat scripsisse testatore moribundo, & annuente, vel respondente per monosyllabum (sic), num dicta eius depositio fidem faciat ad tollendam dicto testamento fidem, & efficaciam? resolutio, nu. 2. & 6. & 7. & ratio n. 3.*

4 *Notario deponenti de eo, quod in instrumento non legitur, nulla fides est adhibenda.*

5 *Notarius deponens de gestis extra instrumentum, & de eis quæ in eo non leguntur, est tamquam vnus testis, cui soli propterea non creditur.*

ARGVMENTVM.

Notarius si deponit in iudicio (in quo controuertitur de validitate, seu nullitate alicuius testamenti) sibi ab aliquo puta consanguineo, & fortè ab illo, qui fuit postea in dicto testamento hæres institutus, traditam fuisse illam testamenti notam, vt eã scriberet, quam dicat scripsisse testatore moribũdo annuente, & fortè per Monosyllabum (sic) respondente, num tali casu sic deponendo, fidem faciat, verè non fuisse à testatore accersitũ, & ab eo verè nõ fuisse volũtatẽ indicatam, ad tollendã dicto testamento fidem, & efficaciam? vbi habes resolutionem Authoris deprompt ãm ex allegatione insignis cuiusdam Iurisconsulti, supremo (ad præsens) munere insigniti.

CA-

CAPVT LXXV.

1 NOtarius si deponit in Iudicio
(in quo controuertitur de
validitate,aut nullitate alicuius Te-
stamenti) sibi ab aliquo puta con-
sanguineo, (& forte ab illo qui po-
stea fuit in dicto testamento hæres
institutus) traditam fuisse illam te-
stamenti notam, vt eam scriberet,
quã scripse dicat testatore moribun-
do annuente, & fortè per monosyl-
labum (*sic*) respondente,num faciat
fidem verè non fuisse à testatore ac-
cersitum, & ab eo verè non fuisse
voluntatem indicatam, ad tollendã
dicto testamento fidem & efficaciã?
2 dicas de dicta notarij depositione,
nullam esse rationem habendam; eo
quia Notario contra testamentum
deponenti fides non datur, nec il-
lius depositio tertio præiuditium
infert; ita punctualiter docuerunt
*Castrens.in l.Seia, ff.ad Velley. Ias.in
l.iusiurandum, §.procurator, ff.de iur.
iur.Cuman.cons.*155.*col.penult. Surd.
cons.*326.*num.*27. *& cons.*378.*nu.*31.
*lib.*3.& ante hos *Ioan.Andr.in addit.
ad speculat.de instrum.edit. §.postremo
vers. numquid.* & alij relati à *Surd.
cons.*173.*num.*82.*lib.* 2. & est ratio
3 fundamentalis huius sententię,quia
Notarius in instrumento testamenti
dicit(vt in omnibus testamentis ob-
seruatur) (*ad praces nobis factas pro
parte talis testatoris,&c.*)& ideo cum
4 Notarius deponit de eo, quod in
instrumento non legitur,ei credi nõ
debet, ex dictis per *Bald. in l.*1. *§.
editiones post num.*2.*ff.de edend. Alex.
5 cons.*48.*lib.*1.nam quando Notarius
deponit de gestis extra instrumẽtũ,
& de ijs,quæ in eò non leguntur,est
tamquam vnus testis, cui propterea
non creditur, *Alex.cons.*42. *num.*9.
lib. 4. cum multis per *Mascard. de
probat.conclus.*135.*num.*17. & latius
6 *conclus.*1100.*n.*36.& ita olim latè fũ-
dauit in quadam sua eruditissima
allegatione D.*Reg.Cacacius*, pro Ve-
nerabili Hospitali Diuæ Mariæ An-
nunciatæ, & alijs creditoribus Io.
Vincentij, & Ferdinandi Crispani,
contra Illust.Ducem Populi in Ban-
ca tunc de Mondellis,existente Cõ-
missario Regio Consiliario. Saluo:
vbi attingit ad literam casum no-
strum principalem, & conatur euer-
7 tere fidem depositionis cuiusdam
Notarij,qui taliter vt supra est di-
ctum,contra testamentumà se factũ
deposuerat,ad quod(quęso) aduerte
in facto.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum dictatum à consanguineis, seu ad eorum dictamẽ scriptum, & postea coram testatore lectum, num valeat? prima opinio, n.*2. *Sed secunda & verior, num.* 3. *&* 10. *intellige, vt num.* 11.

4 *Testamentum ab hærede dictatum, & à Notario scriptum, valet.*

5 T*estamentum ab hærede scriptum, & datum Notario, vt legeret & rogaret, adhuc validum est, maximè cum testator verbis respondet, num.*6. *&* 8. *secus si responderet per monosyllabum (sic) vt num.*7. *Sed contra, s. valere etiam si per tale monosyllabum testator responderet, num.*9.

ARGVMENTVM.

Testamentum dictatum à con.
sanguineis, siue ad eorum
di-

dictamen à Notario scriptũ, & postea coram testatore ab eo lectum, num sit validũ? & quid si totum testamentum hæres scripserit, & dederit Notario, qui legeret, & rogaret? & quid si dictis casibus responderit testator per monosyllabum (*sic*) non autẽ verbis? vbi habes quid sentiat Author ex *allegatione* in *præcedenti Cap.* mẽtionata.

CAPVT LXXVI.

IN eadem causa, de qua nunc memini, dubitari quoq. contin-
1 git, num valeat testamentum dictatum à consanguineis, siue ad eorum dictamen à Notario scriptum, & postea coram Testatore ab eo lectum?
2 in quo dubio *Alber. Papiens.* (de quo recordatus est *Ioan. Andr. ad Specul. de testam.* §. *in primis, sub num. 6. vers. quidam Pileus,*) in ea fuit sentẽtia testamentum prædictum nullius esse momenti, & penitus inualidum; & fuit etiam opinio *Nicolai de Mattarellis*, quem refert *Bald. in l. iubemus, Cod. de testam.* & hos aliqui ex
3 DD. sequuti fuere; sed verior & magis communis opinio est in contrarium, s. testamentum prædictum valere, si constet testatorem in recta mente fuisse; *Alex in dicta l. iubemus num. 9. vbi Apostilla* communem dicit, & ita iudicatum; *Menoch. conf. 45, sub num. 33. lib. 1. & Gratus conf. 30. num. 20. lib. 2.* vbi ponit casum
4 quando hæres dictauerat testamentum, & notarius scripserat; imò etiã
5 (quod est notabile) si totũ testamẽtum heres scripserit, & dederit Notario, qui legeret, & rogaret, tenet quod valet testamentum, quia non agitur de scriptura hæredis, sed Notarij, ex *Bart. in l. 1. §. ex illo quoq. ff. ad*
6 *l. corn. de fals.* & quando testator verbis respondet, hoc idem contra *Papiens.* tenuerunt *Roman. in §. si quis ità de verb. oblig. num 9.* vbi respondet argumentis in contrarium, *Alciat. conf. 77. num. 1. lib. 9.* qui conci-
7 liando opiniones, dicit, illam *Alber.* procedere quando testator respon-
8 det per monosyllabum (*sic*), non autem quando verbis, quia tunc magis de voluntate disponendi apparet; *Cephal. conf. 549. nu. 90. & seqq.*
9 *lib. 4.* imò etiam si testator respondérit per monosyllabum (*sic*) valere testamentum ab herede dictatum, imò etiam scriptum, docent notabiliter *Aretin. instit. de testam. in princ. sub num. 6. vers. nota istam glosam, Aret. in l. heredes palam sub num. 6. de testam. & dicto, §. si quis ita sub nu. 16. Decius conf. 489. sub nu. 9. & Ludou. de testam. conclus. 3.* vbi secundum hanc opinionem pluries refert iu-
10 dicatum; & ita perbellè fundat *D. Cacacius* in causa supra adducta, vbi nititur probare validitatem testamenti conditi per quondam Ioannam de aerbo, non obstante quod fuerit dictatum ab hæredibus in dicto eius testamento institutis; vbi dat septem declarationes ad dictam conclusionem *Papiens.* & concludit
11 quod si non dubitatur de sana testatoris mente, omninò dictum Testamentum est validum.

SVMMARIVM.

1 *Baro num aliquo accepto possit uassallos absoluere à petitione adiutorij, quod petere potest vigore Const. Regni (quamplurimum)? resolutio, n. 2. & ratio, n. 3.*

4 Le-

4 *Legatum factum marito nomine uxoris, eius fauorem respicit, & hæc sola illud petere potest, sed contra num. 6. concorda, vt num. 7.*

5 *Legatum alicui factum pro alio, ab isto alio solo peti potest, tamquam eius contemplatione factum.*

ARGVMENTVM.

Baro num possit aliquo accepto, vel propter benemerita, Vassallos absoluere à petitione adiutorij, quod petere potest vigore *Constit. Regni* (*Quamplurimum*)? vbi curiosa, & breuis habetur resolutio.

CAPVT LXXVII.

1 PVlcrum est inuestigare breuiter (iuxta nostrum solitum) nũ Dominus feudi, seu Baro possit aliquo accepto, seu propter benemerita vassallos absoluere ab adiutorio, quod petere potest vigore *Constit. Regni* (*quamplurimum*) in qua
2 quæstione dicas quod non; vt videtur tenere in terminis *Sese de inhibition. cap. 4. §. 7. num. 32. ex Paulo de Castro in l. seruo legato, §. si testator de*
3 *leg. 1.* qui dicit, ex hoc statuto dari actionem filiabus, ex quo fuit con-
4 ditum in earum fauorem; & facit nam legatum factum marito nomine vxoris, eius fauorem respicit, & ipsa sola petere illud potest, vt *in d. §. si testator,* & facit, *l. fideicommissa,*
5 *§ interdum de leg. 3.* vbi legatum factum publicano pro Titio, Titius solus petet, quia eius contemplatione fuit factum; nec obstant *tex. in l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de cond. & demonstr. & in l. tali facta, ff. de*
6 *iur. dot.* qui dicunt, quod in hoc casu vtrique competit actio, quia vtriusq. contemplatione fit legatum, nam in illis legibus, legatum factũ genero nomine vxoris, ambo petere possunt; nã certum est *ex glos. in d. §. Titio genero,* & ex *Paul. de Castr. in*
7 *d. §. & si testator,* quod de iuris rigore sola vxor actionem habet, *dicto §. si testator,* de æquitate vero etiam maritus, *dicto §. Titio genero,* latè *Sese ibi:* quæ nota nam hunc articulum nemo ex Nostratibus tetigit.

SVMMARIVM.

1 *Discordia inter tex. in l. 2. §. pen. ff. solut. matr. & tex. in l. cum dos, ff. de pact. dotal. recensetur.*

2 *Prima solutio glos. refertur; & nu. 3. impugnatur.*

4 *Secunda solutio glos. recensetur, & nu. 5 refellitur.*

6 *Tertia solutio glos. enarratur, sed n. 7. pessima reputatur.*

8 *Delegatio plus habet authoritatis, quam pactum.*

9 *Pactum de non petendo inest virtualiter in omni delegatione.*

10 *Quarta solutio commemoratur, sed num. 12. ab ea receditur.*

11 *Pater ex persona filiæ, et sua agẽs, filiam defendere cogitur.*

13 *Contractus, & conuentiones, in dubio non præsumuntur pœnales, & n. 14.*

15 *Bart. concordia affertur; sed improbatur, ex Paul. de Castr. nu. 16. & melius refellitur, nu. 17.*

18 *Concordia Authoris, ex Zasio desumpta.*

19 *Iuſ-*

19 *Iussus factus ad eam personam, quæ non tenetur parere, iubentem non obligat.*

ARGVMENTVM.

Maritus si de voluntate filiæ alicuius, sue vxoris, alteri dotis restitutionem promittat an nihilominus pater vna cum & ipsa filia soluto matrimonio, contra maritum, vel mariti hæredes, pro dotis restitutione agere possit? vbi concordantur *Pomponius in l. cum dos, ff. de pact. dotal. & Vulpian. in l. 2. §. pen. ff. solut. matr.* reiectis quinq. concordijs, ab alijs assignatis.

CAPVT LXXVIII.

1 Discordare videntur *text. in l. 2. §. penult. ff. solut. matr. & tex. in l. cum dos in fine ff. de pact. dotal.* nam ibi disponitur, quod si voluntate filiæ, maritus alteri promittat dotis restitutionem, pater nihilominus iūcta ei persona filiæ, contra maritum soluto matrimonio ad dotem agere potest, non obstante quod maritus, de filiæ voluntate vel iussu, dictam promissionem fecerit, & sic ius filiæ non est amissum; hic verò habetur, si pacta sit filia cum marito, sola sine patre, patrem ipsum non posse repetere dotem adiecta sibi persona filiæ, quæ pacta fuit; & sic pactum filiæ, ei nocet etiam in patris potestate existenti, cuius contrarium videtur directò *in d. l. 2.* determinari; *Bart. in d. l. 2.* ait hoc contrarium esse
forte; *Paul. de Castr.* esse valde difficile dicit; *Raphael Cuman.* difficillimū contrarium esse; prædicat propterea *glos.* multas solutiones assignat; quarum prima est (quam tradit *in d. l. cū
2 dos*) quod *text.* ibi intelligatur, pactū nocere quoad filiam, non quoad pa-
3 trem: sed hæc solutio est contra *text.* qui dicit expressè, quod patri noceat; item si *text.* ille de nocumento quoad personam filiæ intelligeretur, tunc esset superfluus, quia in præcedēti respōso proximo *ibidem*, de tali nocumento, quod ad filiam pertinet, dixerat.

Vnde dat secundam solutionem
4 secundum aliquos; quod *in dicta l. 2.* pactio facta fuit quod filia alij pro-
5 desset, non marito; sed solutio ista nō valet, quia etiam ibi interest, quod pactum seruetur, imò plus ibi, quam *in d. l. cum dos*, quia ibi maritus certat de damno vitando, bis enim cogeretur dotem soluere, & sic secundum hanc solutionem potius ibidē, quam hic deberet pactum obstare.

Proceditur ergo ad tertiam solutionem (quam assignant *glos. & DD.
6 in d. l. 2.*) .s. quod *in l. cum dos* fuerit factum pactum de non petendo, *in d. l. 2.* Pactum fiebat delegando; sed
7 hæc solutio est pessima; nam cum de-
8 legatio plus habeat authoritatis, quam pactum, *l. si vnus, de pact.* potius debuisset pactum delegationis *in d. l. 2.* obstare patri, quam simplex pactum in *d. l. cum dos*, & comprobatur improbatio ista, nam in omni de-
9 legatione, virtualiter, & ex necessitate inest pactum de non petendo, si enim consentio quod alius debitum meum exigat, simul videor velle & pacisci, quod ego non exigam, arg. eorum, quæ habentur, *in l. Pomponius §. 2. ff. de procur.*
10 Quarta igitur datur solutio *in dicta l. cum dos*, nam si filia simpliciter paciscitur cum marito de non petēda dote, hoc patri non nocet, etiam si sibi agenti filiam adiungat *d. l. 2.*

ſed ſi filia etiam pœnam promittat, ſi ipſa, vel pater contraueniat, tunc patri agenti cum filia, obſtat pactũ;
11 pater enim ſi ex perſona filiæ, & ſua agẽs, filiã defẽdere cogitur, *l.3.§.fin.*
12 *ff. rer. amot.* Sed hæc ſolutio nullo modo procedit, quia contractus, &
13 conuentiones in dubio pœnales nõ præſumuntur, niſi hoc expreſsè agatur, arg. eorum quæ notat *Bald. in l. 3. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi vult quod
14 pęna non præſumitur, niſi à lege imponatur.
15 Aliam igitur, & quintam ſolutionem dat *Bart.* dicens dupliciter patrem agere poſſe ad dotem, & filiã ſibi adiungere; vno modo quod ſuo & filiæ nomine agat, ſic quod filiæ vtilitas in eo verſetur, & tunc procedit *dicta, l. cum dos*, eò enim caſu pacti exceptio obſtaret; alio modò quod pater ad ſuam rantum vtilitatem agat, ſed volũtate filiæ, ita quod ipſa conſentiat, non tamen nomine eius, vel ad eius vtililatem, & ſic loquatur *dicta l. 2. §. pen.* hæc ſolutio fundamẽtaliter ſumpta eſt ex prima ſolutione *gloſ.* diuerſo tamen fine;
16 ſed *Paul. de Caſtro* eam improbat; quia quibuſcumq. medijs pater filia adiuncta agat, ſemper filiæ vertitur vtilitas, cum dotis actio ſibi, & filiæ communis ſit *per dictam l. 2. in*
17 *princ.* porrò hæc *Bart.* reſponſio melius improbari poteſt, quia cum pater agere intendit adiuncta filiæ perſona, aut filiæ intereſt, aut non intereſt, ſi intereſt, tunc procedit *Caſtrenſis* improbatio, quia pater eo caſu tenetur conſeruare dotem, nec tunc refert quibus verbis pater filiam adiungat, quia ei ſemper obſtabit *d. l. cum dos.* ſi autem non intereſt filiæ, tunc non eſt opus, quod eã pater adiungat, nam *l. noſtra 2.* hanc adiunctionem propterea recipit, quod filiæ vtilitas pretenditur, vndè ſi filiæ ceſſat vtilitas, ceſſabit neceſſitas filiæ adiungendæ, & ſic *l.* noſtra locum non habebit; & *l.* contraria non obſtabit quarè quibuſcumq. coloribus agat pater, ſi filiam adiũgit, ei pactum obſtabit, per *dictam l. cum dos*, quod *tex. in dicta l. 2. §. penult.* negat.

Ex quibus *Raphael Cuman.* vt dixi ſupra dicit, hoc contrarium eſſe fortiſſimum, & veram ſolutionem dari non poſſe, vnde eſſe ſtandum doctorum ſolutioni, ne iura iuribus contrarientur.

18 In hoc authorum conflictu non referam mei ingenioli ſolutionem; ſed recurram ad eã, quam tradit elegantiſſimus Author *Zaſ. lib. 2. ſingular. intellect. cap. 1. qui num. 6.* ait ſe in dicto contrario non videre tantam difficultatem, imò credere etiam quod *dicta l. cum dos* nihil obſtet *d. l. 2.* dicit igitur quod *d. l. cum dos*, loquitur in caſu, quo pacta eſt filia cũ marito, per quod ei noceri poteſt, & ſic filia fuit naturaliter obligata ad hoc pactum ſeruandum, mirum non eſt ergo ſi pater iuncta perſona filiæ ad dotem acturus, propter filiam repellatur; æquitas enim naturalis dictat, quod pacta, & fides placiti ſeruentur; ſed in *dicta l. 2.* filia nullũ pactum fecit cum marito; nam ſimpliciter iuſſit maritum, vel marito ſuaſit, quod promitteret alteri, & per hoc nullum obligationis vinculum oriebatur in filia; quare non ſine miſterio *tex.* dicit (*item ſi voluntate ſolius filiæ*) ex quo patet nullum eſſe pactum, ſed nudam filiæ voluntatẽ, quam fuit ſequutus maritus, qui ſibi imputet quod iuſſum, vel voluntatem vxoris ſequebatur; quid mirũ igitur eſt, ſi pater iuncta filiæ perſona contra eum experiri poteſt, cum nulla obligatio filiæ per maritum
19 opponi poſſit? nam iuſſus factus ad eam perſonam, quæ non tenetur parere, non obligat iubentem, *l. liberorum, §. fin. ff. de infam.* nec obſtat ſi huic reſponſioni obiciatur de *tex. in d. l. 2. §. pen.* vbi dicitur iſtam ſtipulationem nocere filiæ iuris ſui effectæ, quaſi

quasi satis per hoc appareat fuisse filiam aliquo modo obligatam; nam facilis est responsio, quia iussus filiæ ei non nocet, sed promissio per maritum alteri facta, nocet filiæ, quæ sui iuris facta, non potest hanc promissionem ludificari, quia res non plus est integra; vnde benè *glos.* ibidem exponit *stipulatio*, idest *promissio*; nocet igitur filiæ, quod maritus sequutus est iussum eius, iussus verò non nocet; vndè meritò pater, qui nihil iussit, filiam, cuius iussus eam in nullo obligauit, sibi adiungere potuit; in casu verò *d. l. cum dos*, filia obligata ex pacto, minimè potuit adiungi; & ista est germana concordia inter dicta iura, vt benè *Zas. loco citato*.

SVMMARIVM.

1 *Electione nulla, ex quo aliqui de cœtu non fuerunt conuocati, hæc nullitas an debeat allegari per interesse habentes, s. illos non vocatos, vel etiam possit allegari per vnumquemlibet de cœtu? prima facie videtur respondendum pro vnoquoq. nu. 2. & refertur facti contingentia, nu. 3. resolutio, nu. 4. & quid fuerit in eo casu sequutum, n. 5.*

6 *Spectabilis D. Regens Bernardus Zufia Collateralis Consilij Decanus, laudatur.*

ARGVMENTVM.

Electio si est nulla, ex quo aliqui de cœtu non fuerunt conuocati, nullitas hæc an possit allegari per quemlibet de cœtu, vel tantum allegari possit per eos, qui cõuocati non fuerunt, in hoc habentes peculiare interesse? vbi refert Author facti contingentiam, & quid in ea euenerit ex patrocinio per eum præstito.

CAPVT LXXIX.

PVlcher est articulus, videlicet si electio aliqua sit nulla, ex quo
1 aliqui de cœtu, non sunt vocati, an hæc nullitas allegari possit per quẽlibet de cętu, vel tantum per illos non vocatos, in hoc peculiare inte-
2 resse habentes? & certè prima facie videtur dicendum, vnumquemlibet de cœtu posse hanc nullitatem proponere, cum omnes pro forma sint
3 vocandi; Hæc quæstio accidit annis elapsis in electione officialium Nostri Sedilis Portæ Nouæ; fuit enim facta Bussula, & sex per sortem deprompti, quorum alij vno tempore officiales eligerunt, & alij, alios officiales alio tempore similiter eligerunt; vnde negotio in litem redacto, ac per me informato Supremo Senatu, pro electis à maiori parte ipsorũ sex, non fuit causa expedita, & antiqui officiales continuarunt ordine Excellentissimi tunc Proregis; in qua causa (vt dicebam) inter alia dubia articulus supra positus disputari oportuit; nam multi equites, dicebant Bussulam non fuisse legitimam, ex quo non fuerunt vocati, nec interuenerunt duo equites de eodem Sedili, & per consequẽs nec vnam, nec aliam electionem subsistere; ego verò in meis allegationibus cum defenderem partes offi-

cialium electorum per maiorẽ partem ipsorum sex, Bussulæ validitatẽ toto conatu indicabam; & ad hoc (vltra ea quæ ex facto dicebam) res-
4 pondebam, de iure nullitatem hanc potuisse (si militaret) poponi per eos tantum, qui non fuerunt vocati, & non interuenerunt, & qui principale interesse habebant, non verò per tertios de Sedili, ad quos principaliter hoc negotium non pertinebat; ad quod precipuè attuli auream doctrinam, atque punctualem *Ioan. Ripæ in respons. 21. de rescript.* quem refert, & sequitur *Auend. de exequẽd. mandat. lib. 1. cap. 19. num. 14. vers. & non interest*, vbi expresse ait, oportere, vt non vocati agant de contemptu, ad finem vt nulla diiudicetur
5 electio; ex qua doctrina (DD. Regẽ-
6 tibus per me informatis, & signanter D. Regente, ac ipsius Supremi Senatus Decano dignissimo D. Bernardo Zufia, in quo splendent morum dulcedo, & doctrina eximia, ergaquem, seruitutis magnum profiteor obsequium) illi sex deprompti ex Bussula, exercuerunt pro illo anno, plateam conuocando, cœteraq. ad ipsorum officium pertinentia faciendo.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum per quod conceditur reuisio sententiæ in rem indicatam transactæ, si in libello de tali trãsitu in indicatum non est facta mentio, nihil operatur; sed contra num. 2. ex glos. quæ ponderatur, num. 3. Sed concorda, vt nu. 4. & 8. & ratio n. 9.*

5 *Alex. verba referuntur & expenduntur.*

6 *Ruijn. verba recensentur & ponderantur.*

7 *Princeps si causam reuidendam cõmiserit cum clausula (non obstãte tali sententia) derogasse non censetur sententiæ in rem iudicatam transactæ; nisi in specie dicatur (non obstante tali re iudicata) & n. 18. & 19.*

10 *Princeps an possit de potestate ordinaria derogare sententiæ in rem indicatam transactæ; & an possit iudicare, & operari contra leges ciuiles, & quando remissiue, n. 12.*

11 *Admodum Reuer. P. D. Thomas del Bene Clericus Regularis laudatur.*

13 *Rescriptum impetratum ab eo, qui passus est sententiam, quæ iam exequuta est (vt quia erat vel M. C. V. infra summam ducatorum 150., vel S. C.) vt dicta sententia reuideatur, supposito quod fecerit mentionem tantũ de dicta exequutione, non verò de transitu in rem iudicatam, nũ sit validum si tantum in eo dicatur (non obstante sententia)? resolutio, nu. 14. & ratio 15. & quid si sententia non debuisset exequutioni demandari nisi in rem iudicatam transacta? n. 16. & 17.*

ARGVMENTVM.

Rescriptum principis per quod mandatur reuideri sententiam, num sit validum, supposito quod illa iam fecerit tran-

transitum in rem iudicatam, & quod in libello pars fecerit tantum de illa simpliciter mentionem, non explicando transijsse in rem iudicatam? & quid si sententia fuerit exequuta ex quo secũ trahebat paratam exequutionem, & in libello fuerit facta mentio tantum illam esse exequutam, non verò fuerit dictum transiuisse in rem iudicatam, num rescriptum mandãs illam reuideri, cum clausula (non obstante sententia) sit validum, & efficax? & quid si exequi non potuisset, nisi in rem iudicatam transacta? vbi omnia clarè, & facilè dilucidantur.

CAPVT LXXX.

IN antiqua quadam allegatione
antiqui cuiusdam, ac doctissimi
Authoris latè fundatur in quadam
causa Illustriss. tunc Marchionis
Castellançtarum (pro quo etiã,
in alijs tamen articulis, sed eadem
in causa edidit *Consilium Io: Thomas*
1 *Minadous*, quod est 27.) quod qui
vult vti rescripto (per quod causæ,
& sententiæ in rem iudicatam
transactę reuisio conceditur) oportet
non tantum mentionem fecisse
de ipsa sententia in suo libello, sed
etiam de ipsius transitu in rem iudicatam,
alias tamquam obreptitiũ,
rescriptum ipsum min mè valebit.
2 Ego autem fateor, huius Authoris
maximam esse apud me authoritatem;
sed magis veneror authorita-
3 tem *glos. in l. impetrata*, quæ est *fin.*
Cod. sent. resc. non pos. ibi enim supponit
tex. iam sententiam transiuisse
in rem iudicatam, vt in illis verbis
(*iudiciali sententia, quam prouocatio
nulla suspendit*) & dicit rescriptum
impetratum, vt reuideatur, vel rescindatur
sententia, non esse admittendum;
hunc autem *tex.* limitat *glos.
illa, in verbo impetrata*, dicens illum
non procedere, si rescriptum diceret
(*non obstante sententia*) & allegat *tex.
in l. sententijs Cod. de error. aduoc.* de
mentione autem facienda quod sententia
transiuerit in rem iudicatam
(*vt in tex.* illo supponitur) nihil
dicit.

Pro conciliando igitur hoc negotio,
& ne dictus Author (quem, quis
ipse fuerit, alibi alia occasione ostẽdam)
contradicere videatur dictæ
4 *glos.* distinguendum censeo, quod
aut in libello non fit mentio prædicta
de dicto transitu sentẽtiæ, & tunc
minimè est admittendum rescriptũ
prædictum; aut in libello fit talis
mentio, sed in rescripto dicitur tantum
(*non obstante sententia*) & tunc
iuxta opinionem dictæ *glos.* validum
est rescriptum prædictum, nec curãdum
est quod ommissa fuerit mentio
de re iudicata; & licet hanc opinionem
contradicere videantur *A-*
5 *lex. in cons. 74. vol. 2.* per hæc verba
(*Princeps in dubio non præsumitur
velle derogare sententiæ, quæ transiuit
in rem indicatam, vt est tex. in cap. exposita
de arbit. imò nec rescriptum factum
in contrarium tenet, nisi in eo
esset adiecta clausula (non obstante tali
sententia transacta in rem iudicatam)
l. fin. cum ibi notat. Cod. sentent.
resc. non pos.*) & *Ruyn. cons. 104. lib. 5.*
6 *sub n. 13.* per hæc verba (*quinimò videtur
quod per dictum rescriptum non
potuerit sententia ferri cõtra primum,
quamuis in eo adsit clausula (non obstante
sententia) quia hec non sufficit,
quando iam transiuerat in rem indicatam,
nisi de transitu sit facta mentio*)
& hoc idẽ sequantur *Cursat. cons. 99.*

qui

7 qui ampliãdo dicta *Alex.* dicit quod si princeps commiserit causam reuidendam, cum clausula (*non obstante tali sententia*) non censetur derogauisse sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, nisi in specie id decernatur cum clausula (*non obstante tali re iudicata*) & *Menoch. lib.* 1. *de arbitr. iudic. q.* 52. *num.* 15. tamen ego dico
8 quod isti DD. loquuntur, quando hęc commissio rescripti fuit causata ex taciturnitate libelli; quod si in libello mentio fit de re iudicata; sufficit postea si in rescripto dicatur tantum(*non obstante sententia*) & ra-
9 tio meæ opinionis est, quia cum princeps dicit(*non obstante sententia*) non videtur loqui posse de sententia, à qua vel pendet prouocatio, vel pendere potest, cum potuisset supplicans vti remedio ordinario appellationis, vndè de sententia iam in iudicatum transacta pernecessè rescriptum est intelligendum, præcipuè quando in libello ita fuit nar-
10 ratum; an autem princeps possit de potestate ordinaria derogare sententiæ in rem iudicatam transactæ, pænes *Alex.* & *Ruijn. vbi supra* reperies, & ego alibi (deo dante dicam) & ad id videre poteris Admo-
11 dum *Reuer. Patrem D. Thomam del Benè*(Clericum Regularem, non tãtum insignẽ Theologum, sed Iuristã eximium, in vtroq. iure versatissimum, & omni virtutum genere decoratum, meum Dominum à me semper venerandum, quem(vt parcat) rogo hisce iuuenilis ingenij laboribus, quos à me summa humanitate per epistolam expetere dedignatus non est) *in suo aureo tract. de parlam. dub.* 4. *sect.* 24. *subcoroll.* 13. vbi latè agit, an & quando princeps
12 operari, & iudicare possit contra leges ciuiles, & in illis dispensare.

Sed ex itò curiosum articulum
13 in praxi: supponamus quod aliquis fuerit condemnatus per decretum M.C.V. infra summam ducatorum 150.; vel per sentẽtiã S.C. (quibus casibus non obstante appellatione, vel reclamatione datur exequutio) & hoc decretum, vel sententia transitum fecerit in rem iudicatam; modo hic qui taliter condemnatus est, porrigit memoriale S.E. cui supplicat mandare, quod reuideatur talis causa, & sententia; & faciat in suo memoriali mentionem, quod iam dictum decretum, vel sententia habuerunt exequutionem, non tamen dicat transiuisse in res iudicatam, & princeps seu Dominus Prorex in rescripto dicat (*reuideatur non obstante sententia, vel decreto*) num hoc casu sit validum rescriptum prædictum, quasi quod cum supplicans dixerit exequutum fuisse decretum, vel sententiam, videatur per consequẽs dixisse, & narrasse in rem iudicatam transitum fecisse.

14 Dicas quod hoc casu tale rescriptum non valebit; nam cum dictis casibus dictum decretum, vel sentẽtia exequi debuerint, & si in rem iudicatam transitum non fecissent, & etiam si vel appellatio, vel reclamatio pependisset, idcirco non ex quo supplicans expressit exequutionem sententiæ, concluditur quod trausiuerint in rem iudicatam, & ita videtur quasi in terminis concludere *Alex. in dicto cons.* 94. *sub nu.* 3.
15 & *seqq.* vbi hæc aurea verba tradit (& *licet in dicta supplicatione sit narratum quod contra dictum Megolinum fuit pronunciatum, quod fuit condemnatus, & quod sententiæ fuerunt exequutæ, non per hoc concluditur necessariò quod dicatur eis narratum, dictam sententiam transiuisse in rem iudicatam: quia dicta sententia lata per dictũ Malgaritum in fauorem dicti Michaelis fuit absolutoria, quæ in continenti trahit secum exequutionem absque aliquo nouo facto Iudicis, vt notant glos. & DD. in cap. pastoralis de appell. & Innocent. in cap. cum in nostris de concess. preb. Bart. in l. miles, §. qui iudicati,*

ti,ff.de re iudic.& sic per hoc non infertur necessario, quod de ea fuerit narratum) imò statim, & immediatè vi-
16 detur cōcludere,quod etiam si sententia non debuisset exequutioni mandari, nisi iam transacta in rem iudicatam, non sufficiat tamen in libello dicere iam exequutam esse, nisi in specie dicatur in rem iudicatam transiuisse; & rescriptum indè sequutum cum clausula(*non obstante sententia*) sit subreptitium; ea ratione, quia (dicit ipse) dicta verba supplicātis verificari possunt in exequutione, quæ de facto processit, antequam sententia in rem iudicatam transiisset, vndè dicit quod dicta verba non concludunt necessariò,quod dicta sententia transiuit in rem iudicatam, & per consequens (dicit idem) erit rescriptum subreptitium, & propterea opitulari nō debet.

17 Sed in hoc, Cōtrarium verius est, vt latius videre poteris apud *Ruyn. cons.21.tom.5.sub num.10.* vbi in toto illo consilio, plura scitu digna reperies;& ad materiam vide etiam *Cancer.tom.3.cap.16.num.5.* vbi post-
18 quam dicit, quod si fiat commissio alicui per principem, vt de iuribus alicuius sententiæ cognoscat, non censeatur commissum, vt cognoscat de iuribus sententiæ in iudicatum transactæ, nisi in literis iustitiæ adsit clausula(*re iudicata non obstante*) allegando *Iasonem in l.causas n.1.Cod. de transact. & Ferret. in cons.* 117. subdit ex *Vinio in decis.*205. quod si
19 in supplicatione petatur causam committi non obstante sententia in iudicatum transacta, & Rex simpliciter committat, illa commissio tantum facta intelligitur,vt Iudex procedat vt iuris est.

FINIS.